# POLICRATICI CONTENTA, FESTIUUM OPUS: & OMNI STATUI DELECTABILE...

Ioannes : Saresberiensis




# Policratici Contenta.

Festiuū opus: ⁊ omni statui delectabile lectu: qđ intitulat᷑ Policraticū De nugis curialiū et vestigijs philosophoꝝ Joānis Salesberiensis doctissimi sane ⁊ eloquētissimi viri: exemplar vnde excusum est emēdatissimū et annotationib⁹ marginalib⁹ adiutū: prestāte et emissionē ꝓcurāte grauissimo doctissimoqꝫ patre Confessore regio. Quod quidē opus libris octo digestum est.

I. Primus De fortuna/et Magia/et magie partibus.
II. Secundus De naturalibus et mathematicis.
III. Tertius De virtutibus et vitiis.
IIII. Quartus De differentia regis et tyranni.
V. Quintus De republica.
VI. Sextus De militia et peritia militari.
VII. Septimus De academicis/philosophis/& religionibus.
VIII. Octauus De finibus quos varii varios sibi prestituunt.

Insup indices duo/siue due tabule ꝑnecessarie. Vna capitū/et altera materiarū: et ītegri⁹ opus tū carmine/tū ꝓsa q̄ vnq̄ alias emissū sit.







Venale in vico sancti Jacobi in Sole aureo: et in Lilio aureo apud beniuolos mercatores magrm Bertholdū Rēbolt: ⁊ Joānē paruū.

HIc liber intitulatur de nugis curialiũ & vestigiis philosophorum/cuius Ioannes Salesberiẽsis Carnotẽsis eps̄ fuit author. De quo quidẽ authore in cronicis fratris. B.guidonis de Anno dñi.M.C.LXXX.vel circa/tẽpore fe.re.dñi alexandri pape.iii.ita scriptũ reperitur. ¶ Ioannes carnoteñ. epūs tam sapiẽtia q̃ animi strẽnuitate famosus/ab hac vita recedit. Hic socius fuit sancti Thome martyris Cantuariensis archiepiscopi:cuius vitam & passionem descripsit. Scripsit etiam librum quem intitulauit de nugis curialium & philosophorum vestigiis/in quo de diuinis ethnicisq; scripturis affatim testimonia cõgerens: satis innotuit q̃ fuerit ipse sapientia affluens/q̃ venustus eloquio:q̃q; doctrina preclarus. ¶ Vnde scribit quidam/de dicto Ioanne hoc modo. Ioannes de Salesberiis vir alti consilii & prudentie approbate scripsit ad dominum Thomam virum sui temporis prudentissimum/ Henrici secundi regis anglorum cancellariũ hunc librum/ in octo partiales libros distinctum:cui Policraticus nomen est/de nugis curialium & philosophorum vestigiis eloquio sapienti & venusto.In quo(vt ait Magister Petrꝰ blesen.)optima forma eruditionis est: & propter artificialem sententiarum varietatem inestimabilis materia voluptatis. Edidit etiam insigni & eleganti metro architrennium quod principem trenarum interpretari possumus. Conscripsit etiam vitã & passionem triumphalem iam nominati sancti Thome post cancellariatum cãtuariensis archiepiscopi: qui in diebus suis solus se pro iustitia dei & ecclesie libertate murũ opposuit/cũ quo dictus Ioãnes & bonorum tẽporaliũ suorum rapinã & exilium longũ vt fidelis cũ patre filius passus est. Hinc petrus blesen in epistola ad eũ consolatoria manũ & oculũ sanctissimi archipsulis eũ appellat. Cũ autẽ cõplacuit dño saluatori/labores vnici ppugnatoris sui morte cõpẽsare victoriosa:dũ pius Thomas ab impio milite cedereť in sacro capite/Ioannis huius brachium fere simul precisum est. De cuius consolidatione cũ medicus fere post annũ desperaret/nocte quadã astitit dicto filio suo martyr venerabilis/& apprehendens brachiũ madida panniculi ceda linei inuoluit dicens/vade sanus es. ¶ Post aliquot tempora dictus Ioannes deo vocante in nobili vrbe Carnotensiũ pontifex factus est:vbi dans voci sue vocẽ virtuti/& actiõne linguã preueniens post vberes manipulos christi illatos horreo/ obiit

Anno christiane salutis Millesimo centesimo & octogesimo. ¶ Petrus Blesen̄ in epistola quadā ad eum iam carnotensem episcopum opus suum de sanctissimi martyris passione triumphali ita commendat/ De mandato domini mei scribere triumphum sanctissimi Thome martyris nostri attemptassem nisi aliud scriptum fortuitus obtulisset euentus/ quod elegātiam sti li & ingenium Magistri Ioannis Salesberieñsis exprimebat & linguam/ Admirans ergo gratiam que diffusa est in labiis tuis substiti ne laudes quas lingua erudita dictauerat indoctis humane sapientie verbis & stilo degeneri deturparem: & iniuriꝰ fierem martyri qui per insufficientiam rudis ingenii tante magnificentie preconia decertassem.



IOhannes Carnotensis episcopus (si Ioāni trittēhem abbati Spanhemensi creditur) patria Salesberieñsis: beati Thome Canthuariensis archiepiscopi quondā clericus atq; discipulus: vir in diuinis scripturis eruditus: & in secularibus litteris nobiliter doctus: ingenio subtilis: eloquio disertus: & pulchra venustate compositus: carmine excellens & prosa: nec minus religione q̄ scientia venerabilis. Scripsit multa preclara volumina: quibus nomen suum posteris notificauit: sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt. Legi opus insigne de nugis curialium & philosophorū: quod prenōtare voluit.

| | | |
|---|---|---|
| Polycraticon: | li.viii. | Iocūdissimus tū in mul. |
| Pœnitentiale: | li.i. | Cū miserationes dñi. |
| Vitā scī Thōe archiepī: | li.i. | |
| Epistolarū ad diuersos: | li.i. | |

Claruit sub Federico imperatore primo. Anno dñi. M.CXL

¶ Eutheticus Iohannis epi Carnoteñ. In policraticon.

SI mihi credideris/linguā cohibebis/ & aule:
Lumina non intret pes tuus: esto domi.
Aspectus hominum cautus vitare meméto:
Et tibi commissas/claude libelle notas.
Omnia sint suspecta tibi/ quia public⁹ hostis
Et maiestatis diceris esse reus.
Ignis edax/gladiusq; ferox/tibi forte paran͡t:
Aut te polluta subruet hostis aqua.
Cum tamen exieris/faciem velabit amictus/
Deformentq; cutem/puluis & aura tuam.
Dextra ferat virgam/premat & sua mantica dorsum:
Trita tegant frontem pillea pero pedem
Sit gradus & cultus/ habitus peregrinus eunti:
Non nisi barbariem/barbara lingua sonet.
De pictauorum dices te gente creatum:
Nam licet his lingua liberiore loqui.
Hospitiiq; fidem queres super omnia quo sis
Tutus ab insidiis/quas tibi quisq; parat.
Stultos/prudentes/nimium prauosq; cauebis:
Et quos insignes garrula lingua facit.
Si quis amat verum/tibi sit gratissimus hospes:
Et quem delectat gloria vana/caue.
Iure patronatus illum cole/qui velit esse
Et sciat & possit tutor vbiq; tuus.
Ergo queratur lux cleri/gloria gentis
Anglorum/regis dextera:forma boni.
Quesitus regni/tibi cancellarius angli
Primus:sollicita mente petendus erit.
Hic est qui regni leges cancellat iniquas:
Et mandata pii principis/equa facit.
Si quid obest populo/vel moribus est inimicum:
Quicquid id est/per eum desinit esse nocens.
Publica priuatis/ qui prefert cōmoda semper:
Quodq; dat in plures/ducit in ere suo.
Quod dat habet/quod habet dignis donat/vice versa
Spargit sed sparse/multiplicantur opes.
Vtq; virum/virtus animi/sic grata forme:
Vndiq; mirandum gentibus esse facit.

Tardus ad hunc sanus si certet acumine martis
Indoctusq́ plato/varroq́ stultus erit.
Curio si certet verbis/ vincetur ab ipso.
Victus si certet quintilianus erit.
Huius nosse domum non est res ardua cuiuis
Non duce quesito semita trita patet.
Nota domus cunctis vitio non cognita soli
Lucet/ab hac lucem diues egenus habent.
Illa patet miseris patet domus illa beatis
Hic patre letatur aduena quisq́ suo.
Cum reserata semel fuerit tibi ianua currens
Ad thalamum domini progrediere tui.
Expecta dum turba fluat que feruet in aula.
Fessaq́ sint domini membra fouenda thoro
Accedas/vultum mutabis/mãtica nugas
Excutiat/peregre tunc peregrinus erit.
Non tamen ostendas oculos q̃ principis vrat
A quo tota tibi vita salusq́ datur.
Si facies illi tua displicet: vnde placebis?
Eius in arbitrio iusq́ fauorq́ manent
Quod prohibet fieri scelus est/quod precipit equum.
Iuraq́ pro placito stantq́ caduntq́ suo.
Huic que sola placet sola virtute placebis:
Que tibi si desit cetera cuncta nocent.
Iura colit/pacem statuit/fundatq́ quietem.
Et tumidos hostes mente manuq́ domat.
Sed seu iura nocent seu fulminat ensis in hostes
Non nisi sancta gerit/non nisi sancta probat.
Confer ei quoscunq́ duces quoscunq́ potentes:
Plebs erit hoc viso maxima turba ducum.
Si reges videas quid ad hunc nisi rustica turba
Et bene si dici rustica turba queunt.
Particulãq́ tui premonstrans experiere
Que maneat tecum gratia vel quis honor.
Si placet hoc totus poteris fortasse patere.
Sed si displiceat cetera claude toga.
Verba salutantis sint prima/subinde facetus
Te dabis obsequiis/hospitiũq3 petes.
Non grauis hospes eris potuq3 ciboq3 verendus:
Sufficiat vestis non preciosa tibi.

Plato Uarro
Curio.
Quintilian⁹.

Non oneraris equis faleras nec poscis equorum/
Nec te seruorum copia magna premat.
Sufficiat vel sola domus visusq; patroni
Eius & alloquio consilioq; frui:
Curia quid possit quid speret plebs nisi regni
Vires/vna domus sola docere potest.
Si deuelatam faciem mõstrauerit aut non/
Prestringat visum casibus ille tuum.
Quid sapiens stulto differt/quid paupere diues.
Quid misero felix/si sapis ecce vides.
Si fuerit letus oculos auresq; libenter
Exponet nugis forsitan ille tuis.
Sic igitur nugas sparges ne tedia gignant
Que rebus letis sunt inimica nimis.
Si iubet vt nugas agites nugare decenter.
Nam sibi per nugas seria credet agi.
Vtilibus nugas sic aptes seria ludis/
Vt tibi sit grauium nulla timenda manus.
Si iubet vt taceas statua taciturnior esto.
Nec redimas signis verba negata tibi.
Cum satiatus erit vel cum maiora vocabunt
Ora/conductus detur vt inde tibi.
Incitus atq; redi ne querens carpere nugas
Ausus es/infligant tela necemq; parent.
Vnum discedens secretum profer in aure.
Quidquid agant alii tu memor esto tui.
Queq; caro fenum flos feni gloria carnis.
Hec nihil est/nihilo quid minus esse potest?
Munera fortune viscata puta vitiorum. Munera fortune.
Semina sunt/scelerum pabula/mortis iter.
Sũt laquei/ sunt insidie/sunt toxica mortis:
Quam non effugient quos dea ceca colit.
Quod fortuna dedit & quod dabit est alienum.
Auferet hoc totum cum volet illa tibi.
Retia pennatis nequeunt preuisa nocere.
Tu quecũq; vides retia mentis habe.
Retia sunt quecũq; vides hoiemq; ligatum.
Ad miseram mortem per mala queq; trahunt.
Forsitan vnde tibi datur hec audacia queret.
Dices/nil metuens omnia tutus agit.

Omnia tutus agit quem nec spes nec timor angit.
Cui mala nulla placet omnia tutus agit.
Hispana rediens aut vasconis vtere lingua. Hispana. Vasconis lingua.
Sed tamen in verbo plus grauitatis habe.
Indue sic linguam sic vestes indue gentes/
Salua sit vt morum regula salua fides.
Pendeat ex humeris crux enea sit coma tetra/
Hispida cesaries barba rescisa parum.
Sitq; grauis vultus/ sint frons oculiq; pudici:
Insontesq; manus pauper amictus erit.
Dum tibi conductus fuerit securior ibis.
Et via sit pedibus quelibet apta tuis.
At si defuerit longas pretende dietas.
Contineatq; pedes publica strata tuos. 
Nusq̃ diuertas ne quis te ledat euntem.
Nugarũq; luat garrula lingua notas.
Omnia si nescis loca sunt plenissima nugis. 
Quarum tota cohors est inimica tibi.
Ecclesia nuge regnant & principis aula.
In claustro regnant pontificisq; domo.
In nugis clerus in nugis militis vsus.
In nugis iuuenes: totaq3 turba senum.
Rusticus in nugis/in nugis sexusq3 vterq3.
Seruus/& ingenuus/diues/egenus in his.
Accelera gressus: tanto duplomate pergens.
Ad mare quo morum littora nostra petunt.
Hospitium tandem sera cum nocte subibis
Vt valeas: esto sobrius/ esto grauis.
Gens penetranda tibi per larga bibaxq3 loquaxq3.
Et cui in morem gesseris hostis eris.
Emergunt lites modice quas magne sequuntur.
Iurgia vulneribus fota necẽq3 ferunt.
Sed quia virtutem gens diligit & veneratur.
Si bene credaris viuere tutus eris.
Non modo tutus eris sed summo dignus honore.
Queq; libet fieri cuncta licenter age.
Cantia te felix genuit te cantia fouit Cantia.
Illustris regum pontificumq3 parens.
Hic tibi debetur sedes finisq3 laborum:
Illa tibi requiem preparat illa domum.

Anglorum. Britonum.

Anglorum ſedem primam pete ſiue britonum.
Si britonum mauis dicere nemo vetat.
Indignum litem ſi tempus agit breue longam
Digna quidem non ſunt tempora longa breui.
Cum de re conſtet non ſit de nomine pugna.

Lana caprina. Britannis. Angelus.

Non foueat litem lana caprina diu
Quicquid vis dicas/dum ſit caput illa britannis
Quam tibi preſignat angelus arce micans.
Angelus iſte quis eſt:aut que domus iſta requires:
Namq̃ʒ nouos rerum forma mouere ſolet.

Xps.

Hec eſt illa domus que xp̄m prima recepit:
A qua ſuſcepit inſula tota fidem:
Inſula tota fidem cepit fideiq̃ʒ parentem
Predicat/extollit/audit/honorat/amat.

Magni cõſilij datorẽ angel⁹

Conſilii magni ſi noſti forte datorem
Non erit ignotus angelus iſte tibi.

Angeli deſcriptio.

Angelus e ſpecula /totum circũſpicit orbem.
Et corpus pennis ſubuehit atq̃ʒ tegit.
Sic videt e ſpecula ſic protegit omnia pennis/
Vt ius non habeat hoſtis in orbe ſuo.
Hic tempeſtates prenunciat atq̃ʒ ſerenum
Ventorum rabiem tempat atq̃ʒ maris.
Ne quid obeſſe queat non dormit/nocte dieq̃ʒ
Stat/quia ſubiectos vndiq̃ʒ ſtare facit.
Accedens propius xp̄i properabis ad aulam
Vt veniam culpis promereare tuis.
Illic finiti ſoluentur vota laboris.
Hic lachrymas gemitus/ hic pia cura dabit.
Excipiet fratrum te ducem tota chorea
Et laudes pro te ſoſpita leta canet.
Quicquid habes quod eis placeat largire libenter
Cuilibet vt fuerit vtile cuiq̃ʒ dabis.
Si potes odoni ſtudeas donare ſalutem.

Brito.

Accipiatq̃ʒ brito te veniente crucem.
Hic narrare tui tandem diſcrimina fati
Exacteq̃ʒ vie proſpera cuncta licet.

Ouis. vulpes Agnus. Leo. Aſellus

Quid ſi ouis ſub vulpe latens vulpes ve ſub agno:
Pelle leonina dic quid aſellus agat.
Quid leo dum ſeruit quid agit dum regnat aſellus

Turtur. Paſſer. Canis.

Turturis in ſpecie paſſeris acta canes

Quid faciant pardi timidi leporeſq; feroces:
Et ſpes conuerſi que ſit habenda lupi.
Quid repēs teſtudo paret ſcarabeus o nuſtus:
Curq; leui ventus grandis ab imbre cadit.
Sed quia nemo poteſt cunctis virtute placere:
Sufficiat paucis te placuiſſe bonis.
Spernantur ſi forte tue ſub iudice nuge.
Non ſit iniqua manus/aut tua lingua procax.
Libera donentur cunctis ſuffragia/teq;
Iſte bonum dicat:dicat & ille malum.
Si locus eſt liber:cur non ſit libera lingua?
Nemo ſatis firmus quem leuis aura mouet.
Quid facient enſes ſi te leuis aura cruentet:
Verba quidem non ſunt verbera:verba times.
Linguarum ſtrepitus ſolidam non tranſeat aurem:
Auris inepta nimis quam ſonus vrit iners.
Exercent alii linguas:tibi pareat auris:
Lingua quidem prodeſt non tamen aure magis:
Illis in lingua mens eſt tibi cor ſit in aure.
Os patulum ſit eis/auris aperta tibi:
Obice virtutis confringitur impetus oris:
Et lingue ſtimulo mens male ſana perit.
Nemo niſi vanus falſo letatur honore:
Conſcia mens culpe quam maledicta mouent.
Frons adamante tibi ſit durior/igne peruſta:
Sit cutis/a verbis ne notet ora rubor.
Plena pudore tamen qualem decet illius eſſe:
Qui timeat vitii ſordidus eſſe nota.
Alterius lingue dic quis moderatur habenas?
Vix eſt qui proprie poſſit habere modum.
Lubrica ſepe cadit quoniam verſatur in hudo:
Sepe cadens labem contrahit atq; notam.
Inter multiloquos & grandia verba ferentes:
Eſto tardiloquus/eſtoq; pauca loquens.
Dum linguas acuunt alii/tibi calleat auris:
Et ſit dulichio remige ſurda magis.
Nec tantum valeat temeraria lingua loquentis:
Pectoris vt poſſit rumpere clauſtra tui.
Si patiens fueris nunq̄ tibi verba nocebunt.
Turbatorq; tue nemo quietis erit

Pardi. Lepores. Lupi. Teſtudo.

Prouerbiū.

Adamante.


Excutiet pacem quam dat patientia nullus:
Sit licet exermis conterit arma tamen.
Vtantur linguis tu viribus vtere mentis:
Si ſapis /a linguis gloria magna venit.
Nam que ſit doctrina viri patiētia monſtrat:
Imbelliqꝫ manu bella nefanda premit.
Quis feret armatam que ſola triumphat inermis:
Armatāqꝫ manum vincere ſola poteſt.
Vix patiens forti melior/minor eſſe triumphus
Verbis ꝙ mentis dicitur/eſtqꝫ minor.
Sperne malos/venerare bonos:ignoſce volenti
Ledere:nulla bonis vltio grata magis.
Nulla virum fortem vindicta magis decet iſta:
Principibus ſemper debet adeſſe viris.
In quorum manibus lex ſi viget ignea punit:
Dum miſeret fidos/dum cupit eſſe facit.
Prouocat ad facinus/dum ſeuit iniqua poteſtas:
Et ſibi ſubiectos non ſinit eſſe pios.
Nemo ſciens illum ledit quem credit amicum:
Regula fida nimis quiſquis amandus amet.
Hec hominum diſiuncta ſolet coniungere corda:
Iſta poteſt hominem conciliare deo.
Hac duce carpe viam gradienti nemo nocebit:
Et poteris cunctas tutus inire manus.
Illa tamen metuenda manus que tractat iniquas
Sordes:quam maculant era colore ſuo.
Non quia polluitur & polluit/eſt fugiēda:
Sed quoniam nummus toxica ſeua gerit.
Toxica perpetuam paritura famēqꝫ ſitimqꝫ:
Et miſeram vitam mortis & omne genus.
Nulla libris erit apta manus ferrugine tincta:
Nec nummata queunt corda vacare libris.
Non eſt eiuſdem nummos libroſqꝫ probare:
Perſequiturqꝫ libros grex epicure tuus.
Ignis auaritie cum fenum carnis adurit
Surgit:& eternum conſtruit vſqꝫ focum.
Omnia cum poſſit manus omnipotentis:auare
Mentis egeſtatem non ſatiare poteſt.
Non ſatiare poteſt manus omnipotentis auarum:
Dic michi quis poterit quod nequit illa manus?

Nonne satis miser est quem nec deus ipse beare
Sufficit? vlterius quis miser esse potest?
Nūmipete cum libricolis nequeunt simul esse:
Ambos crede mihi/non capit vna domus.
Ergo caue miseros:nec ab his nisi tristia speres:
Nam miseri cultor/quis nisi stultus erit?
Est antiqua nimis:nimis est sententia vera:
Quam docuere patres ennius atq3 cato.
Tam quod habet q̄ quo caret:omne desit auaro.
Occupet:incumbat:res aliena tamen.
Semper habundabit:qui rebus nouerit vti:
Et mens vtendi nescia:semper eget.
Pauca potest diues & plurima pauper habere:
Nescit egestatem diues:egenus opes.
Nullus amicus ei qui multa cupit:nec amicus
Est sibi cui nimium res aliena placet.
Si cupidus fuerit hostis caueatur vt hostis:
Si sit amicus eo cautior esse stude.
Iurat crede minus:non iurat credere noli:
Iuret non iuret hostis ab hoste caue.
Et fugias quos liuor edax felicibus hostes:
Sic facit vt virtus flectere nulla queat.
Muneribus fortasse tuis placabis auarum:
Ledere quo cesset inuidus esto miser.
Altius misera gaudet mēs inuida sorte:
Cunctaq3 vicini commoda damna putat.
Et nisi festinus fugeres te plura monerē:
Vix pateris dici pauca:vel ista tene.

Nūmipete.
Ennius.
Cato.
Cōtra īuidos

¶ Laus deo.

¶ Subscripta metra pulchre & plenissime continent materiam illam que habetur infra libro.vi. cap̄.xxiiii.de membris corpis: qūo aduersus stomachū quasi voracitate oīm labores exhauriret conspirauerant.


Oncilium celebrant humani corporis artus:
Inter se de se plurima verba serunt.
Incidit in ventrem sermo: de ventre queruntur.
Q₂ grauis est dominus/& nimis vrget eos

Tandem rethorico pingens sua verba colore:
Aggreditur fratres lingua/superba suos.
Quis furor o ciues/que tanta licentia fratris
Audeat in nobis ponere turpe iugum?
Turpe iugum certe/quādo seruus dominatur:
Et dominus seruit.hic iubet:ille facit.
Certe nos serui turpes digna cruce digni:
Ludibrium miseri degeneresq; sumus.
Nam ventrem dn̄m nobis elegimus ipsi:
Omnia colligimus que sibi grata putat.
Nulla quies nobis.mouet hunc.mouet hunc:vocat illum.
Surge piger/somnos excute/tolle moras.
Quere cibos epulasq; para.vinumq; propina
Mēsam pone.dies preterit:hora fugit.
Ecce duo veniunt hostes/mortemq; minantur:
Imminet inde fames/imminet inde sitis.
Ergo deficiam nisi subuenias mihi velox:
Preueniasq; famem preueniasq; cibos.
Sic me sic alios pulsat lasciuia ventris:
Et me plus aliis turgidus iste premit.
Me quasi preconem causarum iurgia sepe
Exercere iubet/paruaq; dona sequi.
Et modo patronus modo iudex & modo testis
Clamo.iura patrum concio.falsa loquor:
Sub specie veri curans inducere falsum:
Fallo /periuro.pretereoq; fidem.
Fasq; nephasq; simul equali pondere libro:
Per licitum pariter illicitumq; vagor.
Si lateri vel pontificis vel principis asto:
Tunc vnguenta paro blanda re placere volens
Vngo blanditiis vt delitias sibi venter:
Accumulet:ac me distrahit ille nocens.
Nonne manus nostre ventri seruire laborant:
Nonne minas eius imperiumq; timent?
Furantur.rapiunt.operantur.& omnia venter
Suscipit.et sorbet omnia silla vorax
Huic oculus seruit studiosus currit vbiq;:
Nuntiat hec domino que meliora videt
Heu pedibus quātos indixit sepe labores:
Quos minus affligit quos sine lege premit.

Inde dolor nostri consumit corporis ossa.
Membra quatit: vires haurit/acatq3 cutē.
Est ad seruitium nobis studiosa voluntas
Gratia nulla tamen/conqueror inde magis.
Nam bene cum seruo respondet gratia: multum
Temperat: immo facit dulce laboris onus.
Huic vero cum multa damus: cum multa paramus
Non cessat querulus dicere/pauca datis.
Si dederis hodie: nisi cras dederis: nisi rursum
Et rursum dederis: perdere prima potes.
Et si forte suis dicit satis est: satis illud
Post modicum tempus incipit esse parum.
Dicite quis tantam possit satiare carybdim?
Dicite q̄ta cupit? quis dare tanta potest?
Hic etiam nostros auget cumulatq3 dolores:
Et gula nos nimium pessima sepe premit.
Illi gustus abest: hic portam seruit & iste
Vilis leno/procax gartio/scurra vagus.
Hi duo per mundi currunt elementa: quid aer
Et pariat tellus/quid freta: scire volunt.
Non volucris penna: non euadit fera cursu.
Non piscis ceco gurgite tutus erit
Nouerunt varios hi dispensare sapores
Vt magis alliciant illiciantq3 cibis
Gustus discernit quod transmittit gula: venter
Abscondit/ꝓbat hic/hic rapit: ille capit.
O venter q̄to deturpas crimine mundum
Immundūq3 facis turpia queq3 mouens
Propter te fiunt homicidia/furta/rapine/
Insidie/strages/iurgia/bella/doli.
Currit ad ecclesiā monachus/miles gerit arma
Quisquis sectatur lucra/colonus arat.
Ex te virtutū casus animiq3 ruina.
Membrorum pestes luxurieq3 lues.
Tu nabuzardan princeps dominusq3 cocorum
Nāq3 tibi sero mane coquina strepit.
Tu follis tumidus: vas plenū sordib9/ imo
Plenus fece/locus/non locus immo lacus.
Vos ergo fratres mecum discernite qualis
Hic dominus: mecum cernite quale iugum.


Turpe iugum credo quando seruus dominatur.
Et dominus seruit:hic iubet ille facit.
Turpe iugum vere quando ratione sepulta
In nobis venter imperat/illa silet.
Viuere debemus non ventri sed rationi.
Vir bonus hanc nec hunc captat habere ducem.
Paulus ait venter esce datur escaqꝫ ventri.
Sunt duo iuncta sibi perdet vtrūqꝫ deus.
Nos ergo pudeat tali seruire patrono.
Gloria nostra per hunc nobilitasqꝫ perit.
Surgite state precor:animo pugnate virili.
Magna parat nobis premia pugna breuis.
Eternum pereat qui ventri seruiat vltra.
Sit procul a nobis qui sua regna feret.
Sit sine fine labor: sit naufragium sine portu.
Continuus sit ei perpetuusqꝫ labor.
His verbis animat socios facundia lingue.
Et monet & munit & docet esse viros.
Ergo simul iunctos confederat vna voluntas.
Astringitqꝫ sibi quos ligat vnus amor.
Indicunt bellum ventri iurantqꝫ ꝙ eius
Vincula dissoluēt:discutiētqꝫ iugum.
Sic statuunt & sic confirmant federe facto.
Ventrem destituunt nec famulantur ei.
Iam pes/lingua/manus/& cetera membra quiescunt.
Pes negat ire/loqui lingua/iuuare manus.
Prima dies illi tranquillo tramite currit.
Sic quisquam posset ille nec ille ferunt.
Altera ieiunium nescit compescere ventrem.
Latrantemqꝫ gulam pacificare nequit.
Tertia consumptos macie vix sustinet artus:
Nāqꝫ maligna nimis vrget vbiqꝫ fames.
Pes torquet:manus egrotat/languet caput/ora
Pallunt/suspirant pectora:lingua tacet.
Omnia turbantur in corpore/nullus in illo
Est vigor/eger ibi luctus/vbiqꝫ dolor.
Rursus post longos gemitus:conamine multo
Vix hos balbutit languida lingua sonos.
Quid facimus nil proficimus magis & magis omnes.
Deficimus/premimur/affligimurqꝫ fame.

A ventris rabie venit hec iniuria nobis.
Hoc eius nobis parturit ira malum.
Sentio grande malum:sed causa mali mihi clausa:
Qꝛ nocet ecce patet:cur nocet iste/latet.
Nunc igitur fratres vobis presentibus ipsum
Conueniam:queram que sit origo mali.
Tunc se conuertens ad ventrem lingua:quid(inquit)
Tam male nos ledis/hic furor vnde tibi?
Respice/nonne tuos conciues perdere curas?
Quando vides casum:non releuare paras?
Hostis es & ciuis/hec recta fronte repugnant.
Iuncta sibi melius ciuis amicus erunt.
Et vacuum & plenum te semper habebimus hostem.
Semper erit nobis tristis vterꝙ status.
Quando tumes plenus:nimia te mole grauari
Clamas/& tecum nos facis esse graues.
Quando iaces vacuus/quia te ieiunia ledunt
Latras:& querulus nos facis esse graues.
Ergo precor miserere tui miserere tuorum.
Ne tecum pereant:teꝙ/tuosꝙ/iuua.
Exponas cur non quereris/vel quid tibi queris.
Et ne queso noce:sed facienda doce.
His verbis claudit sermonem lingua:vicemq;
Venter ei reddens incipit ista loqui:
Audiui lingue strepitus:& eos sapienter
Sustinui/fratres ledimur inde parum.
Lingua quidem membrum modicum sed molle/citoq;
Labitur:& loquitur sepius absq; modo.
Nam de scintilla magnum fouet & mouet ignem.
In fornace sua fabricat inde dolos.
Inde nimis nostros agitat discordia ciues.
Nam pacem turbat/& mihi tela iacit.
Me dominum fratres vobis ostendit & hostem.
Sed scio ꝙ vobis seruio vosq; colo.
Cum nos de massa rerum natura vocauit.
Et nobis formam materiaq; dedit.
Iunxit in humano nos corpore/iunxit amico
Federe/nos semper iungeret vnus amor.
Omnia precepit fieri communia nobis.
Omnibus vt proprium nullus habere velit.

Omnibus officia distinxit/meq ministrum
   Constituit vobis/et dedit esse cocum.
Inde paro vobis escas:alimenta ministro.
   Vitam cum seruo/pauca reseruo mihi.
Vos date.suscipio/susceptum decoquo.coctum
   Distribuo vobis.fercula queq gero.
Pauper sum seruus nil possum ponere vobis
   Si nihil cōfertis/non mea bursa vacat.
Nec nimium curo nec ego nimium modo quero.
   In medio positus opto tenere modum.
A nimio veniunt fastidia/crimina/morbus/
   Crapula/luxurie/fax/laterisq dolor.
A nimio veniunt infeste mortis imago
   Frons tristis/facies pallida/laxa cutis
A medio veniunt mens semper sobria/corpus
   Robustum/felix vita/iocosa quies
Ergo si caueat diues ne deuoret vltra
   Q̄ satis & pauper curat habere panem.
Et vos si sapitis seruare modum modo dando/
   Dispensator ero pro ratione dati.
Sepe mihi dabitis/quia vultis sepe cibari.
   Nāq per hec vobis vita salusq datur.
Surgite ne mortis inducat inertia somnum.
   Somno desidie iudico sepe mori
Turpiter occumbit quem torpor vulnerat/ ergo
   Surgite/mors properat/sentio vita fugit.
Ventris ad has voces membrorum turba resumit
   Vires/& rediens induit arma vigor.
Surgunt/officiis insistunt/debita soluunt.
   Inuigilāt operi singula membra suo.
Quos socios vite fecit natura:laboris
   Aut oneris socios mutua cura facit.
Sic litem sepelit leto concordia fine:
   Hic quoq vult finem carmen habere suum.

Finis Laus deo.

¶ Policratici de curialium nugis & vestigiis philosophorum Prologus incipit.

IOcundissimus tum in multis/tum in eo maxime est litterarũ fructus: qđ omniũ interstitiorũ loci & temporis exclusa molestia/ amicorum sibi inuicem presentiam exhibent/ & res scitu dignas:cito aboleri non patiũtur:nã & artes perierant euanuerãt iura: fidei & totius religionis officia queq; corruerant:ipseq; ecti defecerat vsus eloquii/ nisi in remediũ infirmitatis huma e litterarũ vsũ mortalibus diuina miseratio ꝑcurasset. ¶ Exẽ la maiorũ que sũt incitaméta & fométa virtutis:nulli oĩno exi gerent aut seruarẽt:nisi pia sollicitudo scriptorũ & triũphatrix nertie diligentia/eadem ad posteros transmisisset. Siquidẽ vi a breuis:sensus ebes/negligentie torpor/iutilis occupatio/nos paucula scire ꝑmittũt:& eadẽ iugiť excutit & auellit ab animo raudatrix sciẽtie ĩimica/& inuida semp memorie nouerca obli io. Quis enĩ alexandros sciret aut cesares? Quis stoicos aut paripatheticos miraref/nisi eos insignirẽt monimẽta scriptorum? Quis apostoloꝝ & ꝓphetaꝝ amplexanda imitaretur ve tigia:nisi eos posteritati/diuine littere cõsecrassẽt? arcus trium phales tũc ꝓficiũt illustribus viris ad gloriã:cũ ex quibus causis & quorũ sint impssa docet inscriptio:liberatorẽ patrie/ fundato rem quietis tunc demum ĩspector agnoscit/cũ titul⁹ triũphatorem quẽ nostra britãnia genuit indicat ꝯstantinũ. Nullus enim vnq̃ cõstãs glĩa claruit:nisi ex suo vel scripto alieno. Eadem est asini & cuiusuis impatoris post modicũ temp⁹ gloria: nisi quatẽn⁹ meõria alterutri⁹ scriptorũ bñficio ꝓrogeť. Quot & q̃tos arbitraris fuisse reges/ de quibus nusq̃ sermo est aut cogitatio? Nihil ergo cõsiliosi⁹ est captatorib⁹ glorie q̃ litteratoꝝ & scribẽ tiũ maxĩe grãm ꝓmereri. Inutiliť enĩ ab eis geruntur egregia ꝑpetuis tenebris obducẽda:nisi lr̃arũ luce clarescãt. Quicqđ fauoris aut ꝑconioꝝ aliũde ꝯhiť ꝑide est ac si echon quẽ audis in fabulis plausus recipiat theatrales. Desinit enĩ cũ cepit. ¶ Ad hec in dolore solatiũ:recreatio in labore:in pauptate iocũditas: modestia in diuitiis & delitiis fidelissime a litteris mutuatur. Nã a vitiis redimiť anim⁹:& suaui & mira quadã/etiã i aduer sis iocũditate reficiť/cũ ad legendũ vel ad scribẽdũ vtilia mẽtis intẽdit acumẽ. Nullã in reb⁹ hũanis iocũdiorẽ aut vtiliorẽ occu

Lr̃aꝝ ꝛ studij cõmendatio.

Cesares.
Alexandros.
Paripatetici
Aplõꝝ ꝛ prophetarũ vesti gia.

pationē inuenies/ nisi forte diuinit⁹ compuncta deuotio orādo diuinis insistat colloquiis: aut corde per charitatē dilatato/ deū mente concipiat:& magnalia eius apud se quasi quadā medita tionis manu pertractet. Experto crede:quia omnia mundi dul= cia his collata exercitiis amarescunt/ eo quidē magis quo cuiq; sensus integrior/& ratio īcorrupta iudicii purioris viget acumi ne. Noli ergo mirari/ quare aliquē gradū scale que nūc sola no= uit ascēsū/ ꝑut quandoq; monuisti non ascendo:quare maiorib⁹ me non ingero curiis: cū tibi & socratis rīsurus sim verbo: q in terrogatus ab amicis quare non in forēsibus negociis versaret/ respōdit. Que locus hic callet/ego nescio:que ego calleo/ locus hic nescit. Ego enim contēno que illi aulici ambiunt/& que ego ambio/illi contēnūt. Mirare magis quare nō precido aut rum= po funē/si a͞las solui non potest: qui me in curialib⁹ nugis tam diu tenuit & tenet adhuc tāte obnoxiū seruituti. Iam fere annis duodecī nugatū esse tedet:& penitet me lōge aliter institutum & quasi sacratioris philosophie lactatū vberib⁹ ablactatūq; de= cuerat ad philosophantiū transisse cetū q̄ ad collegia nugatorū. Et te quidē sentio in eadē conditione versari:nisi quia rectior & prudētior si facis quod expedit:stas semper immotus in solide ꝟtutis fundamento:nec agitaris arūdinea leuitate: nec delitia= rum sectaris mollia:sed ipsi que mundo imperat imperas vani tati. Vnde cū tibi diuerse prouincie cōgestis meritarū laudum preconiis quasi arcū erigant triumphalē:ego vir plebei⁹ striden ti fistula inculti eloquii librum hūc ad honorē tuū velut lapillū in aceruo preconiorū tuorū conieci: sciens quia sicut non habet vnde placeat ex venustate:sic ex deuotiōe scribētis non poterit displicere. Nugas ꝑ parte cōtinet curiales/& his magis insistit quib⁹ vrget magis:pro parte autē versat in vestigiis philoso= phorū quid in singulis fugiendū sit/aut sequendū/ relinquēs ar= bitrio sapiētis. Et qa ne ledāt aliquē/ eū oportuit ꝯueniri in quo nihil nugatoriū possit argui:te virorū nostre etatis elegantissi= mū decreui cōuenire: & q̄ videtur in mei sīlib⁹ arguenda descri bere. Sic enim cum ineptias suas lector vel auditor agnoscet il lud ethicū reducet ad animū:quia mutato nomine de se fabula narratur:precipue cum omnes nouerint/quantis tu serietatib⁹ iugiter occuperis. Sic dū alios docet seneca: suū monet lucillū. Ad oceanū & pāmachium scribit hieronym⁹:& alioꝝ pleriq; castigat excessus. Quisquis aūt blādientis causat ineptias: ne= gocium cū tempore metiatur. Et quod sapiētis est: ex causis di

Rephēsio vel instructio vni⁹ oēs informat.

ndi dicta diiudicet. Siquid aūt cuipiā asperius sonat: non in se
icq̄ dictum nouerit: sed in me ipsum & similes mei qui mecū
piunt emēdari: aut in eos qui collapsi in fata: omnem rep̄hen
onem equanimiter ferunt. Noui enī quia nullis grauis est per
ssus achilles: & p̄sens etas corrigitur: dum preterita suis me=
tis obiurgatur. Sic dum corrigatur oratius etiam seruis vt de
mbri libertate vtantur indulget. Omne vafer vitium ridenti
accus amico: tāgit & admissus circū precordia ludit. Que ve
ad rem pertinentia a diuersis auctoribus se animo ingerebāt
im conferrent aut iuuarent: curaui inserere tacitis interdū no=
ninibus auctorum. tum quia tibi vtpote exercitato in litteris
leraq; plenissime nota esse noueram: tum ad lectiōem assiduā
nagis accenderetur ignarus. In quibus si quid a fide vera lon=
gius abest: mihi veniam deberi confido: qui non omnia que hic
cribuntur vera esse promitto: sed siue vera siue falsa sint/ legen
ium vsibus inseruire. ¶ Neq; enim adeo excors sum: vt prove
o astruam: quia pennatis auibus quondam testudo locuta est/ Testudo.
ut q̄ rusticus vrbanum murem mus paupere tecto acceperit/ Mus.
& similia: sed quin hec figmenta nostre famulentur instructio=
ni non ambigo. Hec quoq; ip̄a quibus plerumq; vtor/ aliena sūt:
nisi quia quicquid vbiq; bene dictum est facio meum. Et illud
nunc meis ad compendium/ nunc ad fidem & auctoritatē alie=
nis exprimo verbis: & quia semel cepi reuelare mentis archa=
na: arrogantiam meam plenius denudabo. Omnes ergo qui
michi in verbo & opere philosophantes occurrunt: meos clien=
tes esse arbitror: & quod maius est: michi vendico in seruitutē:
adeo quidem: vt in traditionibus suis seipsos p̄ me linguis obii
ciant detractorum. Nam & illos laudo auctores. Neq; enī ale= Alexander.
xandrum vidi vel cesarem: nec socratem zenonem ve: platonē Cesar. Socrates. Zeno.
aut aristotilem disputantes audiui. De his tamen & aliis eque Plato.
ignotis ad vtilitatem legentium retuli plurima. Cedo tamen Aristoteles.
ne videar cōtentione gaudere: & me officiosis fateor vsum esse
mendaciis: & si aliter emulus nō quiescit: quoniam ego meum
cornificium habeo/ & laminium: me mendacii reum esse con=
sentio: qui scriptum noui/ quia omnis homo mendax: adeo qui ps. cxv.
dem: vt nec vastum pectus turgidus vēter: tumida facies & ru=
bicunda: lingua procax: & insulsa: & paratior mores corrodere
alienos q̄ suos corrigere/ nostrum exceperit laminium. Quis
ipse sit nisi ab iniuriis temperet dicam: & plane cognoscet: quia
inueteratum esse: plenam non confert nec integram seruat au=

ctoritatem. Procedat tamen & publicet: arguat meum ratiõe vel auctoritate mendacii: & ego/vel ad inimici vocẽ non refugiam emendari/immo & amicũ ducã qui meũ castigabit errorem. Si tamẽ alicubi auctorũ aliter q̃ scripserim inueniat̃/ non ideo cõstabit me esse mentitũ: cũ in strategẽmaticis hystoricos qui frequẽter ab inuicem dissidẽt sim secutus/ & in philosophis achademice disputãs ꝑ ratiõis modulo q̃ occurrebãt ꝓbabilia sectatus sim. Nec achademicorũ erubesco professionẽ: qui in his que sunt dubitabilia sapienti ab eorũ vestigiis nõ recedo. Licet enim secta hec tenebras rebus oĩbus videat̃ inducere: nulla ꝟitati examinande fidelior: & auctore cicerone q ad eã in senectute diuertit/nulla ꝑfectui familiarior est. In his ergo que incidẽter de ꝓuidẽtia & fato & libertate arbitrii & silib⁹ dicta sũt/ me achademicum potius esse noueris q̃ eorũ que dubia sunt temerarium assertorẽ. Scripturarꝝ quoqꝫ testimoniis ad cõmodũ explanande sentẽtie qñqꝫ vsus sum: ita tñ vt nihil fidei: aut bonis morib⁹ inueniat̃ aduersũ/ac si sentẽtias tã modernas q̃ veteres eadẽ incõmutabilis ꝟitas genuisset. Siquidem facies nõ oĩbus vna. Non diuersa tñ qualem decet esse sororũ. Oĩa ꝟo tuo reseruant̃ examini: vt tibi maior & iustior corrigẽdi q̃ mihi scribẽdi gl̃ia debeat̃. Inequalitas aũt voluminũ variis est occupationibus ascribenda/q̃bus incuria sic distractus sũ: vt vix aliq̃d scribere qñqꝫ licuerit: Dũ tamem tolosam cingitis ista aggress⁹ sum: & me curialibus nugis paulisper ademi: illud voluẽs in aĩo: q̃a ociũ sine litteris mors est: & viui hoĩs sepultura. Si q̃s ignotos auctores cũ laminio calũniatur: aut fictos/rediuiuũ platonis africanũ ciceroni sõniantem & philosophos saturnalia exercẽtes accuset: aut auctorũ nostrisqꝫ figmẽtis ĩdulgeat/si publice seruiunt vtilitati. Preterea lectori & auditori quanta possũ deuotiõe supplico: vt me patri misericordiarũ cõmendare dignẽtur ĩ orationibus suis & erratib⁹ meis q multiplicati sũt sup numerum: veniã studeant obtinere. nam & ego spero me ꝑticipẽ esse oĩm timẽtiũ dñm/ & corde & voce vicissim ꝓ indigentibus oro: vt actus & cogitationes nr̃as omnipotẽs & miserator dñs emundet: & ne vitiorũ rapiamur erronb⁹: spũ sancto mentes illustrare dignetur magni consilii angelus.

Achademicorũ secta cõmẽdat̃ ad quã tulius in senectute transiuit.

Optima limitatio.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipiunt capitula libri q̄rti.qui in.xii.diuidit̄ ca.

¶Incipiunt capitula libri qnti qui in.xvii.diuidiť ca.

¶ Sequitur tabula super librū recolende memorie iohannis/quondam archidyaconi Salesberienſ/ postmodū episcopi Carnoteñ. de nugis curialiū & vestigiis philosophorū. In q̄ tabula notantur materie & sentētie in dicto libro contente per ordinē alphabeti/quotando libros per numerum primum in fine cuiuslibet conclusionis dicte tabl'e repertū:& capitula per secundū numerū sequētem.




Duellu[illegible] [illegible] li.3.ca.13.



¶ Finis tabule.

Policratici ſunt libri octo.

| | |
|---|---|
| Primus liber cōtinet capitula. | xiii. |
| Secundus. | xxix. |
| Tertius.xv. | xv. |
| Quartus. | xii. |
| Quintus. | xvii. |
| Sextus. | xxx. |
| Septimus. | xxv. |
| Octauus. | xxv. |





¶ Quid maxime noceat fortunatis. Caplm. j.

INter om̄ia que viris solent obesse: principib⁹ nihil perniciosius esse arbitror: q̄ ꝙ ei3 fortune blandientis illecebra/aspectū subtrahit veritatis/dū diuitias suas et delitias cōgerit mūdus: quib⁹ delicati sensus pruriginē vicissim refouet & accēdit: vt animus multiplici lenociniorū fraude captus: quadā alienatione sui ab interiore bono deficiens: per exteriora mēdacia variis cōcupiscentiis euageẜ. Nouerca siquidē virtutis ꝓsperitas/beatulis suis sic applaudit vt noceat: & in felici successu: sic inuia fortunatis obsequitur/ vt in fine pniciem opereẜ. conuiuis suis ab inicio ꝓpinās dulcia. & cum inebriati fuerit letale virus miscet. & si qd † deterius est. Quo specie sui clarescit ampli⁹: eo stupētib⁹ oculis densiorē infūdit caliginem. Inualescētibus ergo errorum tenebris veritas euanescit: et virtutum radice succisa seges germinat vitiorū. lumē ratiōis extinguiẜ: et totus homo casu miserabili fertur in preceps: Sic rōnalis creatura brutescit. Sic ymago creatoris quadā morū similitudine deformatur in bestiam. sic a cōditionis sue dignitate degenerat homo vanitati similis factus: eo ꝙ ex honore collato intumuit. & a tumore pdidit intellectū. Quid enī eo indigni⁹ est qui suiipsius cōtemnit habere noticiā. qui tempus quod parca manu datū est ad mēsuram/ in vsum vite & solū reparari nō potest/ vsuraria quadā accessione et penali repetendū/ in vite dispēdia prodigit: et in ꝯtumeliā auctoris effundit? Quid eo brutius qui ex defectu rationis. & impulsu libidinis/ dimissis propriis aliena negotia curat. & nō modo negociis/sed & alienis ociis iugiẜ occupaẜ? Quid eo bestialius q omisso officio de media nocte surgit: vt sagacitate canū: venatorū industria: studio cōmilitonū: semulorum fret⁹ obsequio/tēporis/& fame iactura/rerū laborisq̄ dispēdio de nocte ad noctem pugnet ad bestias?

Nota mala q̄ fortune ꝓsperitas operatur. Vn̄ Seneca. Cū principes oīa possideant vnū tn̄ eis deest/ ꝙ non habēt q̄ dicat eis veritatem.

† Al's & quod.

Concor. ptolomeus philosoph⁹ phcludēs in li. de vita et mor. philo. ca. cij. dū dicit. Insipiens est qui suiipsius ꝗtitatē ignorat. licet tales pbs in. ca. j. de vita & mor. phi lo. interrogat⁹ quod difficile ait seipsum agnoscere.

¶ Quid in studiis alienum. Capitulū. ii.

ALienum profecto est. quod ratio nature/vel officii nō inducit. si tamen interdum recte diciẜ alienū. quod recti⁹ fuerat semper fuisse nulli⁹. Que vero nature sunt pereque sunt omnium que officii sua sūt singulorum. aliud itaq̄ ex officio/aliud ex natura: licet nature ius ex officio debeatur: parricidii siquidē species est ipugnare iura nature. & sacrilegii instar/pntis leges euacuare. & matri omnium hono-

Qz canes albanos de italia ī asyam traiecit hercules.

lātur. Canibus quidem illis nulla ferarū fortior nulla aīosior est
Hos hercules tergemino geriōe victo/ab ytalia traiecit in asiā.
eis v̄tutem qua leones sternerēt quasi hereditariā derelinquēs
¶ Ad hoc carnificiū eorum/ artē exigit. & artem quidē facit.
suum habet opificē chiriomātica volanti cultello nunc pugiōe

Gladi⁹ lōgus ex vna p̄te acutus.

stricto. nunc hebetata macera/ miraberis si te casu contigerit so
lemniis eorū interesse. Caue tamē ne in artē loquendi v̄bo quo
uis offēdas quia aut vapulabis: aut ꝯdēnaberis insciētie bonoꝝ
oīm si coꝝ figmēta nō noueris: hec sunt tp̄ib⁹ nostris liberalia
nobiliorū studia. hec sunt prima elemēta virtutis. Hec via feli-
ces ad btītudinis cumulū cōpendioso tramite perducit: quo ma
iores nostri non nisi laboriose virtutis gradib⁹ docuerāt ascen-

Derisio gallorū cōtra lōbardos si testudo immineat. Testudo.

dēdum. ¶ Emilianos et ligures galli deridēt. dicētes eos testa
mēta cōficere/ viciniā cōuocare/ armorū implorare p̄sidia. si fi-
dibus eorū testudo immineat quā oportet oppugnari. quod ex
eo cōponitur/ ꝙ eos nūquā cuiuscunq; certaminis casus inuenit
impatos. Nostri vero quō ludibrii notas effugiūt/ cum maiori
tumultu & egriori sollicitudine/ & ampliori sūptu solemne bel
lū credāt bestiis inducēdum. Eas tamen mitius persequuntur/
cum quibus humanū gen⁹ iustas carū exigēte malicia exercet
inimicicias. Lupus/ vulpes/ vrsus/ & quecūq; fera nocētior est. ī
aliarū quiescit occasu & solitā exercere maliciā in venatorū fa-

De hānibale qui occidit romanum captiuum qui occiderat elephantem et causa.

cie non veret. ¶ Fertur hanibal occidisse romanū qui mādato
cuius singulari certamine percusserat elephātum: dicens eum
indignum vita/ qui cogi potuerat cum bestia dimicare: licet ve
rius sit eum ex inuidia noluisse captiuū inauditi triūphi gloria
illustrari: & īfamari bestias/ quarū virtute gentib⁹ terrorē incus
serat. Quō ergo dignus est vita: qui nihil aliud nouit in vita ni
si vanitatis studio seuire in bestias. Quos vero species illa vena

De vlixe inuētore aucupationis: ⁊ qui precauit et vnicū filiū p̄hibuit. Sed alij dicūt de machaleo inuētore vt. J. e. c. Seneca dicit in prin. libri de morib⁹ ꝙ ridiculū ē odio nocētis innocentiā suā pdere.

tiōis oblectat: vt aues auib⁹ insequant. Si tñ hoc gen⁹ aucupii
venationi cēseas adnectendū. mitiori quidē vexantur insania.
sed nō ipari leuitate. venatica tā terrestris q̄ aerea. tāto solidior
q̄to fructuosior est. auctorē aucupationis sue ab antiqs hystoriis
vlixē p̄ferūt/ qui prim⁹ excisa troia armatas aues attulit grecie
quas suaui q̄dā & grata ammiratiōe vidētiū/ in cognati gener(
exitiū animauit. Isti quidē magno se tuētur iudice/ & q mores
hominū multorū vidit & vrbes. qui aues auibus insequuntur.
Audi quātū attollit vlixem dares cuius prudētia nullis potuit
insidiis supplātari: cui⁹ tendiculas nemo hostiū indemnis eua-
sit/ cui⁹ deniq; inermis milicia vlterius promouit grecoꝝ glo-

triã q̃ mille ratiũ armata multitudo. Sed & ipse vlixes hui⁹ exercitii circẽ laudat auctorẽ: q̃ carminib⁹ & poculis hũanas mẽtes dicitur imutasse/eo q̈ arte verborũ et rerũ gratia alliceret mentes hominũ: et sue volũtati cõformes in vsus quoslibet transformaret. Grecis itaq̈ propinata sunt suspecte venena voluptatis: sed ea cũ prudẽs gustasset ytacus noluit bibere/ne sub domina meretrice/turpis & excors viuere cogeretur. Verũ quia sapientia/rerũ omniũ nouit vsũ: puidit vir circũspectus finitis laboribus et erronib⁹: cum eũ pudica penelope: & affectus thelemaci non agnosceret reuertentẽ: quõ damna sociorum quos tãti exilii dispẽdium tulerat gretie cõpẽsaret. Amirãda fuerat fides canis: cui soli in tãta familia/nec viginti annorũ curricula memoriã domini/ quin redeũti applauderet/abstulerũt: nisi de laude ei⁹ canibus venatorũ gratia vlteri⁹ resultaret: noui tamẽ studii thelemacũ suum/viuere precepit expertẽ/illis solis dicẽs allata esse noue voluptatis solacia: qui amissis parẽtib⁹ troiani belli dãna sentirent. Vnde & artẽ infructuosã esse coniitio: quã ab vnico filio tant⁹ vir studuit sequestrare. Q̃d vel ex eo mecũ coniicies: q̈ deterior sexus in auiũ venatione potior est. In quo poteras naturã arguere nisi nosses: quia deteriora semper proniora sunt ad rapinã. Inanis etenĩ ẽ: & admodũ laboriosa rapina: & que damna sumptuũ nũq̃ successiuum vtilitate compẽset: licet plurimi venationẽ exerceant: vt sub eo pretextu sũptus faciant parciores: domi rari⁹: sepius in mẽsa aliena: multitudinẽ vitant dũ siluã/saltus/lacusq̈ circũeunt/induti pãnis vilioribus: frugalib⁹ contẽti cibis/dũ cõsortes & famulos quos macerat iciuniorũ inedia & tormẽta nuditatis affligũt: quosq̈ labor immoderatus exhaurit voluptatis aut poti⁹ vanitatis ymagine ꝯsolẽtur. Eodẽq̈ tempore primũ captiuantur athene: quo interdicte venationis edictũ cẽsuerũt esse soluẽdum: & artem vtriusq̈ venationis cũ exercitio publice admittẽdam. Fertur vates mantuan⁹ iterrogasse marcellũ cũ depopulationi auiũ vehementi⁹ operam daret: an auẽ mallet istrui in capturã auium/an muscã formari in exterminationẽ muscarum. Cũ vero questionem ad auũculum retulisset augustũ ꝯsilio ei⁹ ꝑelegit/vt fieret musca q̃ a neapoli muscas abigeret: & ciuitatẽ a peste insanabili liberaret. Optio quidẽ impleta est: vnde liquet priuate voluptati cuiusuis preferẽdam esse multorũ vtilitatẽ. In seminiri chironis antro si grecis ꝑ omnia creditur est institut⁹ Achilles lire modos & cythare: et inde traductus ad siluas: in strage ferarũ et ce=

De circe maga: ⁊ qualiter ab ea precauit vlixes.

Penelope vxor et Thelemacus fili⁹ vlixis.

De fide ⁊ memoria canis vlixis.

De captione athenarũ tpe remoti interdicti venationũ.

dibus & fedo victui assuescēs: reuerētiam nature timoreq̄ mortis abiecit. Quid quod bachus eūdem habuit nutritorem? Nē pe q his studiis/aut desidiis insistūt semi feri sunt/& abiecta potiore humanitatis parte/ratione morum prodigiis conformantur: a bonitate siquidem ad lasciuiam: a lasciuia ad voluptatem et cum induerint ad flagitia & q̄uis illicita pertrahūtur. Querūtur ocia post labores: fomes hylaritatis gratior est si dura precesserint/ reficiūtur auidius que exinanita fuerāt plurimū. Venatores omnes adhuc institutionem redolent centaurorū. Raro inuenitur quisq̄ eorum modestus/aut grauis. raro cōtinēs/ & vt credo sobrius nūq̄: domi quippe chironis habuerūt: vnde hoc discerent. Caueri nāq̄ iubentur communia centaurorū/a quib⁹ sine cicatrice nemo reuertit. ¶ Q̄ si hystoriis q̄s suis poete decolorauere figmētis fides subtrahitur: illi vtiq̄ credi necesse est que ex eo q̄ scripta est digito dei irrefragabilē apud omnes gentes sortita est auctoritatem. Prim⁹ igitur ponitur nemroth robustus venator contra dn̄m eum reprobum fuisse non ambigis quem omnium doctorum turba condemnat. Traditur hic erupisse in tantā elationis vecordiam/vt non vereret iura temerare nature cum consortes conditionis & generis: quos ingenuos illa creauerat/hic adiiceret seruituti. Tyrānidis ergo fastigium in contumeliā creatoris a venatore incipiens: alium nō inuenit auctorem: q̄ eum qui in cede ferarum: & volutabro sanguinis domini contemptum didicisset. Cepit enim potēs esse in terra Sic nāq̄ scriptum est eo q̄ nō expectauerit vt acciperet a domino p̄tātem. Principiū regni eius babilō: dilatatusq̄ est in terrā sennaar: vbi cum tota terra vnius esset labii: eorūdemq̄ sermonum in celum erecta est turris babel / habens lateres pro lapidibus: bitumen pro cēmēto: non habens in fundamēto petram: cuius singulari soliditate structa: omnis edificatio i domino cōualescit. At improba temeritas ab vnitate p̄cisa linguarū succidit vnitatem: et prima confusionē meruit que in se q̄ in dn̄o maluit gloriari. Exiuit ab hoc p̄uerbium quasi nemroth robust⁹ venator corā domino forte quia tante elationis in se extitit: vt nec recentis pena diluuii posset instrui: quin in oculis domini superbiret: & obsequium quod ab homine domino debebatur sibi cōtumaciter vsurparet cum constet q̄ confusionem linguarum/ diluuiū ātecessit. Babilon quidē/calice aureo/vniuersam carnē inebriauit: et aduersus hierusalem que sursum est/ castra construit: proculdubio peritura/quibus quisquis militiam prestat p

Venatorum vitia.

Chironis domus.

Sacre scripture cōmēdatio.

Nembroth robustus venator.

Tirānidis nēbroth fastigiū

Gen.x.z.xxxi

Linguarum diuisio.

pebra sanctorum maledictione damnatur. Esau quoqꝫ venatio nem exercuit: et benedictione paterna meruit defraudari. In sil uis collegit esuriem: vt immoderato estu lenticulã cõcupiscens/ prerogatiuã primogenitorum exiguo precio & vili distraheret: & iugũ seruitutis hereditarie trãsmisit i posteros/ vt ditioni mi noris q domi degebat colla supponeret. Fruticãtibus pilis/ hor rebãt man⁹: nec enim lenis esse poterat actu: siluestris morib⁹: cultũ qui vestis preciose domi reliquerat/ q assiduo venatu/ vir tutis abiecerat indumentum: fraternum sanguinẽ sitiebat/ & se ab eo quem sibi diuina gratia de paterna benedictiõe prelatum nouerat: placatus aũt munerib⁹ nõ est veritus adorari. ¶ Ve nationis aerie auctorẽ iactitant fuisse machabeũ: qui maiorib⁹ occupat⁹ huius voluptat( vt creditur vitã duxit exortem. Egre gie siquidem bella gessit: frĩbus restituit libertatẽ: leges erexit/ cerimonias innouauit: mundauit sctã: templi faciem vnde sibi credebat prouenisse victoriã/ coronis aureis decorauit: nullosqꝫ illius & in actus surrepsit: partemqꝫ tulit sibi nata voluptas. Po stremo ꝑ salute fratrũ fusus in acie germanos legittimi belli re liquit heredes. ¶ Ab etate prima cui rationis legem natura p̃ scripserat/ inspice p̃riarchas: data lege/ transi ad duces: procede ad iudices: ad reges progredere: percurre seriem prophetarꝝ: fidelis populi officia & studia perscrutare: quos in serie veteris testamenti legis exercuisse venaticã: nempe ydumeos et ysma helitas/ & gentes que dominum nesciebant: vbi sunt (inquit ꝓ pheta) aut si mauis dum tamẽ in spiritu notarius prophete/ qui in auibus celi ludunt? ac si tacita subiectione pronũciet: eos quo rum vita iocus est/ suis euanuisse cum auibus/ eosqꝫ subiecta ꝓ nunciatione ad inferos descendisse commemorat. Interroga pa tres tuos & annunciabunt tibi: maiores tuos/ & dicẽt se nũq̃ san ctũ legisse venatorẽ. Quod si noĩ venatorũ de ꝓphetica ꝓmis sione blandiris: qua se venatores missurũ dñs pollicetur/ qui de vmbrosis & excelsis venentur erroneos/ bestialium vitã noue ris increpari/ non cõmendari venantiũ vanitatem. Nec tẽ pla cidus vel eustachius matyr quidẽ insignis quem de pia/ non ta men canonica scriptura venantem asseris a domino visitatum nimis demulceat: nisi forte psecutorũ ecclesie rabiem laudas/ eo ꝙ inde ad aplatũ vocat⁹ est paulus: et iter alios fact⁹ egregi⁹ euangelii p̃dicator. ¶ Sed fuerint viri illustres alexãdri forte/ vel cesares venatui dediti: nũquit philosophi/ aut aliqui sapien tes in populo? Nunqt socrates/ plato/ aristoteles/ seneca/ foran⁹

Esau venator
i. Machab.iij. et seq̃n. capl̃is Machabei cõmendatio.
Baruch.iiij.
Esaie.lxxxv.
Hiere.xvi.
De placido ꝛ eustachio martyre venatore.
Paulus apl̃s egregi⁹ euãgelij p̃dicator.

aut qui toti⁹ non vrbis sed orbis euacuauit miracula/ omnium in se amiratione͂ sapientia & virtute conuertens/ archita tarentinus vt redeamus ad nostros qui & veritate doctrine/ & virtutis exe͂plo/ & fidei auctoritate precellu͂t quos hieronimos/ augustinos/ laurentios/ vince͂tios/ quos deniq3 de toto cetu patrũ/ vexationis hui⁹ agitauit insania? Nostrorũ quoq3 temporum luctuosis instruimur exemplis ab hm͂oi inquietudine te͂perare/ cũ proceres nostros inter venãdum veris/ variisq3 miraculis indignatio diuina percusserit: bestialeq3 sepe inuenerunt exitum vite/ qui dum licuit bestialiter vixerãt. Regibus quoq3 ipsis/ manus domini non pepercit: & in maliciam eoꝶ condignã & gloriosam exercuit vindictam. Nõ equidem eorum nomina: vl' exempla ex inopia reticentur/ nisi ex ea forte quam parit copia: s3 ne mentes lugentium adhuc ĩmoderato dolore sauciatas rece͂tium refricatiõe vulnerum grauius vlceremus. Domestica naꝫ sunt exempla q̃ plurima. Intãtã vero quidam huius vanitatis instinctu erupere vesaniam vt hostes nature fierent/ cõditionis sue ĩmemores: diuini iudicii contemptores: dum in vindictam ferarum ymaginem dei exquisitis suppliciis subiugarent. Nec veriti sunt hominem ꝓ bestiola perdere: quem vnigenitus dei redemit sanguine suo. Que fere nature sunt & de iure occupãtium fiunt: sibi audet humana temeritas inspiciente dño vendicare: & ide͂ iuris in oĩbus vbicũq3 sint statuit: ac si claustri sui indagine vniuersa cinxisset. Q̱dq3 magis mirare/ pedicas parare auib⁹ laqueos texere/ allicere modis vel fistula/ aut q̃buscũq3 insidiis supplãtare ex edicto sepe fit criminis/ & vel ꝓscriptiõe bonorũ mulctat᷑/ vel me͂brorũ punitur salutisq3 dispe͂dio: volucres celi & pisces maris cões esse audieras: sed he fisci sunt quas venatica exigit vbicumq3 volant. Manum contine istorum abstine ne & tu in penam lese maiestatis venantibus cedas in predam. A noualibus suis arcentur agricole dum fere habeant vagandi libertatem: illis vt pascua augeantur: predia subtrahuntur agricolis: sationalia insitiua colonis: cum pascua armentariis & gregariis alueraria/ & a floralibus excludunt᷑: ipsis quoq3 apibus vix naturali libertate vti permissum est: de⁹ bone quod oestrum: & ceteras pestes que non feras sed delicias potentum exagitant toto potentatu suo nõ possunt abigere: cum & culex in vltionem hominis armatus: acrimonie sue aculeos in feras recte exerceat. Sic si hic fueris ĩ annos cogeris sata redimere vel amittere elige vtrum mauis de equissimo iure quiritum

Mors ꝓcerũ et regũ in venatione.

De ꝓhibitionib⁹ dñorũ circa aues ꝛ feras capie͂das.

ff. de re. diui. ꝑ to. et. isti. ço. ti.

Oestrũ est animal aculeis ꝑ molestum.

rerū/vel salutis: vtrobiq; dispendium iminet. Si venatorum qs piam pertranseat fines tuos: ei que domi habes incūctanter & reuerenter expone: quodq; domi non est & habet vicin⁹ in vsus illius eme: ne ex edicti licentia tua auferat: vel inuito et de irreuerentia: & cōtemptu cogaris in centuria: aut foro presidis: vel proconsulis: aut fortasse in consilio lese maiestatis reddere rationem. Protenditur eteni patrimonium fisci: dum de alieno quacūq; ratione familia sumptum facit. ¶ Verum ne venaticam: & alias curialium nugas non tā iudicio q̄ odio stilus perse qui videatur: eam indifferentibus cōnumerādam facile libēsq; consentio: nisi quia immoderato voluptatis incursu virilē animum concutit/et fundamētum subuertit rationis. Non tamen ob hoc erit vsq;quaq; culpabilis cum & vinū quod inebriat subuersiōis culpam retorqueat in bibētem & senex sepe non tā etatis q̄ suo vitio sēsum proferat puerilem. Potest igitur venatica esse vtilis & honesta: sed ex loco: tempore: modo: psona: et causa. Persona namq; venustat studium: dum suo insistit officio: & non prerípit alienum: nec ē q quemq̄ magis deceat q̄ quod officio cuiusq; magis accōmodum est. Preclare siquidem ait ethicus/singularum personarum decora describens. Id vnumqueq; decet maxime quod est cuiusq; maxime. ¶ Quid ergo mihi & tibi cum venatoris professione: sua nāq; neglecta turpissimum est quemq; studiosius ī aliena versari. Quid ei cū priuato & rusticano fortasse studio/qui publice auctoritatis īsignibus fulget: ducē sequatur ppl's: doctor seminet disciplinam. iudex coerceat delinquentes: studiosos remuneret indulgentia potestatis: priuati minoribus occupentur: honestioribus ingenui: vilioribus seruilis conditio mancipetur. Nā quod turpe bonis seio ticioq; decebit crispinum. Sic vtiq; tibi multa sint eiusdem corporis membra non omnia eidem actui seruiūt: sed sua sunt officia singulorum. Qui ergo tuum venatori non cedis cur illius vsurpas officium? Nonne reputabis indignum: si ad regnum vel pontificium venator aspiret? Equidem indignius est/si ab alterutro fastigio/ad venatoris carnificium vel sordes prolabaris. Innatus etenim amor boni semper querit ascensum: econtra fomes vitii sponte sua vergit ad casum. ¶ Causa quoq; actum poterit decorare: si aut necessitate subsistat: aut vigeat vtilitate: aut honestate splendescat/cū ex affectu mentis tota valeat substātia operis colorari. Affectus etenim tuus (vt ait sapiens) operi tuo nomen imponit. Inculpabiliter ex sancti patris mādato venatū

Locus vbi cēturio qui p̄est centū militib⁹ ius reddit.

Curialiū nuge.



lxxxix. dis. singula.



Geneś. xxvij. profectus est esau: vt patris satiaret esuriem:& promissam benedictionem impensi merito obsequii obtineret. Si enim sine culpa exerceri non posset:nequaq̃ tantus patriarcha ad opus illius misisset filium:quem gratia benedictionis in caput gẽtium constituere disponebat. Sed forte mora traxit ad se periculum: quia diutius licito/ in opere tamen licito ex praua cõsuetudine & immoderato amore morabatur/nulla versatur in culpa qui vrgente stimulo necessitatis non reprobati studii exercitio vitam cogitur exhibere. Qui ocii inertiam vitant:qui gerendis negotiis disponunt membra/dum laboribus assuescunt:qui vitiosam corporis molem fugiunt seruata in omnibus dignitate persone:iuste reprehensionis nõ patiuntur aculeos. Opus eteni non ex se sed ex causa fit crimen:nec aliqua virtutis ostẽtatione clarescit cui voluptas originem prebet. Nouerca siquidem virtutis est:non illam dico quam parit pax:patientia/benignitas: lõganimitas/gaudium in spiritu sancto/sed que amica epulis: potationibus: cõuiuiis:modulationibus/& ludis/cultibus operosius exquisitis/ stupris & variis immũditiis:animos etiã grauiores effeminat:& quodam nature ludibrio molliores et corruptiores facit esse viros q̃ feminas. Tempus quoq; venandi culpam extenuat/actumve commendat. Sit autem hoc tempus vt in locis q̃pluribus inuenitur ex eo oportunitas gerendorum. Fit ergo intempestiua venatio: vel ex religionis cultu: vl' ex natura rerum: vl' ex debito officii:quod vel p̃termitti: vl' aliis occupationibus postponi non debet. Sed de his hactenus/quia non venaticã tradere: sed de curialium nugis nugari propositũ est. ¶ Loci quoq; ratio habẽda est sc; vt in suo: vel cõmuni/ vl' publico licita exerceatur venatio:dum tamen consortibus non irrogetur iniuria:& locis celebritate sui/aut reuerentia ab his inquietationibus non eximatur. Qui enim in aliena temeraria vsurpatiõe irruit laqueis iuris tenetur ad penam. Is v̄o modus laudabilis est cum moderatione adhibita prudẽter: & si fieri potest vtiliter exercetur: vt mandato comici acquiescas. Ne quid nimis:nam & insani sapiens nomẽ feret:equus iniqui: vltra q̃ satis est virtutem si petit ipsam. Nihil autem turpius est q̃ in risum contuentium ora laxare dum non discendi proposito
 vehementius insistis arti quam nescias:vt si linguam quam nõ noris facet⁹ attemptes. Sunt vero p̃sone qui non modo ab hoc/ sed ab aliis quibusdam vtpote leuiorib⁹: & voluptuosis studiis imperpetuum submouentur:vt qui in sacris ordinibus constitui

Qui semel malus est sẽp p̃sumit mal⁹. vt.l.q semel. ff.de reg.iur.

i:et qui gerunt amplissimos magistrat⁹. Quod enim in aliis iturum erat leuioris culpe: hoc in istis sepe fit criminis. Et q= lem semper maiora sunt que celebratos contractus rescindunt ǵ que impediunt ꝯtrahēdos. Porro de virtute & veritate cano ium: venatica clienculis suis non modo claudit ascensum: sꝫ sū= ni etiam sacerdotii gradum adimit iam adeptum. Preclare il ud vt multa fertur dixisse temistocles. Magistratus a ludis & quibuscūq; leuiorib⁹ esse arcendos: ne res publica ludere videa= ur: defectumq; sui relicta grauitate pronūciet. Si tamen maio= ibus quod quidem rarum est eos exoccupari cōtigerit: in ānis dolescentie ex dispensatione etatis permittuntur aliquid sub= rahere grauitati: & in se clementiores esse quod maturitatis ꝑ cessu reipublice vtilitati cōpensent. Hec ille. Et vtinam audire ur a nostris vt saltem in ꝑuectiori etate/ nugis suis reipublice eria anteferrent. Tūc etenim totum reipublice corpus roboris ui integritate vigebit: tunc optime compositio specie venusta bitur/ & elegātis pulchritudinis decorem iduet: si singula queq; ocum teneant sortita decenter: si fuerit officiorum nō confusio ed distributio. Hoc ita si optimam viuendi ducem naturā seq= mur. Sed nunc quod medicorum est promittunt fabri: medici fabrilia tractant: et officium presidendi a venatoribus & humi= liorib⁹ officiis: aut etiā maleficiis mutuat: & priuatoꝝ temeri= tas/ aut discipline ignorātia se audet publicis officiis īmiscere.

Q venatica excludit a sū= mo sacerdotio iā admissum.

Moderni tem poris dānatio in gubernatio ne reipublice.

De alea/ & vsu/ & abusu illius. Capitulum.v.

De his habet ff. de alea. τ. C. eo. titu.

Sed ecce dum venatorum tumultus egreditur: alie & si taciturniores perstrepunt nuge. Tritum siquidem prouerbium est. Qui lepores agitat/ verba cōsumit At si alios diligentius intueris consumunt & vitam que in ineptiis & factionibus aut flagitiis tota versat. Nōne ti= bi videtur aleator ineptus qui thessararum non tam viuit ǭ pe rit ex gratia: & omnem iactum sort( sue presulem facit? Est ne ars accommoda rationi: cuius ǭto quisq; studentior: tanto erit exstudiosior? Attalus asiaticus si gentilium hystoriis creditur: hanc ludendi lasciuiam dicitur inuenisse ab exercitio numera= rū paululū deflexa materia. Cū enī antiquiores illud exercitiuꝫ dūtaxat approbarent: quod ad inuestigationē veri/ disciplinasq; liberales proficeret: vel recte viuēdi ītrueret vsū: hic subtili qui dem licet infructuosa inuētione veter( exercitii duriciā/ nō tem perauit sed emolliuit: multis adhuc ī pristina manētib⁹ graui= tate. A manib⁹ nāq; grecorū abacus nondum excidit: aut ratio

De attalo asia tico primo in= uētore alee.

calculãdi: aut lud⁹ in quo plene vicisse ē ad denũciatũ calculum in campis aduersarii constituisse perfectã & maximã armoniã. Cum vero in eisdē armonica: arismethica: vel geometrica triũ terminorum medietate exultat semiplena victoria ē. Queuis aliarũ: et si cõtingant citra triũphi gloriã: aut ludētis felicitatē/ aut artis pitiam protestãtur. Iocũdum quidem & fructuosũ est numerorũ nosse certamina: q depredatiõi inueniant obnoxii: & qua ratiõe in castris sint: alii tutiores omniũ periculorũ ignari: nisi forte circũuenti ab hostibus captiuentur. ¶ Huius voluptate certaminis ptholomeũ: alexãdrum: cesarē: cathonē: ipsũ quoq; samiũ grauiores operas legim⁹ temperasse: quo etiã iter ludēdum id agerēt vnde essent philosophicis negociis aptiores Alea vero exciso regno asie iter manubias euerse vrbis nõ sub vna tantũ specie migrauit ad grecos. Huic thessara: calcul⁹: tabula vrio: vel dardana pugna: tricolus senio: monarch⁹ orbicoli: taliorchus: vulpes: quorũ artem vtilius est dediscere q̃ docere Quis enim nõ erubescat: si sortis sue gratiã/ nõ virtuti debeat: sed taxillus? quis fretilli cautelã sue prudẽtie nõ doleat anteferri? Nonne satis improbata est cuiusq; artis exercitatio: qua quãto quisq; doctior: tãto nequior: aleator qdē oĩs hic est. ¶ Mēdaciorũ siquidē & periuriorũ mater est alea: et ex alieni cõcupiscẽtia/ sua prodigit: & nullam habēs patrimonii reuerẽtiã cũ illud effuderit: sensim in furta dilabitur et rapinas. Illã vero nõnulli preferũt in qua vlixes lusisse legit eo q ingenii aliquaten⁹ multa meditatiõe excitare videatur acumē. Sed ex eo mihi videt perditior: cũ nihil infelicius sit q̃ in eo in quo minimũ proficias plurimũ laborare. Est enim iutilis iportunitas deprecãtis qua inutilia acquiritur: & querēdi inanis est diligentia: cũ inuenisse nõ proderit. ¶ Posset vtiq; mot⁹ animi: & mētis agitatio/ que ibi frustra distrahitur: reb⁹ pulchrioribus & melioribus accommodari. Aleam vero a regione morũ illius auctoritas prorsus exterminat: qui vniuersum orbem docens in filio eam denuntiat omnibus fugiēdam. Ab ea siquidem armantur ad lites homines / incurrunt inimicitias: in miserã & si non miserabilem incidunt egestatem. Si denunciãtionis queris auctorem: illum agnosce: q non sibi: sed toti genitũ se credidit orbi. ¶ Est tamē cum i aliqua specie sui licẽter admittitur honesta: si absq; vitio/ curarum grauium pondus alleuiet: & sine virtutis dispēdio iocundam interpolationem offerat gaudiorum. Omnis vero licẽtia moderatiõis suffragio ɔualescit: & solide virtutis vsu ab i

Bona dispositio rei publice

Ptholome⁹. Alexander. Cesar. Catho Samius.

Alee detestatio.

Vlixes ludũ scacorũ iuenit

Mala que a ludo ꝓueniũt.

Alea ludere qñ licitũ sit.

temperantia deformatur. Totius vero licētie moderatrix est loci/tēporis/modi/persone/& cause premissa inspectio: que oīm negociorum faciem decora venustate commendat: aut turpitudinis condemnat opprobrio. Est ergo in singulis plurimū habenda ratio personarū cum natura: conditio: fortuna suis singule hominem induāt personis: ex quibus quid se deceat: erit vniuscuiusq; colligere. Decorū siquidem aliunde non prouenit. Chilon lacedemonius iungende societatis causa missus chorinthū. duces & seniores populi ludētes inuenit in alea. Infecto itaq; negocio reuersus est dicens se nolle gloriā sparthanorū quorū virtus cōstructo bisancio clarescebat hac maculare infamia: vt dicerentur cū aleatorib⁹ contraxisse societatē. Regi quoq; demetrio in opprobriū puerilis leuitatis taxilli aurei a rege parthorū dati sunt. Eo siquidē munere exhonorāda visa est adolescentia senilis: & qui in maiestate regni leuia cōmittere minime verebatur. Nunc vero nobiliū in eo sapiētia declaratur: si venaticā nouerint. si in alea fuerint damnabili⁹ instituti: si nature robur effeminate vocis articulis fregerint/ si modis/& musicis instrumētis virtutis immemores/ obliuiscātur ꝙ nati sunt. Verum hec pernicies a parētibus manat ad filios. Quid enim faciet filius nisi quod patrem viderit faciētem? Si damnosa senē iuuat alea: ludit & heres bullatus. Paruoq; eadem mouet arma fritillo: fuerat quidem tenerior etas a libidinib⁹ & voluptate/ parēte vitiorū/arcenda propensius: & ne quid licentius illis presentibus a maioribus fieret: diligentius precauendum: quia vt idē ait satiricus: fortius/& citius nos corrumpunt vitiorum exēpla domestica magnis cum subeunt animos auctoribus. Egregie quidem eleazarus cum redimende vite causa solicitaretur committere in legem domini exempli periculum opposuit dicens. Quis ego sum eleazarus nonaginta annorum: vt trāseam ad vitam alienigenarum: & iuuenes religiosos seducam? Nascuntur ergo maioribus heredes quidem degeneres & qui virilem sexum muliebri mollicie dehonestant.

De chilone lacedemonio/ q̄ cum corithijs aleatorib⁹ noluit societatem cōtrahere.

De rege demetrio cui taxilli aurei missi sūt ꝑ munere a rege parthorū.

Detestatio eorū q̄ hodie nobiles faciunt. adde qđ est. ō. c. ꝑxi. xvi. hec sunt tpib⁹ nostris ꝛc̄.

Juuenalis in xiiij. satira.

ij. Macha. vj. ca.

¶ De musica/& instrumētis/et modis/& fructu eorū. Capi. vi.

NOn tamen curialium nugis musicam calūnietur aliquis societatē. licet se beneficio eius conētur nugatorum plurimi cōmendare. disciplina siquidē liberalis est. & siue pictagorā. siue moysen: siue tubal patrem canētiū in cythara/editionis sue laudat auctorem/ingenuū habet ortum & virtutis sue potētia specierumq; varietate: & sibi

De inuētorib⁹ musice.

Genesis. x.

Musice cōmẽdationes.

famulantibus numeris vniuersa cōplectitur omniũ que sunt & que dicũtur/ dissidentem & dissonã multitudinem ꝓportionũ suarum.i.in equali quadã equitatis lege cõsilians. Hac etenim celestia temperãtur/mundana siue humana reguntur. Hac instrumenta mores instruũt et informant ipsius que vocis articulate vel inarticulate substãtiam miro quodam nature opificio mellitis picturis rigmorũ metronumq; colorib⁹ vestiũt/& quadam cultus venustate perornant. ¶ Hanc vt suffragio nostre commẽdationis nõ egeat sancti patres multis laudũ preconiis extulerunt. Deinde in eius virtute maligni spiritus violẽtia cohibebatur.& illius etiam in subditis suis minuit musice gratia potestatem. ¶ Cum enim spiritus domini malus saulẽ inuasisset/psallebat dauid cythara i manu sua: donec spũs a regis infestatione quiesceret. Vt vero nõdum reueletur spiritus qui latet in littera/equissimũ est animam/cognati generis grã mansuescere.& oẽm dediscere alienationẽ/cũ ei ꝓprie contemptus originis/& nature melioris archana resultant. Eam ex consonãtiis musicis esse compositam q̃plurium opinio vel sentẽtia est. Totius etenim philosophie princeps plato est/si tamen aristotilici acquiescunt: cũ eam ex substantia diuidua/& ĩdiuidua finxisset/& eadem natura plasmaret et diuersa. ipsam non posse constare credidit/ nisi linisitũ qui vtrinq; multifaria sectione ab vnitate ꝓfluxerãt.dissidentiam enuoliis/epitricis/& epogdois vniret: limatis & comatis habita ratione: vt sub expressione paucorum ei quantacunq; distãtia/ repugnantiũ concordia/ cognati generis societate doceatur esse finitima. ¶ Vnde archano quodam meatu nature/ secretisq; cuniculis viuacitatis sue vigore per vniuersa discurrit.& cuiuis nature substãtieq; cõformis rationis/sensus vite in singulis pro diuine dispensationis decreto/efficaciam modulatur. Omnibus itaq; alimenta dispẽsat: & sui puritate viget in singulis: nisi molis corporee grauitate prematur.aut trãquillitatem spiritus/ exteriorũ tumultuum turba concutiat. Qua irruente/quid potest esse salubrius q̃ si( vt ita dicam ) suis nature vocibus a compressione turbarum ad se ipsam anima reuocetur? Quid deniq; nostro spiritui potest esse similius voce/que cum hic formetur tam facili q̃ inuisibili et ineffabili transitu/ multorum a circũquaq; replet auditum. & vi sua corporũ integram penetrat densitatem/& quasi tactu quodam mouet animũ.& ꝑ arbitrio suo nunc deiicit/nunc extollit? Certe et si nulla ratione sit spiritus/eam quoddam vehiculum

i. Regũ. xvij.

Plato princeps phie.

Vocis cõmendabiles ꝓprietates.

Vox vehiculũ est spiritus.

piritus esse/certissimū est. Et nunc quidē humanū/nunc diui=
num/nūc et phitoniacum gerit. Cum vero modis suis eleganti⁹
uerit colorata/venustate sui mentes etiam seniores capit. &
quadā inducte hilaritatis gratia pellit tristiciam: & si quid pul=
ueris aut turbinis/aut nebularum cogitationibus ipsis inhese=
rat potenter abstergit. ℂ Ad mores itaq; instruendos/ & ani=
mos exultatiōe virtutis traiciēdos in cultū dñi: nō modo concē=
tum hominum/sed et instrumentorū modos censuerunt sancti
patres domino applicandos/cum templi reuerentiam dilata=
rent. Et si militantis ecclesie tibi parua videtur auctoritas: vel
triūphatrix illa/preconia musice non tacebit/cuius seniores vi=
dit/& tibi mōstrauit tonitrui filius/& voces eorum sicut cytha= Marci.iij.
redorum cytharizantium in cytharis suis. Q si illos nōdum au= Apoca.xiiij.
disti/regem audias exultantem: qui te regni et exultationis sue
vult esse participem. Ait enim. Sumite psalmū et date tympa Psalm⁹ lxxx.
num psalterium iocūdum cum cythara. Ad quid inquis? vt lau
detis dominū in tymphano & choro i cordis et organo. Hic est Psalmus. cl.
mi vsus musice aut sol⁹ aut precipuus. Frigius vero modus/& Damnat mo=
cetera corruptionis lenocinia/sane institutionis nō habēt vsum dus frigios et
sed produnt maliciā abutentis. ℂ Dolet igitur & ingemiscit similes in mu=
species laudabilis discipline/se ab alieno vitio deformari: & q sica.
facies meretricis facta est ei/que viriles quoq; animos accēdere
consueuerat ad virtutē. Amatoria bucolicorꝝ apud viros gra= Inuehit cōtra
ues esse fuerat criminis. Nunc vero laudi ducitur. si videas gra= amatoria buco=
uiores/amatoria que ab ipsis dicūtur elegantius stulticinia per= colicorum.
sonare. Ipsum quoq; cultum religionis incestat: q ante conspe=
ctum domini in ipsis penetralibus sanctuarii/lasciuientis vocis
luxu quadam ostentatione sui muliebribus modis notularum
articulorumq; cesuris/stupentes animulas emollire nituntur.
Cum precinentiū & succinentium/canentiū & decinētium. in= Cātus hodier
tercinentium/& occinentiū premolles modulationes audieris ni delectatio.
sirenarum concētus credas esse non hominū. & de vocum facili=
tate miraberis quibus philomena/vel psitachus/aut si quid so=
norius est: modos suos nequeunt coequare. Ea siquidem est
ascendendi/descendēdiq; facilitas: ea sectio vel geminatio no=
tularum. ea replicatio articulorum singulorūq; consolidatio/sic
acuta vel acutissima/grauibus & subgrauibus temporantur: vt
auribus sui iudicii fere subtrahaẗ auctoritas: & animus quem
tante suauitatis demulsit gratia/auditorum merita examina=
re nō sufficit. Cum hec quidē modum excesserint: lūborū pruri= Excessus i cā=
tu qd operaẗ.

ginem q̄ deuotionem mentis poterunt citius excitare. Si vero moderationis formula limitantur: animum a curis liberant vel redimunt / exterminant temporalium sollicitudinem: et quadam participatione leticie & quietis & amica exultatione in deum mētes humanas traiiciunt ad societatem angelorum. Sed vnde hāc moderationis formulā tenes? Exultabunt (inq̄t) labia mea cū cantauero tibi. Si ergo ex habundantia cordis os tuum laudem domini moduletur. Si spiritu psallis & mente: si psallis deniq; sapienter: etiam circa articulate vocis intelligentiam rectissimā modestie regulam tenes. & nō tam vocis / q̄ mētis iubilo aures mulces altissimi / & indignationem ei⁹ prudēter auertis. Qui aūt voluptatis aut vanitatis affectus exp̄mit: qui vocis gratiam prostituit cōcupiscētiis suis. qui lenociniorū clientulam musicam facit. ignorat quidem canticū dn̄i / modis babiloniis festiuus in terra aliena. Qui nescio quo pacto plus placeant / nisi quia nitimur in vetitum semper cupimus q; negata. Et aque furtiue dulciores. & panis absconditus suauior est. Et quidem frigius modus decreto philosophoꝝ ab aula grecie iam pridem iussus est exire et ceteri quibus descensus fit in lasciuiam & corruptionē. ¶ An nō recolis ciconium † matres & nur⁹ indignationē suā totā i orpheū q modis suis mares effeminauerat vsq; ad parcaꝝ inuidiā effudisse / lʒ ille flexerit mānes: duricieq; ditis mollierit: euridiceq; ‡ suā vocis grā. & si īfausta sorte meruerit. Exinde huiusmodi hominū questus plerūq; felicem exitum nō expectat & forte quia non habet euētus sordida preda bonos. Quę vero mentes emolliunt / moresq; subuertunt a nostra etate vndiq; asciscūtur: licet ipsa vltra q̄ satis est vitiis suis habundet. Si quemq̄ eorū qui vehementius his insistūt grauem videris: si modestū: si pudicū: viris fortibus nostrorū temporū ip̄m cōnumerare memineris: q̄m q̄dē hec rara auis ē. Proinde quidem venerabilis vir circiter septingentarum monialiū pater: hanc monasteriis suis prescripsit legem: vt omnia earum cantica totius mellice pronunciationis exuant modos: & vt sola psalmorū & laudum sint significatiua pronūciatione contente. Suspecta equidem fuit scto viro voluptati cognata mollicies eo q᷑ voluptas parēs libidinū est. ¶ Quid q᷑ hec ipsa quotidianorum cōuiuiorū maliciam acuit: ac si venena nisi toxicata sint nocere nō possint? Igni stipulā addere / oliū camino: serpentem intoxicare / nōne dementia est? Licet rerū vitia obtegantur velo verborum / quorū eadem est substantia nulla profecto differē

Que est in iubilatione deo fiēda cantus.

ps. lxxx. In te domine.

ps. cxxxvi. Sup flumina

Versus.
Prouerb. viiį

† M. ciconum De matrib⁹ et nurib⁹ ciconū que sunt indignate cōtra orpheū qui mares effeminarat modis suis
‡ De hoc dicit ouidi⁹ metha. in p̄n. x. lib. ⁊ boetius in de ꝯso. in. iiį. li. δ. xiį. felix qui potuit ⁊c̄.

Inuectio ꝯtra eos q̄ nimis insistunt musice
De pater septigētarū monialiū ꝓhibuit p̄ eas mellica cātica cantari.

tia est. Que apud grecos coepulationis nomine censentur vel compotationis/a nobis honestiori nomine cõuiuia nominãtur. Cetus siquidem conuiuantium q̃ coepulantiũ/aut compotantium venerabilior est. Conuiuia vero nonne per se satis insaniunt nisi carminibus excitentur? Nonne istud arguit dominus dicens. Ve qui cõsurgitis mane ad ebrietatem sectãdam & potandnm vsq; ad vesperam/ vt vino estuetis: cythara/& lyra/& tympanum/& tybia: & vinum in conuiuiis vestris/& opus domini non respicitis/ & opera manuum eius non consideratis. Quid ꝙ rex babilonis non nisi in conuiuio vidit manum scribentis in pariete mane: tethel/phares. Quo regnum dinumeratum appensum denunciat & scissum. Diuino siquidem iudicio principatu iudicatur indignus qui vasa domini humana/ videlicet corpora/in vane voluptatis gaudia exponit/& spõsi thalamum/maligni spiritus immũditiis aperit. Centum luminibus cinctum caput argus habebat: que omnia vnius fistule voluptate/non tam sopita sunt q̃ extincta. Tu quis es qui te circũspectiorem esse confidis?

Auctoritate dei dãnant cõuiuia cũ cantilenis.

De eo quẽ rex babylonis vidit scribi i pariete dũ esset in conuiuio.

¶ De dissimilitudine augusti & neronis. Capitulũ. VII.


Augusto timpanizante in cena: a quodam militũ probrose dictum est. Vides ne vt cytharedus orbem digito temperet? Cuius ille verbi percussꝰ amaritudine os manus & animũ ab huiusmodi leuitate suspendit: habuitq; semper gratiam exprobranti. ¶ Sed longe secus nero non imperatorum/sed hominũ fedissimus/qui adeo scribitur captus amenitate vocis: vt non modo pomis cibisq; nocentibus abstineret: sed eius gratia cõseruande/frequenti clisterio vomituq; purgaretur: plumbeamq; carthellam supino ventre mandato phisicorum sepius & diutius sustineret. Adeo vero delectabatur in cantu: vt nec theatro terremotu cõcusso/cum semel ceperat egrederetur/anteq̃ inchoata finiret: nec quemq̃ egredi eo cantante licitum erat. Vnde pleriq; affecti tedio audiendi: simulato funere elati sunt. ¶ Milites quoq; nisi alio verba pronũtiãte nõ appellabat/nec agebat quicq̃ serio/ iocoue quin phonascus astaret/qui eum suis arteriis parcere hortaretur. Instrumentorum quoq; curiosissimus erat: vt eorũ peritiam aliis inuideret/adeo vt publico testimonio se cytharedum principem gauderet appellari. Vnde illud: cytharedo principe natus nobilis hic vltra quid erit nisi ludus. In tanta quoq; mole imperii omnem perosus grauitatẽ. Philisophiam persequẽs quasi ma-

Phonascus hystrio hortabat neronẽ ad parcendum.

De auaritia neronis maxima in officijs erga ꝓbos: et de ꝓdigalitate pecunie/et dignitatũ erga hystriones

iestatis imperii inimicam:& nobiliora ingenia veritus se cõsiliis subdidit hystrionum:quorum ipe nõ erubuit turpitudinem exercere. Hinc illud. Quod nõ dant proceres dabit hystrio. Cũ vero esset omnium auarissimus adeo vt nulli quodcunq; officium delegaret quin prosequeretur:nosti quid mihi opus sit:aut illud subiiceret. Qui omnibus preest:omnibus indiget: tamen hystrionibus:& mimis pecunias infinitas errogare non grauabatur/singulos prout cuiq; placuerat amplissime dignitatis nomine subornabat.alios patricios/alios senatores dicens: hos illustrium spectabiliumve nominibus illustrabat.

¶ De hystrionibus/& mimis/& prestigiatorib⁹.
Capitulum. VIII.



Cum vero aliqui adhuc pro parte imitantur:& si feditate illius nemo dignetur inuolui:cum gratiam suam hystrionib⁹ & mimis multi ꝓstituant:& in exhibẽda malicia eorũ ceca quadã & cõtẽptibili magnificẽtia nõ tam mirabiles q̃ miserabiles faciũt sumpt⁹. Illa tamen etas vt sic interim dicã honestiores habuit hystriones/si tamen aliquo modo honestum est quod omni homine libero comprobatur indignum. Nec tamẽ hystrionem assero turpiter in arte sua versari/& si indubitanter turpe sit esse hystrionem. Et quidem hystriones erant qui gestu corporis/arteq; verborum:& modulatione vocis/factas aut fictas hystorias sub aspectu publico referebant/quos apud plautum inuenis & menandrum:& quib⁹ ars nostri terentii innotescit. Porro comicis & tragicis abeuntibus cum omnia leuitas occupauerit:clientes eorum comedi videlicet & tragedi exterminati sunt: & eos in seruili conditione dumtaxat plerumq; reperies. Quis vero eorum vsus extiterit poeta docens aperit. Aut ꝓdesse volũt:aut delectare poete/aut simul & iocunda & ydonea dicere vite. At nostra etas prolapsa ad fabulas & q̃uis inania/non modo aures & cor prostituit vanitati/sed oculorum & aurium voluptate suam mulcet desidiã: luxuriam accendit:conquirens vndiq; fomenta vitiorum. Nonne piger desidiam instruit: & somnos prouocat instrumentorum suauitate/aut vocum modulis hylaritate canentiũ:aut fabulãtium gratia:siue quod turpius est ebrietate vel crapula? Artem vtiq; elegantiorem docuit flaccus. Ter vncti transnato tyberim somno quibus est opus alto. Ait quoq; contionator. Dulcis est somnus operanti siue parũ siue multum comedat. Exercitatio siquidem parit & alit quietis gratiam:que otii cõ

Hystriones q̃d erant antiquitus.

Vers⁹ horatij

Nota cõmẽda

tinuatione & quodam inertie sue marcore perimitur. Vtiq; in desideriis est omnis ociosus/cum & ociositas inimica est anime/& de domicilio ei⁹ omnia studia virtutis eliminet. Clamat ethicus. Cernis vt ignauū corrumpant ocia corpus:& capiant vitium ni moueantur aque. Quod inquis/audi:disces/si eidem credideris. Queritur egistus quare sit factus adulter. Causa est in promptu desidiosus erat. Litteratissimi ergo viri consilium est:vt hostis te semper inueniat occupatum:quo variis temptationibus ei⁹ occupationum tuarum clipeos tā feliciter q̄ prudēter opponas. Vitanda est inquit ethnicus improba rerum sireni desidia. Ad eam nostris prorogāt hystriones. Ex occupatis enim mentibus subrepunt tedia:seseq; non substinerent si non alicuius voluptatis solacio mulcerētur. Admissa sunt ergo spectacula:& infinita tyrocinia vanitatis: quib⁹ qui omnino ociari nō possūt perniciosi⁹ occupentur. Satius etenim fuerat ociari q̄ turpiter occupari. Hinc mimi:salii vel saliares/balatrones/& emiliani/gladiatores palestrite:gignadii:p̄stigiatores: malefici quoq; multi: & tota ioculatorū scena procedit:quorum error adeo inualuit:vt a preclaris domibus non arceantur: etiam illi qui obscenis partibus corporis oculis omnium/eam ingerunt turpitudinem/quam erubescat videre vel cinicus. Quodq; magis mirere/nec tūc eiiciūtur/quando tumultuantes inferius/crebro sonitu aerem fedant:& turpiter inclusum turpius produnt. Nunquid tibi videtur sapiens qui oculos vel aures istis expandit? Quis tamen libenter non videat & rideat:cum prestigiatoris lotio perfusi ars deletur:& oculis quos malitia sua prestrixerat videndi facultas reparatur? Iocundum quidem est & ab honesto non recedit/virum probum quidem quādoq; modesta hilaritate mulceri:sed ignominiosum est grauitatem huiuscemodi lacivia frequenter dissolui. Ab istis quoq; spectaculis:& maxime ab obscenis:honesti viri arcendus est oculus:ne incōtinentia eius mentis quoq; impudicitiam fateatur. Egregie siquidem sophoclē pretorem collega parides arguens ait. Decet pretorem sophoclem nō modo manus:sed & oculos habere cōtinentes. Auerte inquit homo cui de regni maiestate multa licebant oculos meos ne videant vanitatem:sciens vtiq; verum esse quod alius ingemiscit: quia ocul⁹ meus depredat⁹ est aīam meā. ¶ Verūtñ quid in singulis p̄sit aut deceat anim⁹ sapiētis aduertit: nec apologos spectacula refugit:aut narrationes aut q̄cunq;/ dū virtutis aut honestatis aut vtilitatis habeāt instrm̄.

*Marginal notes:* tione exercitii et rep̄hēsionem ocij. — q̄ ociū — Ouidius. — Beati hieronymi ep̄la ad rusticū monachum. — Vir grauis p̄t interdū hystriones videre: non turpia facientes. — Turpis locutio bonos mores corrūpit. — Sophoclis rep̄hēsio de incōtinentia. — P̄s.cxviij. — Trenoꝝ .iij.c.

De cõſe.diſ.ij. ꝑ dilectione.

Sacre quidẽ cõmunionis gratiã hyſtrionibꝰ & mimis dũ in malicia perſeuerant: ex auctoritate patrũ non ambigis eſſe preclusam. ¶ Vnde quid fautoribꝰ eorum immineat colligis: ſi facientes & cõſentientes pari pena recolis eſſe plectendos. Qui donant inquit hyſtrionibus quare donãt? Hoc vtiꝗ in illis fouent in quo nequiſſimi ſunt. Nempe qui nequiciã fouet: eſt ne bonꝰ? Cum vero oĩum iſtorum ſit odibilis: illoꝝ tamen qui minꝰ nocent malicia tolerabilior eſt.

Hyſtriones et mimi non pñt recipere ſacrã cõmunionẽ.

¶ Vnde dicaꝰ preſtigiũ & quis fuerit auctor eiꝰ. Caplm.IX.

EOs aũt qui nocẽtiora preſtigia/arteſqꝫ magicas & varias ſpecies mathematice reprobate exercent: iã pridem ſancti patres ab aula iuſſerũt exire/ eo ꝙ omnia hec artificia vł potius maleficia ex peſtifera quadam familiaritate demonum & hominũ nouerũt profluxiſſe: verũqꝫ perſepe ꝑferũtur ſola intentione fallẽdi: a quibus animam fidelem dominus arcẽs ait. Si dixerint vobis: & ita euenerit ne credatis eis. Preſtigium vero mercurius dicitur inueniſſe quod ex eo ſic dicitur: ꝙ aciẽ preſtringat oculorum. Fuitqꝫ magorũ peritiſſimus vt quaſcũqꝫ res vellet inuiſibiles faceret: aut vt videbaꝰ in alias ſpecies trãſformaret. Omnia ſiquidem matheſis dum penultimam extẽdis/ figmenta ad magicã referũtur cuius plurime ſpecies ſunt & diuerſe.

xxvj.q.vj. per totum.

Deutero.iiij. quo ad mentẽ ſed nõ ad lrã.

¶ Qui ſint magi & vnde dicatur. Caplm.X.

ET quidem magi ſunt: & ob magnitudinẽ maleficiorum ſic appellãtur qui domino permittẽte elementa cõcutiunt: rebus adimũt ſpecies ſuas: ventura pleriqꝫ prenunciant: turbãt mẽtes hominum: immittunt ſõnia: hominesqꝫ violentia carminis dũtaxat occidunt: quod & lucanum noſtrum nõ latuit: ait enim. Mẽs hauſti nulla ſanie polluta veneni icantata perit. Et ne tibi parua videatur auctoritas noſti ꝙ iannes & mãbres magi pharaonis/egyptꝰ etenĩ huiuſmodi ſuperſtitionũ & maleficioꝝ mater eſt: noſti iꝗ eos nõ modo moyſi reſtitiſſe: ſed cũ eo ſignis et miraculis contendiſſe licet poſtmodũ vł iuiti coacti ſint digitũ dei in ſignis moyſi cõfiteri.

facit.l.multi. C.de mathe.

¶ De ſpeciebus magice. Caplm.XI.

VArro aũt curioſiſſimꝰ ĩter philoſophos: quattuor ſpecies diuinatiõis ab elemẽtis mutuatꝰ eſt: piromãtiã ſcilꝫ & aerimãtiam. ydromanciã: et geomãtiam: multaſqꝫ ſpecies videbis ex his capitibꝰ pullulare: ſiue arte: ſiue furore diuinatio peragaꝰ: quare nõia exẽpli cauſa: vł pau

Diuinationis quatuor ſpẽs

ca subiiciam.

¶ Qui sunt incãtatores: arioli: aruspices: phitii: vultiuoli: imaginarii: coniectores: chiromantici: specularii: mathematici: salliatores: sortilegi: & augures. Capitulũ. XII.

INcãtatores quidem sunt q̃ artem verbis exercẽt. Arioli qui circa aras nepharias preces aut execrata sacrificia faciunt: in quorum ceruicibus est manus domini dicente propheta. Ariolos & magos non patieris viuere. ¶ Aruspices sunt inspectores horarum: prescribentes quid qua hora fieri expediat / quorum errorem damnat apostolus dicẽs. Timeo ne frustra laborauerim in vobis: obseruatis enim dies & annos: mẽses & tempora / cum felicitas operis nõ a tempore sed a nomine dei viui debeat expectari. Aruspicium quoq; in extorum inspectione viget / quam artem tages quidã dicitur inuenisse. Vnde lucanus. Fibris sit nulla fides / sed conditor artis finxerit ista tages. Extorum vero nomine censentur omnia: que cutis extremitate teguntur. Ex quo liquet eos esse aruspices qui vaticinantur in ossibus animalium / siue sanguine / siue futura prenuncient: siue presentia pronuncient vel preterita. ¶ Vaticinium siquidem est quo cũ intelligentia veri abscondita proferuntur. Cum & prophetiam non modo de futuris constet esse: sed de presentibus futuris & preteritis. Si vero adhibeatur sanguis: ad nigromantiam iam accedit: que inde dicitur ꝙ tota in mortuorũ inquisitione versatur. Cuius vis ea esse videt: vt ad iterpretationem veri / mortuos valeat suscitare. Ea nanq; ludificantium demonũ & humane perfidie illudentium fallacia est. ¶ Phitii sunt quos spiritus phitonicus replet: & frequentius in virginibus exercetur vt magis ludificet: ac si immundo spiritui placeat integritas mentis aut corporis. ¶ Vultiuoli sunt qui ad affectus hominũ immutãdos: in molliori materia cera vel forte limo / eorum quos peruertere nituntur / effigies exprimunt / cuius illusionis in farmacentria virgilius meminit. Limus vt hic durescit: & hec vt cera liquescit: vno eodẽq; igni sic nostro daphius amore. Naso quoq; in libro heroidum. Deuouet absentes: simulacraq; cerea fingit. Et miserũ tenues in iecur vrget acus. Horum vero malicia etiam cum plurimum nocent artificio leui dissoluitur: si videlicet qui suspecti sunt cõuenti ab aliquo crimen suum inficientur: aut si confessi fuerint cogantur maleficium reuocare. ¶ Imaginarii sunt qui ima=

Incãtatores. Exodi. xxij. Aruspices. Gal. iiij. Tages inuentor aruspicij. Vaticinium. Nigromãtia vnde dicat. Phitij. Vultiuoli. Imaginarij.

gines quas faciunt quasi in possessionem presidentium spiritu-
j. ad Corin. x. um mittunt vt ab eis de rebus dubiis doceātur. Hos ydolatras
esse sacra scriptura conuincit & diuine maiestatis iudicio con-
Cōiectores. demnandos. ¶ Coniectores sūt qui artificio quodam sibi ven-
Chyromātici. dicant somniorum interpretationem. ¶ Chyromantici sunt:
qui a manuum inspectione / rerum vaticinantur abscondita.
Specularij. ¶ Specularios vocant qui in corporibus leuigatis & tersis: vt
sunt lucidienses pelues cyathi speculorumq; diuersa genera di-
Joseph exer- uinantes curiosis consultationibus satisfaciunt: quam & ioseph
cuit artem spe- exercuisse aut potius simulasse describitur cum fratres argue-
cularia m. ret surripuisse cyphum in quo consueuerat augurari. ¶ Mathe
Genesis. xliiij Mathematici matici sunt licet appellatio generaliter omnia complectatur
qui a positione stellarum / situq; firmamenti / & planetarum mo
Persi⁹ in. v. satyra. tu / que sint ventura coniitiunt: vt est illud. Nostra vel equali su-
spendit tempora libra. Parca tenax veri seu nata fidelibus hora
Diuidit in geminos concordia fata duorum. Nescio quod certe
est quod te mihi temperat astrum. Ac si stellarum choreas ap-
plicationesq; vnius ad alterā constet rebus que ex arbitrii liber-
tate proueniunt quandam necessitatis prestare originem: quo-
Genelliaci. rum & genelliaci qui geneses / id est natalicias horas attendunt
Juuenelis. imitātur errorem. Vnde satiricus. Nota mathematicis gene-
Horoscopi. sis tua. Idem vero horoscopi nominātur. Vnde rursus. Gemi-
nos horoscope vano producis genio. Viguit aūt ista sciētia &
forte eam aliquatenus licuit exerceri donec deum natum nūcia
Magi. uit stella de celo: magosq; non reprobos primitias fidei ad eum
Matth. ij. adorandū nouo & inaudito ducatu perduxit. Exinde vero pe-
Saliatores. nitus interdicta est. ¶ Saliatores qui ex saltu membrorum aut
inopinato corporis motu prosperum aliquid futurum autumāt
Sortilegi. vel aduersum. ¶ Sortilegi sunt qui sub nomine ficte religionis
superstitiosa quadam obseruatione rerum pollicentur euentus:
Quod genus sortes apostolorum prophetarum: & diuidentiū:
& inspectio tabule que pitagorica appellatur. Obseruatio quoq;
Augurium. cuiusq; casus in rei de qua queritur significatione. ¶ Auguriū
Phriges au- vero quod fit in auium obseruatione phriges inuenisse tradun-
guriū ieuenēt tur quod in voce proditur aut volatu. Est autem fm traditionē
Vola. eorum volatus tam alarum q̄ pedum. Vola siquidem est interi
or pars palme vel pedis. Vnde apud maronem. vi. Volantes
pro gradientibus columbe describuntur. Hoc etenim ad homi-
nis pertinet felicitatem: si columbe gradientes dum tamen in

pastu itinerantes precedant.

¶De variis ominibus. Capitulum.XIII.

IN expeditionem missus consul romanorum dū nullius boni ominis sortiretur auspicium columbas ieiunio cōfectas granis sparsis triticeis in via qua iturus erat preferri iussit: vt vel earum omine auspicii duriciam subleuaret. Que cum diligentius obseruate a cibis abstinerent: eas precipitari iussit in flumen saltē vt biberent: submerseq; vi fluminis docuerunt consulem cum toto suo exercitu submergendum. Hic etenim est secutus euentus. ¶Apes platonis infantuli mel labiis inferebant singularem dulcedinem eloquentie eius futuram presignantes. Hiero summus postea sicilie magistratus quod virtute promeruit/a patre nobilissimo viro expositus est: eo ꝙ ex ancilla susceptus: dehonestamentū generis videbatur: & quasi probrosa clari sanguinis macula. Sed paruulum & indigentem opis humane: apes circa eū melle congesto: plurimis aluere diebus/& sic consilio auruspicū ei regnum portendi canentium: a patre agnitus: recollectus: & diligenter institutus est. Paruuli mide cunabilis formice grana tritici congerebant: signantes eum futurum ditissimum: vnde & res aureas ipsius attactu fieri poete finxerunt. Sulpicio sacerdoti lapsus apex de capite sacerdotium abstulit. Occentus soricis auditus martyr cofabio prefecturā. Si nugis hiberis per omnia credis. Si vestem in operis tuī initio a soricibus corrosam senseris: tempera ab inceptis. Si egrediens calcaueris limen: aut in via offenderis pedem contine: si in procinctu agendorum aliquid damni pertuleris: differes inchoata: ne vel tota intentione frustreris / aut inutiliter impleatur / expecta dum omine meliori faustam agendis horam arripias. Omnia namq; sunt aliquid. Cum processeris: abscōdita futurorum / aues quas ominales vocant tibi pronūciabūt. Que nam sunt iste forte interrogas quas scilicet de natura hominum in formam auium poete asserunt esse conuersas. Quid cornix loquatur/diligenter ausculta: situq; ei⁹ sedētis aut volātis nullo modo contemnas. Refert etenim plurimum a dextris sit/an a sinistris qua positione respiciat cubitum gradiētis: loquax sit an clamosa: an silens omnino: precedat an sequatur: transeuntis expectet aduentum an

Hiero sacerdos sicilie.

De omine formicarum.

Omina mala in operis primordio.

De presagio cornicis.

Virgil. in ix. eglo.

surgiat: quo ve discedat nõ negligẽter attẽde. Ait nãq Virgili⁹. Quid nisi me q̃cũq nouas icidẽ lites Añ sinistra cana monuisset ab ilice cornix. Nec tu⁹ hic meris: nec viueret ipẽ menalchas Quis in eo videat in artẽ offendisse: q cornix quã vite seruatricẽ asseruit rerũ magnarũ ignorat auspitia: nisi forte in ea preter naturã fiat ostẽtum / quale est q iminẽte bono: & optato perosi imperatoris exitio de rupe tarpeia: p vrbem cornix greco eloquio protulit: bñ qdẽ erit quod augur interpretat⁹ ita exposuit. Nuper que sedit tarpei culmine cornix: est quia nõ potuit dicere: dixit erit. Sed ignosces viro doctissimo rusticanã simplicitatem exprimẽti aut quia pauperũ vita diuitib⁹ / res videatur exigua: qui humanũ genus vt paucis seruiat asserũt institutũ. Coruus vero quem nõ minori diligentia obseruabis: rebus maioribus auspicatur / vt vsquaq cornici p̃iudicat. Porro cign⁹ in auguriis ales gratissima nautis vtpote que aquarum domestica quadam gratia familiaritatis earundem secreta prenouerit: an nescis apud maronẽ bis senos letãtes aere cignos reducere classem enee veneris vaticinio nunciasse. Eorũ nãq hylaritas: non modo nautis: sed & quibusq peregrinãtibus felicium euenturũ gratiam spõdet nisi fortioris superetur aduẽtu. Aquila nanq sicut rex auium est: si non alarionem excipias: que forte aquilarũ species potẽtissima est: regni sui maiestate omnium auiũ si cõtra loquaf fidẽ euacuat / potuerat apud statiũ presagio volucrũ grecorum exercitus cõfortari: sed fortior ecce aduẽtans per mare cohors. Amphiorao interprete grecorũ quoq exiciũ patefecit. Licet enim aquila quarũdã auium viribus superetur: in prenũciatione veri nulla potẽtior est. Cunctis siquidem auibus excellenti⁹ volat: & ab ipsius iouis archano nunq̃ excluditur. Cũq tanto visus acumine vigere dicatur: vt ab ethere summo pisciculos in profundo maris contueatur: & in ipsũ solem quod nulli animantium licet figat obtutum / sensuum quidem subtilitate de iouis gratia conscientiam veritatis rerũq misteria mutuatur. Quis enim falsum interpretem dicat: quem cõsiliorũ iouis nouit esse participem? Locris aduersus crotonienses dimicantibus / aquila dum pugnabatur superuolans: victoriam dicitur cõtulisse: cum pauci numero deleuerint infinitos. Hoc tamen validiori signo scribitur raboratum: eo q duo iuuenes procerioris stature elegantioris forme in candido habitu ab vtroq latere locros precesserit scilicet vt erat cõmunis opinio castor & pollux. Oia vero huiusmodi cum geminantur potentiora sunt. Dum

De presagio corui.

De presagio cigni.

Aquile presagium.

N ö alarionẽ speciẽ potẽtissimã aquilaꝝ

Aquila potentior ceteris auibus.

Aquila in quibus ceteras aues superet.

Nota aquilã superuolantẽ victoriã cõtulisse locris aduers⁹ crotonienses.

hiero de quo supra prima bella iniret: aquila ex improuiso rese dit in clipeo progrediētis manu promptum regemq; futurum significans. Ea die qua natus est alexander due aquile tota die per pedes supra culmē domus patris eius sederunt: omen dupli cis imperii europe asieq; preferentes. Vultures difficultatem portāt/duriciam/rapacitatem: sicut habes in origine vrbis con dende. Fenix singlaris felicitatis successus pollicetur quale est quod noua roma viso fenice meliorib⁹ auspiciis cōdita ē. Auis picta vrbi pictauorum contulit nomen: leuitatem gentis colo re & voce prefigurās. Ardea rerum arduarū auspicium est. Ci conia quoniam auis cōcordie est: concordiam inuenit: aut con cordiam facit. Grus semper affert quod expedit vnde & gruere verbum antiquum a quo congruere quod ꝓficit: & ingruere cō tra quod officit. Vnde illud. Bis vicibus ingruit imber. Nec ta men minores contemptui habeas: cum & pica loquax sicut ad multa: sic ad susceptiōem hospitum facit te cautiorem. Si auis que vulgo dicitur albanellus preteruolans viam a sinistris fera tur ad dexteram de hospicii hylaritate non dubites. Si contra contrarium expectabis. Aues quoq; domestice artificii huius non sunt expertes: cum galli cantus spem: iter: vel opus incho antis promoueat. Tyberio nasciturο pregnans linia ouum gal line subductum eo vsq; nunc suis/nunc ancillarum manibus eo vsq; fouit: donec gallus insigniter cristatus exclusus est. Vnde et augures puerum qui nasciturus erat dixerunt regnaturū. Bu bonis/strigis et noctue/semper infausta sunt oīa. Noctua tamē eo ꝙ noctis tenebris non cecatur: diligētis hominis vigilantiā signat: vt in portento quo in hasta hieronis cum primum ꝓgre deretur ad bellum noctua dicitur consedisse: significans eum fu turū diligētissimum. Bubonem dido dum misceret enee sensit infaustum. Si accipiter quippiam ve generis huius sub oculis ꝓ ficiscentis solitam rapinam exerceat: inter eundem rapacitas ī minebit. Quod et iocullariter innuens naso ait. Odim⁹ accipi trem quia semper viuit in armis. Regulus quoq; ipse qui et bi triscus dicitur: vera quandoq; portendere non dedignatur. Mi nute etiam aues aduentu suo vel recessu significāt familiā nunc minui/nunc augeri. Omnium vero volatus q̄to serenior tanto laudabilior. Vnde melampo augur prenominatus conqueritur stragem grecorū coniiciens ex volatu. Vides vt nulla serenos ales agat cursus. ¶ A bestiis quoq; viarum tuarum euentus scrutaberis. Leporis timebis occursum si tamen euaserit. Est

De vulture.

vt. C. de vete. iure enucle. l. j. qui romam.

De ardea.

De ciconia.

De grue.

De pica.

De albanello.

De gallo.

Nō liniam de tyberio ꝑgnā tem ouū fouisse donec gall⁹ excluderetur cristatus.

De bubone/ strige/ et no ctua.

De hoc virgil in. iiij. eneid.

De accipitre.

Naso.

De regulo.

De minutis auibus.

Melampus.

De lupo. enim procuidubio longe commodior in mensa q̃ in via. Lupo obuio congratulaberis: boni siquidem nuncius est: licet solo visu nocere soleat ei quem ante preuiderit vocēq; precludere. Iuxta illd virgilii. (In. viij. bucolicorum.) Vox fugit ipsa lupi merim videre priores. Hiero siculus litteratorio insistens studio: inter coequales stilo operam dabat: eiq; lupus in turba puerorum repente conspectus tabulam eripuit successus hominis firmans inaudita forma prodigii. Quid multa? Lupi efficaciam nō negabit quisquis gen⁹ romanorum lupino lacte nō ambigit educatum: vnū plerumq; quod in eis dulcius est: ad hoc lupinū saporē retinet: primiq; eorū fidē quā a matre lupa didicerāt sibi inuicē seruauerūt: eadēq; quadam lege nature manauit ad posteros. (De oue et capra.) Ouib⁹ gratanter obuiam gradieris dum capram vides cui alludēs poeta ait. (Virgili⁹. j. bucolicorum.) Occursare capro cornu ferit ille caueto. Bobus triturantib⁹ libētius tamen arātibus obuiabis: nec displiceat si viā ruperit: quia mora itineris hospicii gratia cōpensabit. (De mulo.) Mulus infaustus est: (De asino.) asin⁹ inutilis: et si vtilissimi sint ad onera perferenda. (De equo.) Equus quādoq; bonus est: sed in eo nihil vtilius q̃ ꝙ hūanis vsib⁹ seruit: habet vero iurgiorum et pugne significationem. Interdū tamē ex calore et vsu mitigatur. Vnde apud virgilium. (In. iij. eneidō.) Visis equis albis apparente italia senior anchises exclamat. Bellum o bellū terra hospita portas. ¶ (De ceruo.) Ceruum/capreolum: aprūq; siluestrem onagrum: & cetera huiusmodi malo prandenti apponas: q̃ vianti opponas. Eneas ceruis ꝑ nauiū numero fusis omen quod cōtrarium videbatur ad se sociorumq; fortunam virtute retorsit. (De cane.) Canis sequipeda cōmodissimus est. Cuius si vera est hebreorū traditio/nec angelus ipse thobie socius aspernatus est comitatum Quid quod syrus scelere aui expositus in siluis/vt periret: canicule vberibus/regnum adeptus est persarum. (De locusta.) Locusta est & si minimum possit itinerantium tamen prepedit vota: ex eo forte sic dicta: ꝙ loco stare faciat gradientes. (De cicada.) E contra cicada viatoris promouet gressum & nūciatorū amenat exitū. (De aranea.) Aranea dū a superioribus filum ducit spem venture pecunie videtur afferre. (De bufone.) Obuius bufo futuros successus denunciat: mihi tamen vel solo visu molestus est. (De homine.) Verumtamen homine ipō nihil potenti⁹/nihil efficatius est/nihilq; mortalium vnq̃ inuenies/ quod euidentius exprimat veritatem. Porro si artem diligēter exequeris: conditionem eius: & dona nature: situm: gestum/motumq; corporis: sensumq; sermonis/ tota mentis intentione notabis.

¶ Sacerdotem obuium aliumve religiosum dicunt esse infaustum. Ego quoq; perniciosum credo non modo sacerdotibus sz & viris sapientibus contraire. Melius quoq; est obuiari genti seruorũ q̃ hiis qui summa sunt prediti potestate. Feminã quoq; que capite discooperto incedit/infelicem crede: nisi vt apud plinium legitur publica fit: aut plurium libidini pateat prostituta nec expedit illi occurrere que amoto velo caput suum deturpare non erubescit. Ab his que primo audieris iter operis cuiusq; auspicia: quid sequatur prenosces. Hinc deus incumbens baculo quem dextra gerebat. Omnia principiis dixit inesse solẽt. Auditas voces timida perpendimus aure. Et primum visam consulit augur auem. Ea siquidem futurorum prenostica sunt. ¶ Petilius consul romanus oppugnans castrum in sicilia cui nomen letum erat: cum milites accingerentur ad pugnam ait. Ego hodie letum capiã. Casuq; sic accidit cũ ipse eadem die fuerit interemptus. ¶ Alius quoq; consul/cum a senatu destinaretur ad expugnandum regem persarum: a filia quam in hostio domus flentem obuiam habuit causam quesiuit. Cũq; illa responderet periisse persam: sic enim catulus qui forte perierat dicebatur: profect⁹ in expeditionem triumphum iam inuenit: eo ꝙ rex persarum perierat: quando filia consuli catulum flebat amissum. ¶ Ab ipsis etiam elementis aut temporis qualitate: rerum frequenter trahuntur auspicia. Fortune duriciam gratia roris aut modest⁹ ymber emollit. Roscidum quippe: & suppluuiale tempus: aerq; sudus † dũ operis cuiusq; incunctãter ortum persequitur: creditur eiusdem fortunare processum. ¶ Cũ fortuna que frigios exules liuenti oculo diu perstrinxerat: tandem benignius quasi de specula gratie respexisset: olli ceruleus supra caput astitit imber. ¶ Venus naufrago filio apud didonem hospicium preparans eũdem fido achate comitatũ: dum introduceret i regine gratiam caua nube obtexit. ¶ Tonitrua quoqʒ varias habent significationes. Si enim afferant quamcumqʒ fulminis lesionem: infausta sunt. Vnde illud. Sepe malũ hoc nobis si mens non leua fuisset. De celo tactas memini ꝑdicere querc⁹. In his aũt & illud perpẽdit: an semita vna descẽderit: an multifaria aeris ruptione diffusos sparserit ignes. Hoc eq̃dẽ sẽp tristi⁹ est. Dũ gay⁹ cesar ciuili bello p̃rie imineret q̃ fulminosus aer extiterit/q̃t habuerit igneos turbines/q̃t trabes emiserit: nec veteres hystorie sufficiũt enarrare. Et tũc ignota obscu-

De sacerdote et religioso.

De femina incedẽte capite discoperto.

De petilio consule.

De tẽpore sereno et nubilo.

† Aer sudus .i. mollis vel humidus.

De tonitruo.
De fulminib⁹ et aliis aeris turbinib⁹ tpe quo bellũ ciuile cesar mouit.

Q; tonitruũ a pte sinistra fuit enee propitium.

Tyberius timore fulguris tẽpore nubilo portabat in capite coronam lauream.

Hiere.x.

Oratio qñ fulminat.



Prouer.xxvj.
Prouer.xij.
De fulgore igneo.

De signis in ortu alexãdri et octauiani.
De vento in exitu exercit⁹
De vẽto in bello tã in acie ꝙ circa patriam

De signo mugitus terre.

ri viderunt sydera noctes. Si vero fulminis careat tempestate. si lenium sonet deorum creditur nunciare fauorem. Eneas iouẽ a sinistris tonantem audiens: se eum premissis sacrificiis opinatur habere propicium. Sed qualitercũqꝫ ista se habeant: innatũ timorem hominum poterit mitigare: ꝙ nemo sentiet fulminis ictum/si ante tonitrui sonum audierit: aut preuiderit: chorusca tionem. ℂ Tyberius cesar turbatiore celo laureã coronam gestabat in capite: quia hoc genus frondis fulmine negetur afflari Tonitrua siquidem timidissime: & vehementer semper exhorruit. ℂ Est tamen quod procuIdubio longe tutiorem faciat hominem si fidem crucis seruat in pectore/iustitiam fidei gestat in capite/& salutiferum signum fidei/manus innocens/figat in fronte/illum semper pre mente habens qui cultoribus suis omnem mũdi timorẽ excutiẽs ait. A signis celi ne timueritis que timent gentes: quia ego vobiscum sum dominus deus vester. Hec quoqꝫ verba inter tonãdum/vel audita vel dicta/scribũtur a quibusdam noxam fulminis amouisse. Nihil autem est quod imminentibus signis ita totum concutiat hominem sicut mẽs sibi conscia iniquitatis/& que scelerum suorum penam ad singula timet exposci. Vnde ethicus de criminosis. Hi sũt qui trepidant & ad omnia fulgura pallent. Econtra iustus confidit vt leo/& illud non contristabit iustum quicqd ei acciderit. Fulgor quidem igneus si vrendo non noceat/celebritatis gloriam affert. Neqꝫ quia non vrit igneus non est si tamen in hoc plato recipitur. Due sunt inquit ille (vt opinor) virtutes ignis. Altera edax & peremptoria: altera mulcebris & innoxio lumine. Posteriorem asserit operatricem visus & superioribus vim suam maxime exercere. Ascanium fatalis exilii cum patre discrimina subeuntem ignis de celo quasi succẽso capite illustrauit: prenuncians ei deberi felicitatem exilii/ipsumqꝫ futurum in gentẽ magnam Alexãdri macedonis & octauiani augusti: sub ipso eorum ortu claritas ignis miraculo declarata est. ℂ Proficiscẽtem expeditionem dum egreditur prosequens vẽtus successuũ spem fortunat dum in hostes vexilla feruntur: aeris testimonio vexilla triũphabunt. Si vero patrie imminent iustissimum incutiunt metum. Terra quoqꝫ ipsa misteriorũ conscia est sed grauia omnia frequentius portat: eo ꝙ fundata super stabilitatem suam mauult quiescere ꝗ moueri. Cum ergo mugitus eius auditur amaris euentibus condolet: & quo affectu suis compatiatur alũnis/vocis sue tristitia ꝑtestaᵗ. Magna siquidẽ & pia pa

rens omniū est. Studuerat hec ab amplexu hospitis arcere phenissam:sed quia conciliatrix hospicii venus iā preualuerat: tacta dolore cordis intrinsecus mugiit: quoniam ei mugitus pro gemitu est:hec eadem quotiens tremit filiis suis preuidet aliquid metuendum:nisi forte parturiēdo laboret. Tunc vero vel omnino facit aborsum: aut inutilem fetum parit:quia vt multum sepe cum parturiunt montes nascetur ridiculus mus. Hec sunt quibus totam vigilantiā suam videas accommodare q̄plurimos. Cetera de genere hoc adeo sūt multa:loquacem vt lassare queant fabium:quibus quecūq; domus institerit: eam nec ab ipsa salute arbitror posse saluari.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit prologus in librum secundum.



OMnia cedunt in vsum sapiētis:habētq; materiam virtutis exercende quecunq; dicūtur/ aut fiunt. Nā & ocia eius negocia sunt: & dū rationis libramine rerum omnium vires pensat prouida dispensatione quicquid ad beatitudinem proficit quasi quadam manu virtutis apprehendit. Tu ergo diuine sapiētie tue argumento validissimo dupliciter fidem facis: dum & in tuis actib⁹ rectus incedis:et philosopharis in nugis alienis. Alacres itaq; exeant nuge nostre quas serenitas tua prodire iubet in publicum:vt cōiectores mathematicos cum quibusdam aliis nugatoribus introducant:quia quibus dedisti egrediēdi audaciā: securitatis quoq; fiduciam prestabis. Connectātur ergo inferiora superioribus:vt si quid in alterutris vitiosum aut deforme apparuerit:benignitatis tue prudētia corrigatur.

Nō exemplo alieno quē posse sua pagere.

¶ Explicit prologus libri secundi.

¶ Omnia vana esse: et res ex fide sua cuiq; respondere. Capitulum primum.

Nota non esse credendū somnijs et auguriis.



Vsticanū & forte offelli prouerbiū est. Qui somniis & auguriis credit nunq̄ fore securū. Ego sentētiam et verissimā et fidelissimam puto. Quid enim refert ad cōsequentiam rerū: si quis semel aut amplius sternutauerit: qd si ossitauerit: quid deīde si vndecūq; sonū emiserit? Hec tamen ex causis quas phisici nouerunt aliquatenus ad eum pertinēt circa quem fiunt. Esto/ dum aliena opera impedire aut promouere nō queant: sicut nec inania carmina aut supstitiose quedā ligature q̄ tota medicorū secta cōdemnat: licet hec ipsa a quibusdam eminētiori quodā nomine phisicā soleant appellari: phisicū etenim dicunt: cuius occultissima ratio est: vt humano sensu nequeat comprehēdi. Nihil etenim est vel fit cuius ortum legittima causa & ratio nō pcedant. Et vt alius ait. Nihil fit in terra sine causa. Cōstat itaq;: q artificis nature manū nihil euadit. Ex quo cōsequēter patet: ad philosophiam omnia pertinere. Ego quidē quocunq; modo ista se habeāt: indubitanter credo illa sola nō esse respuenda que ex fide proueniunt et referūtur ad gloriam omnipotētis dei: cui scriptum nouerim. Omnia quecūq; in opere vel in verbo feceris in nomine dñi facite: in quo solo via hominis psperatur. Sic omnium sanctarū turba precessit. Guthbertus signifer quidā gentis nostre in lege domini euāgeliū iohannis supponebat infirmis & curabantur. Beati stephani tunica superposita et mortuum suscitauit. Simbolum apostolicum demonia cū a quo portabatur curauit. Oratio dominica herbis dum legebātur aut dabantur ex fide dicta: sepissime contulit optatum salutis effectum. Beatus benedictus signo crucis vas mortiferū fregit: ac si pro signo lapidem intorsisset. Capitula euangelii vel gestata: vel audita: vel dicta: inueniūtur profuisse q̄plurimis. Hec equidem & similia non modo licita: sed & vtilissima sunt. Alia vero non tam cōtemnenda q̄ fugiēda. Certum siquidem est q diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Infideles aut reprobos: aut etiam hesitātes in fide: multis permittit deus ludificationibus subiacere. Omnia tamen tantum possunt quantum excipientis fides permittit. Vnde & iulius cesar nullo augurio nulla vel superstitione a quocunq; incepto potuit absterreri. Cōtigit enī

Phisicum quid dicatur.

Cōcor. J. lib. iij ca. viij.
Job. v. ca.
Nō omia ad pbiam ptinē.

Colocen. iij. et ar. l. in noie dñi. C. de offi. prefec. pret.
De guthberto
Nota p euangeliū Jobis ifirmos sanari.
De orone dominica.
De beato benedicto.

vt in. c. i. extra de here. & Job c. iiij. qui dubius est in fide ifideliter agit et q̄ populator

vt qn̄q; in affricam nauigio proficiſcēs in egreſſu nauis prolabe retur: verſo itaq; in melius omine: teneo te ĩquit affrica: eāq; ob tinuit: preterea calphurnia vxor eius ea nocte quam is in terra vltimā geſſit: vidit eum multis vulnerib⁹ cōfectum in ſinu ſuo iacere: rogansq; vt die ſequēti a curia abſtineret: nō obtinuit ne ille in vita ſua aliquid timidum quocunq; auſpicio egiſſe videre tur. In excidio maſſilienſium lucum qui diis ſacratus haberet: primus auſus eſt credere probās ſe ab omni ſuperſtitiōe alienū. Beatus quoq; marcus euangelizandi cauſa alexandriam profi ciſcens: cum nauem egreſſus rupiſſet calceū gratias agens iter ſuum expeditum eſſe proteſtatus eſt. Si quis reuocatus fuerit intereūdum: non ob id ſi quid in nomine domini fuerat inchoa tum pretermittat, niſi forte omnem reuocationem ominoſam eſſe corui perſuadetur exemplo: qui coloris amiſit venuſtatem dum reuocatus a cornice progredi maluit q̄ manere. His vero nugis mens incauta ſeducitur: ſed fidelis nequaq̄ acquieſcit.

est vastat ⁊c. vnde in euangelio d̄r. fides tua te ſaluauit

De btō marco euāgeliſta.

De coruo qui ꝑdidit color ⁊c.

¶ Non contemnēdas eſſe rerum omnino naturaliū ſignificationes. Capitulum.II.


Non tamen licet omnia vana eſſe: fidemq; auguriis aſ ſerere non habendam: ideo ſignorum que a diſpoſi tione diuina ad erudiendam creaturam cōceſſa ſunt fidem & fructum euacuo. Multipharie ſiquidē mul tiſq; modis ſuam deus inſtruit creaturam: & nunc elementorū vocibus/nunc ſenſibilium aut inſenſibilium rerum indiciis pro ut electis nouerit expedire: que ventura ſunt manifeſtat. Futu ras itaq; tempeſtates aut ſerenitates: ſigna quedam anteceden tia preloquūtur vt homo qui ad laborem natus eſt: ex his poſ ſit ſua exercitia temperare. Hinc agricole/ hinc naute familiari bus quibuſdam experimentis quid quo tempore geri oporteat colligunt: qualitatem temporis futuri ex eo quod preteriit me tientes. In qua re nec aues de quibus ſermo preceſſit: parentis nature beneficio arbitror deſtitutas. Mergus: alciones: cignus archana nature frequēter aperiūt. Cū etenim circa mediū hye mis/ altiones nidificare ouaq; fouere cōſpexeris: de quindecim dierū gratiſſima ſerenitate ne dubites: eoſq; naute ſolēt diligen ti⁹ obſeruare: dicūtq; dies altiōite: quib⁹ vix vl tenuis flat⁹ aura ſētit̄. ¶ Hos ad ꝑparatione pullorꝝ ſuorꝝ ſibi a natura cōceſſos veriſimiliter opinaberis. Cum vero fluuialium auiū corpora in

ꝫ.lib.ſ.ca.de ominibus.
De mergo/altione/⁊ cigno.
Altiones qn̄ nidificent in hyeme.xv.diebus tempus ſerenatur.

aq̄s auidius mergi cõspities:imbres expecta. Cum clamorem cornicis audies matutinum/pluuiam petit:haut ideo credo q̄ sit diuinius illis ingeniũ/aut rerum fato prudentia maior: sed quia morantes in aere motus illius citius sentiunt in seipsis & inde hilaritatem concipiunt aut merorem. Nec mirum cum & grauiora animaliũ corpora ad exteriorum motus frequentissime disponantur/& archano quodam nature consilio gerant elementis necessarium morem. Que enim animalium corporibus bona vel mala immineant:si se temporaliter/vel extemporaliter reddiderint tempora:ars phisicorũ regulis suis satis probabiliter cõprehendit. Futuram etiam sanitatem:aut egritudinem aut statum quem dicunt neutralitatem/fatalitatem quoq; ipsam ex precedẽtibus signis agnoscunt:& interdum si causas nouerint efficacissime curant. Si vero vt verbo eorum vtar causas ignorant quomodo curant? Nõ vtiq; artis beneficio sed fortune:iudicium vero quod est signorum cognitione proferũt:& si difficile/sepe verissimũ est. Multis quoq; signis tranquilitas: et varie tempestatum forme procellarumq; produntur que velut in specula lune orbis insinuat. Ostendit namq; rubicundus color ventos/ceruleus pluuias:ex vtroq; cõmixtus nimbos indicat furentesq; procellas. Letus orbis serenitatem nauigiis repromittit: quam gestat vultu/ precipue si quarto ortu is enim auctor certissimus est neq; obtusis cornib⁹ rutila:neq; infusa fuerit humore fuscata. Tunc enim totus & ille dies:& qui nascẽtur ab illo exactum ad mensem vento pluuiaq; carebunt. Sol quoq; cadens interest vtrum equalibus gaudeat radiis / an obiecta nube rutilet/vtrum solito splendore fulgidus/an e ventis vrgẽtibus igneus/niue sit pallidus an pluuia sit impendente maculosus. Aer vero & mare ipsum/nubiumq; magnitudo vel species/plurimum afferunt instructionis. Sed & aues et pisces futurorum certissima prodũt signa que Virgilius & Lucanus diuino comprehenderũt ingenio:sed & Varro in libris noualib⁹ dum sollicitos instruit nautas.

De cornice clamante.
De medicis.
Fatalitas seu pestilentia ex p̄cedẽtibus signis agnoscit̃
De signis in luna.
De signis sol.
De signis aeris/maris/ et nubium.
De signis auium ⁊ pisciũ.

¶ Signorũ alia esse vniuersalia: alia particularia:& q̄d significet geminatio solis. Capitulũ. III.



Ve vero in sole & luna s̃m naturam signa contigerint certissima sunt / & auctorum multorum testimonio comprobata. Solem quis dicere falsum audeat? Quotiens ergo sol in celo videbitur geminari: inundationem aquarum subiectus orbis expectet. Et licet a ra

De geminatione solis.

ritate sui miraculis videat accedere: op⁹ tamen nature est: que quidē soles nō geminat: sed nubē similimā facit: vocaturq; parelioῶ. Est etenim parelion nubes similima soli: signum quidē commune multis: & si nō generale. Signorum quidē alia particularia: alia vniuersalia sunt. Particularia vero faciunt singulis/vniuersalia multis aut vniuersis. Vtraq; aūt modo ex clemēti dispositione creatoris/modo ex natura rerū: modo ex malicia demonum homines deo pmittēte ludificantiū prouenire dicunt. Sed que & qn̄o quave de causa: iudicium quidem difficile est & frequenter incertum: & sepe alti⁹ q̄ vt ab hominibus valeat expediri: eis tamen licentiori vanitate mathematicoꝝ referti sūt libri. Eneas matre dea mōstrāte viā: data fata secutum se asserit: eo ꝙ egredienti lucifer: qui & venus donec ad ytaliam peruiret apparuerit auspicanti. Defectus solis varios: luneq; labores: rerum euentibus curiositas humana coaptat. Parelion qd sit. Signoꝝ alia sunt vniuersalia/alia particularia. Enee lucifer apparuit.

¶ De signis que precesserunt excidium hierosolimitanum nouissimum. Capitulum. IIII.



Vetus narrat hystoria sic dicta ꝙ est auctor eius incertus; et vetera refert ꝙ imminente hierosolimorū excidio eclipsis lune per duodecim noctes continuas etiam in remotissimis locis protracta est: forte significans iudaice perfidie & superstitiosi erroris euersionē/que christo per predicationem apostolicam mundo illucescente rectissime contigit. Scriptum est enim. Stultus mutatur vt luna: sapiens vero cum sole permanet. Alia quoq; q̄plurima diuino super incredulos imminente iudicio acciderunt: que si per singula prout ab auctoribus digesta sunt cepero enarrare: vel sola hec proprium tempus desiderabunt & ocium. Pauca tamen auctore iosepho cōpendioso sermone percurram: eo ꝙ ad roborandam fidem nostram proficiunt: et ad retundendam obstinatam perfidiam iudeorum. Quadraginta nāq; post admissum piaculū continuis protracta annis impiorum pena differtur. In quibus et apostoli omnes/precipue tamē iacobus qui dicebatur frater dn̄i/hierosolimis episcop⁹ cōstitutus indesinentur populum cōmisse impietatis et feralis ausi de scelere commonebant: si forte possent cōmissi penitudinē gerere. Si possent flere p scelere: & si vltrices penarum flammas/lachrimarum vbertate restringere Ostēdebat nāq; eis deus per suā patientiā ꝙ ipsoꝝ quereret penitentiā: quia nō vult tm̄ deus mortē peccatoris: quātū vt cōuertat et viuat. Mollire aūt adhuc mētis eoꝝ duriciam nitebatur

Hystoria vet⁹ cur dicatur. Eccl. xxvij. Josephi dictū. Jacob⁹ q dicebat frater dn̄i eps hierosolimis cōstitut⁹ ē. Ezechielis. xviij. & xxxiij.

diuina maiestas/signis et prodigiis celitus datis:terroresq; simul & minacem dexteram ostendendo/potius q̃ inferendo: de quibus supradicti hystoriographi fides: vt in ceteris etiam in hoc sufficiens erit. Relegam⁹ ergo qd in sexto hystoriarũ suarũ libro de his ipse signauerit iosephus. Sed infelicem inquit plebem teterrimi quidem homines et deceptores falsa vaticinantes suadebant:vt euidentibus signis et indiciis iracundie & indignationis diuine non crederent: quibus aperte futurum & vrbis et gentis presagabatur excidium. Sed velut afflati & amentes:& qui neq; oculos neq; animas in se haberent spernebãt omnia que celitus nunciabantur. Etenim stella presulgens/ gladio per omnia similis /imminere desuper ciuitati & cometes: preterea exicialibus flammis ardere visa est per totũ annum. Sed et ante excidii tempus ac belli:cum populi ad diem festum conuenirent octaua die mensis xantici qui est aprilis tempore noctis hora nona tantus luminis fulgor aram templumq; circumdedit : vt putarent omnes diem clarissimum factum : & permansit spacio hore dimidie. Quod imperitis quidem & ignaris prosperum videbatur:sed legisperitos & probos quosq; doctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoq; festiuitate vitula sacrificiis admota & aris assistens:inter ipsas ministrorum manus enixa est agnam. Sed & ianua interioris edis que respiciebat ad orientem cum esset ere solido induta ac perinde immensi ponderis que vix viginti viris sũmo conatu impellentibus clauderetur ferreis quoq; vectibus & feris munita ac pessulis in altum demissis teneretur obstricta: repente hora noctis sexta prima & xx. die mensis apparuit sponte patefacta. Sed & transacto die festo post aliquot dies prima & xx. die mẽsis arthemesii qui apud nos maius vocatur prodigiosus apparuit visus & fidem pene excedens. Quod vere falsum putaretur nisi occulorum fidem confirmasset malorum consecuta pernicies. Etenim prope solis occasum visi sunt currus & quadrige in omni regione per aerem et armatorum cohortes misceri nubibus:& vrbes circumdari agminibus improuisis. In alio item die festo qui penthecostes appellatur noctu sacerdotes ingressi templũ ad ministeria ex more complẽda:primo quidem mot⁹ quosdã strepitusq; senserũt:tum demũ voces subitas audiũt dicẽtes. Migrem⁹ hinc/migrem⁹ ex sedib⁹ istis. additur his etiã aliud terribilius. Etenim quidam ananie fili⁹ iesus nomine vir plebeius & rusticus ante quartum belli annum cum ciuitas &

Josephi commendatio.

De stella ꝑful gente simili gladio.

Xanticus.

De fulgore luminis magno in nocte.

De vitula que in sacrificio agnũ peperit.

De ianua maxima & ponderosa vltro aperta.

De mẽse artemesio vocato mayo apud nos.

De curribus et quadrigis/ et acieb⁹ in celo visis.

Jesus filius ananie.

in pace & abundantia perduraret in die festo tabernaculorum repente clamare cepit. Vox ab oriente: vox ab occidēte: vox a quattuor ventis: vox super hierosolimam & templum: vox sup sponsos et sponsas: & vox super populum: & indesinenter diu noctuq; per omnes plateas circumiens hec clamabat vsquequo quidam primores ex populo viri: velut īfausti presagii indignatione commoti correptū hominem multis verberibus afficiūt. At ille nequaq̄ pro se aliquid loquens. Sed nec eos quidem qui circumsteterant deprecans: easdem voces pari obstinatione & clamore repetebat. Tunc principes intelligentes vt res erat numinis esse in viro motus: perducunt eum ad iudicem romanorum: apud quem flagris ad ossa vsq; laniatus: neq; preces neq; lacrimas fudit. Sed eādem vocem miserabiliter & cum quodam eiulatu emittens per singula pene verbera proferebat/ addens etiam hoc ve/ve hierosolimis. Prosequitur & aliud idem hystoriographus maiore gestum miraculo dicēs oraculum quoddā in sacris litteris repertum q̄ per idem tempus virum designaret ex eorum regione processurū: qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi presagium idem hystoriographus vespasianum declarare suspicatur. Sed vespasianus non aliis q̄ illis solis gētibus que romano imperio videbant̄ subdite dominat⁹ est. Vnde iustius ad christum hec responsa referuntur/ad quem dixerat pater. Pete a me & dabo tibi gētes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terre: & cuius per idem temp⁹ per apostolos suos. In omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terre verba eorum.

Qualiter plebeius clamitās fuit duct⁹ ad iudicē romanū vbi vsq; ad ossa fuit laniatus.

De oraculo in sacris lřis inuēto cōtinēte ex regione iudeorū dñm orbis p̄cessurū.

ps.ij. ps.xviij.


¶ Quanta fuerit calamitas obsessorum: & obstinate malicie quis fuerit finis & que pietas titi. Capitulum. V.

Et ne tot & tanta mediocris plage aut perfunctorie indignationis dei aduersus impenitētiam iudeorum signorum precessisse videantur indicia: calamitatem intolerabilem: excidiuȝ irreparabile/reprobate & excecate gentis inauditam et cunctis seculis incognitam seruitutem succinctus sermo percurrat. Quātis ergo malis tūc vniuersa mulctata sit: atq; ipsa iudee terra: bello: fame: igni: cedibusq; vastata sit/q̄ta populorum milia patres simul cū coniugib⁹ ac paruulis liberis absq; numero & absq; discretione trucidati sūt: que etiam diuersarum vrbium obsidiones: sed & ipsi⁹ magnifice & famosissime ciuitatis hierusalem quanta vastitas/ & quanta

De magnifica & famosissima ciuitate hierusalem.

fuerit diuersarum mortium strages: quis p hec singula bellorũ extiterit modus: & vt fm id quod prophete dixerant. Abominatio desolationis in ipso quõdam dei famosissimo collocata sit tẽplo: atq ad vltimum cuncta ignis populatus sit & flamma consumpserit: si quis plenius nosse vult/hystoriam iosephi relegat. Nos vero ex his ea tantum que ad explanationem suscepti operis sufficiunt assumemus: in quibus refert q ex omni iudea populi in die solemni pasche hierosolimam velut exitiali quadam manu cogente conuenerant. Quos tricies centena milia dicit hominum fuisse/iusto scilicet dei iudicio tẽpore hoc vltionis electo: vt qui in diebus pasche saluatorem suum & saluatorem christum domini / cruentis manibus & sacrilegis vocibus violarunt in ipsis diebus velut in vnum carcerem omnis multitudo conclusa feralis pene exitium/quod merebatur exciperet. Preteribo sane que in eos/vel gladii cede/vel aliis belli machinis collata sũt explicare: ea tantummodo que dire famis exitio pertulerunt supradicti hystoriographi sermonibus proferã: quo legentes hec intelligant q̃tum piaculi sit audere aliquid in christum: & q̃ grauibus ausa suppliciis experiẽtur. ¶ Age itaq quintus iosephi hystoriarũ liber ponatur in medio: ex quo omnis eorum luctuosa tragedia pernoscatur. Diuitibus autem permanere inquit aut perire vnum atq idem erat. Si enim in vrbe permansissent facultatum suarum causa/crimine obiecto quasi qui de transfugiẽdo cogitarent/perimebantur. Necessitas vero famis: factiociorum extollebat arrogantiam. Et vtrumq simul inedia cum temeritate crescebat. Publice vero frumentũ nusq̃ omnino erat: sed irruentes vrbis predones perscrutabantur domus: & si quid inuenissent tanq̃ de his qui fefellerant penas sumebant: si vero non inuenissent: nihilominus tanq̃ eos qui occultius et diligentius absconderant cruciabant. Iudicium vero haberi ab eis pabula capiebãt hoc ipso q adhuc viuerent: & subsistere corporibus videbantur/tanq̃ qui profecto iam interissẽt: nisi absconditos vspiam tegerent cibos: si quos sane tabescẽtes macie vidissent hos cum venia preteribant: superfluum putãtes perimere quos paulo post assumeret fames. Multi tñ in occultis oĩ cẽsu suo mercati sũt vnũ metrũ: si diuites frumẽti ordei si inferiores fuerunt/& concludentes se in interioribus quibusq penetralibus domus: nonnulli nec in panes confectas imo crudas fruges edebant. Alii vero inquãtum vel necessitas vel metus pmitteret excoquebãt. Et mensam quidẽ nullus expectabat

Danielis.ix.



Luctuosa tragedia.

Metrũ grece latine mẽsura dicitur.

apponi:sed ex ipso semiusta igni rapientes/propria velut furtiua deuorabant:& erat infelicis ipsius sibi spectaculum miserabile:cum validiores quiq3 inuenta diriperent. Imbecillibus vero nihil preter luctum superesset ac lacrimas. Et oim licet rerum acerbitates superaret fames:nihil tñ ita subruit atq; subuertit sicut verecundia. Quicquid enim saluis rebus pudore dignũ est:id in hac necessitate contemnitur. Deniq; & vxores de virorum manibus:& filii de parentum et quod est infelicius matres cibos de paruulorum manibus atq; ore rapiebant. Et cum dulcissimi liberi in manibus atq; ante ora positi tabescerent:exigua vite subsidia a dẽtibus ipsis eximere nemo parcebat. Verum ne ipsos quidem infelices & perexiguos sumentes latebãt cibos:sed continuo aderat predonum quis/& statim vt clausas cuiuspiam conspexisset fores:indicium credebat esse ꝙ intrinsecus positi ederent:& repente despicatis foribus precipites irruebant:atq; ab ipsis(vt ita dicam) faucib⁹ exprimẽtes:si quid forte in sumptũ iam fuerat reuocabãt. Verebantur senes si cibum vendicare tentassent: sparsis etiam crinibus mulieres trahebantur: occultare nitentes si quid forte deprehensum fuisset in manibus. Nulla senibus reuerentia:nulla erga paruulos miseratio:sed in exiguo panis fragmento paruulos inherentes:& ex ipso cui inheserant suspensos elidebant in terram. In eum vero qui raptores cibo preuenisset assumpto crudelius seuiebant: & excogitabant dira supplicia obturãtes infelicibus naturales digestionũ meatus. Aliis vero preacutas sudes per eadem verẽda adigentes. Horresco que gesta sunt referẽs. Ad cõfectionem post hec vnius panis aut ciati farine:miseros perurgebãt: nam ipsi tortores patiebantur famem. Esset enim quodammodo tolerabilius si hec cõpulsi inedia facere viderentur:Sed vt vel prepararent sibi in posterum cibos / vel vt crudelitas exercitio conualesceret. In his etiam si qui forte furtim per stationes hostiũ pro colligendis herbis erupissent: occurrẽtes eis qui se hostium man⁹ effugisse gauderẽt:diripiebãt quicquid attulerãt. ¶ Supplicantibus autem:& terribile quoddam sibi nomen dei inuocantibus: vt vel partem aliquam ex his que secum mortis periculo quesierant indulgerent:nihil prorsus prebebant: sed hoc beneficii loco cesserat:si cõprehensum viuum licuisset euadere. ¶ His aũt post aliquãta adiungit dicens. Iudeis vero cũ egressu vrbis oĩs pariter spes excludebatur salutis:& inualescẽs acer-

Nõ imbecillib⁹ lachrimas superesse.

Nõ mirabilia

Iuuenalis in viij.satyra.

Tortores.

bitas famis:domos simul & familias genteq̃ vastabat:ita vt penetrabilibus strata iacerent mulierum paruulorumq̃ cadauera: per plateas vero infelicium senum corpora fame magis q̃ etate consumpta: iuuenes vero atq̃ omnis etas robustior velut simulachra quedam in viis & egressibus oberrabant: corruẽtes quocũq̃ loci gressum surripuisset inedia. Sepelire autem cadara proximorum:nec defunctorum multitudo:nec virium debilitas permittebat:simul & pro vite sue incerto vnusquisq̃ verebatur. Deniq̃ aliq̃ti supra eos quos sepeliebãt aĩas emisere:multi etiam dum prosequuntur funera priusq̃ ad sepulchrum veniretur efflabant:sed nec planctus ex more defũctis exhibebatur aut luctus:quia hoc totum sibi vendicauerat fames. Sed nec ariditas inedie humorem cuiq̃ reliquerat lacrimarum. Obsederãt ciuitatem profunda silentia:& nox plena mortis cuncta cõtexerat:quibus malis omnibus grauiores soli vigebant predones: qui ne sepulchra quidem diripere:& spoliare cadauera illicitum ducebant:non tam predam petentes q̃ scelus irrisione cumulãtes:& aciem gladiorum suorum in cadauerum obtruncatione probantes. Interdum etiam in nonnullos adhuc spirantes/ mucro examinandus agebatur quod alii semineces cum viderent: supplices dexteras pretendebant vt in se quoq̃ beneficii loco cõuerterent scelus:quo scilicet cruciatibus famis velocius absorberentur:sed nouo crudelitatis genere necem quam sponte inferebant:si rogarentur negabant. Cum tamen vnuquisq̃ deficientium cum gemitu retorqueret oculos ad templum: non de morte propria dolens:sed de impunitate predonum quos superstites relinquebant:& primo quidem sumptu publico sepelire mortuos iusserant fetoris intolerantia:vt vero omnẽ sumptum cepit vincere multitudo morientium:de muro cadauera precipitabant. ¶ At cum tytus circuiens peruidisset repletas mortuorum cadaueribus valles & humani corporis tabo patriã terram rigari:cum ingenti gemitu eleuatis ad celum manibus deum inuocat testem hoc sui causa non prouenire:sed se sustinere ista inuitum. Et post aliquãta iterum iosephus talia quedam prosequitur. Non cunctabor inquit proferre que sẽtio. Arbitror enim q̃ etiam si aduersus impios ciues/romanorum paulisper arma cessassent:aut terre hiatu/aut aque diluuio:aut sodomitanis ignibus aut fulminibus celitus supplicium tortis ciuitas dependisset:que multo infaustiorem illis qui hec perpessi sunt &

Nota mores vilissimorum hominum.

Cadauera precipitabantur de muro.

nequiorem virorum presentem hanc protulisset etatẽ pro quibus omnis gens pariter mereretur extingui. Sed & in vi.libro de eisdem talia scribit. Et eorum inquit qui per totam ciuitatẽ famis inedia corrumpebantur multitudo innumerabilis erat: quorum nec explicari miseria potest. Per singulas nãq; domos sicubi aliquid fuisset cibi repertum: bella continuo et cedes inter caros ipsosq; parentes ac liberos nascebantur: dum non solum e manibus: sed ex ipsis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat. Sed & ipsi cum iam spiritum exalarẽt perscrutabantur a predonibus: ne cui forte intra gremium cibi aliquid resideret. Alii autem per inediam hiantes: velut rabidi canes huc atq; illuc ferebantur: & quasi insania quadam exagitati in easdem domos sub momento temporis iterum ac sepius irruebant. Omnia tamen necessitas vertebat in cibum: etiam illa que nec mutis quidẽ animalibus edere vs⁹ fuit. Ad vltimum ne loris quidem vel cingulis aut ipsis etiam calciamentis abstinuerunt. Porcorum quoq; indumenta detrahentes conficienda dentibus ingerebant. Nonnulli & feni veteris festucas edebant: sed & de quisquiliis collectis paruissimũ pondus dragmis quattuor distrahebant.

## ¶ De maria que vrgente fame cõmedit filium. Capitulum. VI.

Sed quid opus est per hoc pondus illius famis explicare cum gestum sit ibi facinus quod neq; apud grecos/ neq; apud barbaros illius vllus accepit auditus: horrendum quidem dictu: auditu vero incredibile. Equidem libenter tam immane facinus ne quis me crederet monstruosa narrare siluissem: nisi multos memorie nostre viros testes cõmissi sceleris habuissem. Porro vero ne aliquid in hoc prestare patrie me arbitror: si subtraham eorum verba quoruȝ pertulit facta. Mulier quedam ex his que vltra iordanis alueum cõmanebãt: nomine maria eleaȝari filia: de vico bethoron quod interpretatur domus ysopi genere & facultatibus nobilis: cum reliqua multitudine que confluxerat hierosolimis reperta: cõmunem cum omnibus obsidionis casum ferebat. Huius reliquas quidem facultates: quas domo in vrbem conuexerat tyranni inuasere: si quid vero reliquiarum ex magnis opib⁹ fuerat quib⁹ victum quotidianum pertenuem duceret: irruen-

Nota maximum facinus

Satellites predonum.

tes per momenta predonum satellites rapiebant. Pro quibus ingens mulier velut insania iam quasi ex indignatione fatigabatur: ita vt interdum predones maledictis in necem sui & cõuitiis instigaret. Verum cum neq; irritatus quisq̃ neq; miseratus eam opprimeret: & si quid forte cibi fuisset quesitum ab ea: id ab aliis quereretur: nec iam vsq̃ reperiendi copia fieret: famis autem dira visceribus ipsis insisteret ac medullis & ad furorem perurgeret iam inedia: fame et ira pessimis vsa consultoribus: contra ipsa iam armatur iura nature. Erat namq; ei sub vberibus paruulus filius: hunc ante oculos ferens inquit: infelicis matris o infelicior fili/in bello fame & direptione predonum cui te reseruabo? nam & si vita sperari posset: & iugo seruitutis romane vrgemur. Sed nũc etiam ipsam seruitutem preuenit fames. Predones vero vtraq; vi grauiores perurgent. Veni ergo o mi nate. Esto matri cibus/predonibus furor: seculis fabula que sola deerat cladibus iudeorum. Et cum hec dixisset simul iugulat filium. Tunc deinde igni superpositum torret: et medium quippe edendo consumit: medium vero reseruat obtectum. Et ecce confestim predones irruunt ab vste carnis nidore cõcepto: mortem minanẽ/nisi sine mora cibos quos paratos senserãt demonstraret. Tum illa. Partem inquit vobis optimam reseruaui. Et continuo que superfuerãt membra retexit infantis. At illos repente ingens horror inuasit: et crudeles q̃uis animi diriguere: vox faucibus interclusa est. Illa vero truci vultu: & ipsis etiam predonibus truculentior: meus inquit hic filius est: me⁹ est partus: & facin⁹ meum est. Edite nam & ego prior comedi que genui. Nolite effici aut matre religiosiores: aut femina molliores. Q; si vos pietas vincit & execramini cibos meos: ego que iam talib⁹ pasta sum: ego his iterum pascar. Post hec illi territi trementesq; discedunt: qui hunc solum ex omnibus facultatib⁹ suis misere matri reliquerant cibum. Repleta est autem confestim vniuersa ciuitas nepharii sceleris nuncio: & vnusquisq; ãte oculos facinus quod perpetratum fuerat adducens: tanq̃ si ipse hoc perpetrasset horrebat. Omnes autem quos famis necessitas per urgebat: festinabãt magis ad mortem: beatos dicentes eos quibus contigit interiisse: priusq̃ talium malorũ polluerentur auditu. Hec quidem iosephus.

Qualiter mr̃ iugulauit filium et coquit medietatẽ.

Matris verba ad incitãdum p̃dones vt cõmedãt de filio

¶ De numero occisorum: captiuorum/ & peremptorum fame. Capitulum. VII.



Vem vero tanta calamitas inuenerit exitū eodē auctore perpaucis adnectam. Colligens enim supradictus hystoriographus omnem numerum peremptorum: vel fame: vel ferro: vndecies centena milia designauit. Ceteros vero latrones vel siccarios ac predones: post vrbis excidium mutuis interiisse declarauit vulneribus. Electos autem quosq; iuuenum quos decor corporis & proceritas commēdabat: ad triumphum dicit esse reseruatos. Reliquos autem qui supra. xvii. annos agebant etatis: vinctos ad opera egypti: per metalla destinatos: vel per ceteras prouincias esse dispersos Alii quidem vt ad ludos gladiatorios. Alii vt ad bestias traderentur. Si qui vero intra septimum & decimum etatis reperti sunt annum: per diuersas prouincias in seruitutem distrahi iussi sunt: quorum numer⁹ vsq; ad nonaginta milia perduct⁹ est. Hec vero oīa gesta sunt secūdo anno vespasiani imperii iuxta ea que ipse dominus et saluator noster iesus christus predixerat: quippe cum ea que gerenda erant tanq̄ presentia videret. Tūc cum fm euangeliorum fidem videns ciuitatem fleuit super eam: et velut in auribus eius prolocutus est hec verba. Si agnouisses inquit et tu in hac die que ad pacem tibi sunt: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: quia venient in te dies & circumdabunt te inimici tui vallo: & circumdabunt te: & perurgebunt te vndiq;: & ad solū redigent te: & filios tuos in te. ¶ In hunc modum q̄plurima diuine cōmonitionis tonitrua publice induratis auribus resonabant quousq; sanguis iustorum: sed & ipsius iusti singularis & vnici qui ab impiis inique effusus ē: iusto dei iudicio quereretur. Attriti sunt ergo plagis/bellis strati & a patriis sedibus diuine indignationis excisi turbine: vt in vrbe gloriosissima: nec lapis super lapidem remaneret: fuitq; populi indurati & quouis lapide durioris tribulatio tanta quanta non fuit ex quo gentes esse ceperunt vsq; ad diem hanc

Undecies centena milia fame vel ferro perierunt.
Reseruati ad triumphum.
Destinati ad metalla.
Destinati ad bestias.
Destinati in seruitutem.
Gesta hec sūt scdo anno iperij vespasiani.
Luce. xix.
Xpi verba sup͂ra ciuitatē.
Actuū. iij.

¶ De peregrinatione fidelium quos sub ea tempestate seruauit christus apud pellam. Capitulum. VIII.

Ecclesia vero que fuerat hierosolomis cōgregata diuinitus transire iussa est trans iordanē ad oppidū quoddam nomine pellam quo ablatis ex vrbe cultoribus dei celesti fieret vindicte locus que ī vrbem gētemq; sacrilegam fuerat exercenda. Quod & Eusebius cesariensis in ecclesiastica hystoria plenius refert.

Eusebius cesariensis.

¶ Teſtimonium quod perhibet ioſephus chriſto. Capitulum. IX.

ET quidem hec omnia rectiſſime paſſi ſunt qui in filium dei manus ſacrilegas extendere preſumpſerunt cum teſtimoniis ſcripturarum & virtute mirabiliū operum ipſum eſſe chriſtum domini conſtaret. Unde ioſephus. Fuit autē hiiſdem temporibus ieſus ſapiens vir: ſi tamen virum eum appellare fas eſt. Erat enim mirabiliū operum effector doctorq; hominum eorū qui libenter que vera ſūt audiunt: & multos quidem iudeorum: multos etiam ex gētib⁹ ſibi adiunxit. Xpūs hic erat. Hunc accuſatione primorū noſtre gentis virorum cum pylatus in crucem agendum eſſe decreuiſſet: non deſeruerunt eum hii qui ab initio ipſū dilexerant. Apparuit enim eis tertia die iterum viu⁹: ſm quod diuinitus inſpirati prophete: vel hec vel alia de eo innumera miracula futura eſſe predixerant: ſed & in hodiernum diem xpianorū qui ab eo nuncupati ſunt & nomen perſeuerat & genus.

De hoc vide ī paſſionibus. Xpiani ſūt vocati a xpo.

¶ De veſpaſiano qui cecum & claudum curaſſe legitur. Capitulum. X.



VEſpaſianū quoq; iudee vaſtatorem prēmq; tyti hieroſolimorum piiſſimi euerſoris: vt quibuſdam ſcriptoribus placuit miraculorum ſignis ad faciendam vindictā dei digitus excitauit. Ipſm nāq; necdum imperatorē: quidā e plebe luminib⁹ orbat⁹: itēq; alius claud⁹ crure debilis ſedentem pro tribunali pariter adierūt: orantes opem valitudini: eo ꝙ ſibi foret in quiete monſtratum: oculos reſtituendos ſi eos ille inſpiceret: & crus debili roborandum ſi illud dignaret calce contingere. Orantibus amicis inuitus licet vtrūq; tentauit: nec defuit euentus/imperium quoq; eius & interitus vitellii & ottonis qui fedo neroni ſucceſſerant: pluribus celeſtium ſignis prenunciatum eſt & pro parte ſtupendis.

Tit⁹ piiſſim⁹ euerſor hieroſolimorum.

Cecus et claudus qualiter venerunt ad veſpaſianū vt eos ſanaret.

¶ Signa eſſe que contra naturam fiunt. Capitulum. XI.



QVe vero huiuſmodi ſtupore digna in his cōtingunt pleriūq; ſigna eſſe non ambigit quiſquis euangelice ꝑmiſſionis fideliter meminit cum ſcriptum ſit. Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis &c̄. Ea tamen que hic prenunciantur: ſine preiudicio ſententie melioris ea eſſe intelligenda arbitror/que in his contra naturam fiunt quale eſt ꝙ in paſſione domini ſol obſcuratus eſt/velum ſciſſum/petre rupte/monumēta aperta/& ſctōrum corpora qui dormierant ſurrexe-

Luce. xxj.

Que apparuerunt ſigna in paſſione dñi.

rūt. Naturalis eteni ecliphis esse nō potuit que nisi lunar( corpis obiectu ꝯtingit/cū constet pridie lunā quartādecimam extitisse: nisi forte quis de iudaica perfidia incredulitatis sue solacium mutuetur: asserens cum eis venerem tunc in ecliptica linea soli fuisse oppositam: que quidem magna est: et vt astrologi tradūt sola de quinq; sideribus de nocte vmbram de se emittit vt luna. Quod quia nec ratio probat nec auctoritas aut fides approbat repudiatur vt fictile. Si enim adeo luminosum est veneris corpus quomodo tātas parit tenebras? ¶ Dyonisi⁹ ariopagita in epistola ad policarpū scribit se et plures alios philosophātes tūc vidisse lunam soli incidentem: & quidem contra naturam. Omnino enim erat coitus tempus: quod ei postmodum paulo predicante conuersionis dedit occasionem. Scio tamen plures aliter hinc locutos. Sed dyonisium prefero: quia quod vidit scripsit alii proprias sequuntur opiniones. ¶ Sunt autem signa pleriq; non modo naturalia: sed et generalia: sicut illud ꝙ domino moriēte tenebre facte sunt per vniuersam terram ab hora sexta vsq; ad horam nonam. Et quod in eis particulare est: aut minus naturale: capacitatem generis temporis perpetuitate compensat. Mors etenim illa moysi faciem detexit vniuersis: perpetuam duriciam scidit: et resurrectionis primitias ī eternā leticiam introduxit. Illa quoq; que diem iudicii preuenire dicunt: per dies quindecim: si tamen futura sunt: quoniam de canonica scriptura firmitatem non habent: nature legibus minime subiacebūt/ dum tamen naturam hic/vt in locis q̄ pluribus dicam⁹ solitum cursū rerū: aut causas occultas euētuū quarū ratio reddi potest.

Dyonisi⁹ ariopagita.

Que ex scriptura canonica nō firmant nō subiacēt legibus nature.

¶ Nihil contra naturam auctore platone qui naturā dicit dei voluntatem. Capitulum. XII.

SI vero platonem sequimur qui asserit naturā esse dei voluntatem: profecto nihil istorum euenit cōtra naturam: cum ille omnia quecumq; voluit fecerit. Ille quidem dū rerum causas exequitur: finem omnium diuinam astruit bonitatem. Optimus est inquit. Porro ab optimo longe relegata est omnis inuidia. Itaq; consequenter cuncta sui similia prout natura cuiusq; beatitudinis capax esse poterat effici voluit: quā quidem dei voluntatem certissimam rerum originē esse si qs ponat: recte eū putare ꝯsentiā. Et quidē sapiētia dei et bonitas q̄ reb⁹ oib⁹ originē ꝓbet: natura rectissime appellat: cōtra quā vtiq; nihil fit: quia dispositionē dei nihil euacuat: aut causas q̄ in mente illius qui fecit celos in intellectu ab initio cō-

Platonis opinio.

po.xiiij.

Nõ pulchrã deductionem q̃ opera q̃ miracula videnť ex occulta nature dispõne ꝓcedunt.

stiterunt: suo priuat effectu. ❡ Insunt itaq; rebus seminales euentuum cause: & originarie rationes: que preordinato tempore in suos procedunt effect⁹. Ex eo quidem mirabiles: non ꝙ nullas: sed ꝙ occultissimas habeant rationes. Humor siquidem de intimis terre viscerib⁹ ab arborum vel vinearum radicibus appetitiua quadam virtute attrahitur: deinde quadam distributione nature dirigiť per plantarum membra: & cum sua decoctione profecerit turgescit in surculos: & que ad sustentationem sui nõ indiget: in folia & fructus emittit: qui cum maturuerint/in musta despumant: & sic per interualla temporum cõsueto vsu vina parturiunt. ❡ Si vero occulta dei quibusdam nature curriarlis/digestus & maturatus humor absq; temporis interstitio inopinatum vertatur in vinum/miraculum quidem est: quia altitudo diuine dispensationis nostrũ transcendit intellectum. Sed vt ait sapiẽs: cedat inscitie nubilus error/cessant profecto mira videri. Non tamen mirabilium dei fidem vel auctoritatem infringo: sed altitudinem diuitiarum sapientie & scientie sue plena humilitate veneror & ammiror: sciens quia quod stultum est dei/sapientius est hominibus. In multis etenim labi/humana infirmitas est/sicut in nullo aliter sentire q̃ res se habeat/ãgelica vel diuina perfectio.

Boetius in fi. vl. ᵭ. iiij.

j. Corin. j.

❡ Qꝫ deus signis suã premunire dignať creaturã. Capi. XIII.

Cometa.



Oc quoq; diuina miseratio est: ꝙ signorum suorũ inditio ignorantiam nostram quandoq; premunit. Cometa siquidem apparente/creduntur imminere conuitia. An ignoras terris mutãtem regna cometam? Italie quoq; imminente excidio que signa cõtigerint: non nescit quisquis aliquatenus rerum publicarum hystorias attigit: hystoricorum volumina que de rebus memorabilib⁹ scribuntur: plena prodigiis sũt & ostentis. Deniq; sub helya & helyseo multa fidei & virtutis signa precessisse nõ ambigis. Niniuite quoq; signorum indiciis penitentiam egerunt in predicatione ione. Infidelitas namq; signorum argumentis erigitur: & fides tenera eisdẽ roboratur: vnde illud: qđ signũ ostẽdis nobis? Et iudei signa querũt: greci sapientiam.

Comitia dicebanť q̃ fiebãt rome kal. Januarij ad creãdũ magistrat⁹ vbi vniuersi cõueniebãt.

Jone ꝑ totũ.

Joan. ij. ca.

j. Corin. j.

❡ Quid signum: & de somno. Capitulũ. XIIII.

Signũ q̃d est



Ic vero intelliguntur signa quecumq; quouis iudicio diuinam homini innuunt volũtatem. Signum siquidem est quod seipsum sensui: & preter se aliquid animo ostendit. Quedam tamẽ signa sunt que nulli cor

poralium sensuum aliquid ostendunt:sed animo cuiusq; rei specie mediāte:aut citra medii difficultatem verum falsūue frequenter ingerunt. Signa etenim interdum vera: interdum falsa sunt. Quis nescit somniorum varias esse significatiões:quas & vsus approbat:et maiorum cōfirmat auctoritas? In eis vtiq; quoniam somnus est animales virtutes fm sensus qui dicuntur corporis et sunt anime quiescunt:sed naturales intenduntur. Cōtingit interim vt animus corporis exercitio releuatus in seipsum liberius redeat:et veritatem nūc per figuras et enigmata: nunc immediata facie licentius contempletur. Quod et illum nō latuit qui somni depingens portas: alteram eburneam:alteram corneam finxerit: cum & cornu sit peruium visui/ qui non frequenter errat:& ebur nature densioris: & vsq; ad extremam tenuitatem rasum nullo visus acumine penetretur. Hoc quidē dētibus:illud oculis verioribus similius est. Hinc vera somnia: hinc falsa ad celum mittunt insomnia manes.

¶ De speciebus somniorum/& causis/& figuris/& significationibus. Capitulum. XV.

SVnt aūt multe species somnioꝝ:& multiplices cause:& varie figure & significatiões. Aut enim insomnium:aut fantasma:aut somniū/ aut oraculū:aut visio est. Porro insomnia ex ebrietate vel crapula:aut variis passionibus corporis/ affectuumq; tumultib⁹ & reliquiis cogitationū frequentissime oriuntur. Vnde & male sanis amātium mentibus insomnia numq̄ desunt: quod prudenter innuit maro. Anna soror que me suspensam:insomnia terrent. Multa viri virtus animo multosq; recursat: gentis honos/herent infixi in pectore vult⁹. Verbaq; nec placidam/ membris dat cura quietem. Hanc quoq; dolentium:aut gaudentium: aut quos timoris vexat angustia:aut imoderate cupidinis ardor accendit non pretereūt passionem. ¶ Fantasma est cum rerum ignote videntur species : qualitate vel quantitate : aut partium modo vel numero a natura discrepantes:vt si forte nec pes/nec caput viri reddatur forme dum tetrum desinit in piscem : mulier formosa superne. Has quidem species ex infirmitate mētis & corporis tradunt phisici prouenire: earumq; causas magis attēdūt q̄ ex eis aliquas significationes. In quo genere & ephialtē/ quo quis variis, pressuris quodam quasi interuigilio sed somno potius inquieto/ opinans se vigilare cum dormiat putatur ab aliquo interim pregrauari connumerandum arbitrantur. Que q;

Insomnia vñ prouenīunt.

Uirgil. in quarto. ci. q̄rti lib.

Fantasma quid est.

Fantasma vñ procedat.

dem omnia medicorum potius indigent cura q̄ ventilatiōe nostra: presertim cum nihil in eis verum appareat nisi ꝙ verissime sunt & molestissime passiones. ¶ Somnium vero cuius appellatio communis est: licet in specie ꝓpria cēseatur: per quedam inuolucra rerum gerit ymagines / in quibus coniectarū p̄cipue disciplina versatur: & nunc suum cuiusq; est: nunc alienū / modo commune: interdum publicum aut generale est. In his vero omnibus qualitas personarum rerum & temporum diligentissime obseruatur: vt enim ait nestor. De statu publico regis credatur somnio aut eius qui magistratum gerit: vel re quidem: vel rei vicina predestinatiōe: Aut si publice fortune signū ostensū est multis: vt in eo ꝙ pluribus ratiōis ciuibus fm quosdam sibilla interprete de misterio incarnationis reuelatū scribitur. Hec quidem non modo incarnationis: sed passionis / ascēsionis post resurrectionem / aduentus quoq; secundi interpres / docente & dictante spiritu patefecit archana: sicut in versibus sibillinis manifeste reperies. Quorum istud (sicut in plerisq; patrum scripturis inuenitur) initium est. Iudicii signum tellus sudore madescet. Si vero apices capitales singulorum versuum ex ordine coniūgantur ad confundendam perfidiā iudeorū hoc inuenietur expressum. Iesus xp̄s: teio: sother nisi qđ in lingua latina grecarum litterarum proprietas ad plenum non potuit obseruari. Ipsos vero versus vt opinor apud beatū augustinum in libro de ciuitate dei inuenies. ¶ Est ergo mistice visionis eius caput / & summa intentio / iesum qui prefigurabatur indubitanter esse filium dei viui: hominem verum / iudicem omnium / regem eternum remuneratorem sperantium in se / auctorem vite / eterne beatitudinis ex gratia largitorem. Re quidem vel rei vicina predestinatione ideo dictum est: quia magistratus nunc presens intelligitur nunc futurus. ¶ Excidium quippe numancie iuniori innotuit affricano: dū adhuc esset pene miles. ¶ Dū autumnus adultus aut preruptus est / somnia frequentius euanescunt. Arborum namq; / labentibus foliis insomniorum vanitas dn̄atur: quod & virgilius in libro in quo toti⁹ philosophie rimatur archana sensisse visus est: dum labentia folia apud inferos variis somniis onerauit. ¶ Locorum quoq; diuersitas / varias figuras quietis admittit: vt alia aliis / nunc horum: nunc illorum somniorum vberiora sint. Locus namq; desertus aut palustris: eminentiori aut celebriori fantasticarum ymaginum / se

De somnio.

Nestor.

Q̄ ꝑ sibillā pluribus ciuibus romanis de mysterio incarnationis reuelatum est.

Versus.

Jesus christ⁹.

Augustinus.

Loc⁹ magnis fantasticis.

cidior est. Res quoq; interdũ manifestius: interdum obscurius aperitur: et nunc seipsam animo ingerit: nunc intimãte alio declaratur. Cum vero luce immediata seipsam infundit/ visio est/ ex eo ꝙ plena & vera species sui/ oculis videatur esse subiecta: quale est/ ꝙ cassandra omnino non visum a quo alexander haustoveneno perimendus erat agnouit: quia eũ quies ei representauerat. Porro visionum alia manifestior est/ vt que clara rei occurrit imagine. Alia profundiorem desiderat intellectũ: vt cũ rem admixta species figurarum obnubilat: sicut est ꝙ gaio cesare transito rubicone bellũ patrie inferente/ ad designãdũ terrorem ciuiũ/ qui erant per cõciuis iniuriã opprimẽdi. Ingens visa duci patrie trepidãtis imago duci suo denũciãs: ne conciues armis ciuilib⁹ ĩpugnaret. Publici nãq; imago ĩperii: publici met⁹ & cesario nõie prostrate vrbis erat indicio. Qꝫ si ĩperii nullam in veritate q̃ sic appareret/ credit quis fuisse imaginẽ/ hystoriarũ fide cerciorabitur. Cum enim maiestatem vrbis principes visibili specie censuerint honorandam exquisito artificio muliebrẽ formam/ que orbem dextra contineret/ in eris materia fieri studuerunt. Ea vero perfecta in forma egregia venusta quãtitate: partium apta dispositione membris quoq; condecentibus: & sibi inuicem congruentibus vniuersis: cum non tam populi examinationem q̃ ammirationẽ plena sui commendatione deposceret: quidam solas tibias tante moli perferende inhabiles esse causati sunt. Quibus faber respondit eas vsq;quaq; sufficere/ donec virgo pareret/ omnino credens impossibilem virginis partum. Quod & christo nato impletum est: ea corruẽte & fracta: quia humanum contrahitur vbi diuinum imperium dilatatur. ℭ Cum vero res per quietem alio nunciante clarescit: si tamen enunciãtis honesta cuiq; persona sit & venerabilis in oraculorũ speciem cadit. Est enim oraculum (vt ait quidã) diuina voluntas ore hominis enunciata. Hominis vero appellatiõe cẽsetur: quicquid in specie videt hois: homo/ angel⁹ sit an deus: an quevis alia creatura: ꝑsona aũt cuiusq; honesta ẽ & venerabilis: aut natura vt parẽtis: aut conditione vt dñi: aut moribus vt religiosi: aut fortuna vt magistrat⁹: aut religiõe vt dei angeli/ hois vel sacris et cerimoniis diuinis consecrati. Ex quo apparet & si non simpliciter / tamen scdm quid / personas arte coniectoria / non modo honestas: sed et detestabiles venerabilium nomine claudi. ℭ Sicut enim catholice religionis viri/ vero deo/ eisq; que

Nõ de statua romane maiestatis in forma muliebri erea facta; cui⁹ tibie dicebant inabiles/ q̃ corruit tpe natiuitatis xpi: qꝫ faber ei⁹ auctor dixerat eã sufficere quousq; virgo pareret.

Oraculũ qd ẽ Hois appellatione qd contineatur.

Quid est ser= uire demõib⁹.

munere eius sacra sunt/ piam veneratione impendunt:ita heretice & superstitiose religionis homines/fictis numinib⁹ imo potius veris demonibus & execrabilibus sacris eorum/nõ debitam reuerentiam que nulla est:sed turpissimum exhibent famulatum. Quod latius ex gẽtilium libris colligitur. ¶ Eneas

Virgil. in.iij. et.iiij.eneid.

oraculorum iudicio promissam & quesitam inuenit ytaliam: & in ea non tam numinum q̃ demonum nutu sedem statuit:& semen tem romani generis in orto qui eis cõplacuerat seminauit. Quid enim aliud agit in somnis pater anchises:quid iupiter: quid apollo:quid alii/quos longum est enarrare? Vnde si de se

Romanorum perfidie.

mine illo genus oritur toxicatum:impium in deum/crudele in homines:persecutioni sanctorum inuigilans:fide cara/ solemni perfidia:seruile moribus:fastu regale:fedum auaritia/cupiditatib⁹ insigne:superbia tumidum/omnimoda nequitia non ferendum/miraculis non debet ascribi cum autor eorum homicida fuerit ab initio:& a veritate deficiens/ inuidie spiculo/ orbi terrarum infixerit mortem. Qui ergo ex eo patre sunt;& si ei⁹ nequeant implere mensuram:solent tamen illius imitari maliciam:licet in orto illo/nonnullas plantas/que virtutis fructum/ irrigatione apostolica faciunt; manu domini constat esse inser=

Contra romanos.

tas. Sed si quis ab initio vrbis condite/totam reuoluat hystoriã eos ambitione & auaritia pre ceteris gẽtib⁹ inueniet laborasse: & variis seditionibus & plagis:totum concussisse orbem. Ipsi quoq; tirannidis & seditionum suarum tam crebra damna senserunt vt vix quisq̃ principũ eorum/ad exitum vite/natura ducente/peruenerit. Vnde & illud satyricum illis apertissime facit. Ad generum cereris sine cede aut sãguine pauci:descendũt

Iuuenalis in x.satyra.

reges & sicca morte tyranni. ¶ In scripturis quoq; canonicis inueniunt plurima oracula vt cũ ioseph in somnis ab angelo sepi⁹

Actuũ.xj.

erudit magis iterdicit ne redeant ad herodẽ:docetur petrus in reptilium lintheamine/plenitudinẽ gentiũ colligendam. Et cũ

Constãtinus.

visitato ab apostolis constantino:crucis erectũ est in imperii arce vexillum/ & pace ecclesiis restituta/ maiestas orbis/publica

Vide.l.scrinearios.C.de testa.mili.

voce scriniariorum aduocatorum:& iudicum/omnem victoriã regnum & imperiũ christi/esse personuit. ¶ Verum quia due prime species omnino vane sunt:& in postremis/quasi visibili specie/veritas mẽti occurrit/mediam que corpori veritatis quasi velum figurarum oppandit diligentius exequimur.

¶ Generalia quedam de significationibus tam somniorum q̃ aliorum figuralium. Capitulum. XVI.

EST itaq; tã ad iterpretationẽ somniorũ q̃ ad reuelationẽ enigmatũ et figurarum/solerter attendenda rerũ significatio:que tanto multiplicior est q̃ vocum/quãto ab operib⁹ nature/opera vincuntur artificis imitãtis naturam. Si quis enĩ sermo tres aut quattuor habet significationes/ statĩ polixenus est:id est multarũ significationũ. Omnis enim res quot habet aliarum similitudines:tot gerit earundem significatiões ita tamen vt maior nunq̃ minoris sit signum Signa siquidẽ semper minora sunt. Inde est ꝙ hominẽ substantia queuis significat:vtpote cũ hominib⁹ aliquid cõmune habẽtem:quod et in figura reptilium petri:et ĩ locis pluribus scripturarum manifestum est. ¶ Porro quo similitudo expressior est/eo magis cognata/et familiarior est significatio. Similitudo vero aut substãtialis est:vt q̃ ex gñe aut ex specie:aut accidẽtalis: vt ex quãtitate:aut ex qualitate/aut variis accidẽtium formis/aut imitationis est:vt cũ qs alii quouis motu operis cõformat. Et hocquidẽ modo potest creatura creatori esse cõsimilis:cũ tñ nullo substantiali vel accidẽtali participẽt. Cause quoq;/suus cõformatur effectus:et reciproce causa si tamen minor est/effectui suo dicitur esse consimilis. Ceterum similium rerum sicut idem iudicium:ita et eadẽ nota est. Et quia signa frequenter eadẽ in eo:vel maxime ars coniectoris apparet:si sub idẽtitate signoꝝ diuersitatem rerum/ cauta discretione distinguit. Hec quidem generalia sunt. Que vero sunt specialia singulorum: latius patent. Non tamen pretereundum est signorum vim pro qualitate personarum/seueriorem aut mitiorem esse. Pecunie siquidẽ contrectatio/ aliis letum/tristem aliis euentum denunciat. Sic ex non apparentibus causis/inopina veneris presentia/ amaritudinem fortune frequentius ingerit. Vnde illud ysiphiles archeniorum lugentis extinctum:nunq̃ impune per vmbras/attonite mihi visa ven⁹. Si enĩ ex reliquiis cogitationũ aut cereris bachi ve stimulis incitata ven⁹ occurrat/insomniorum vanitati recti⁹ applicabitur. Que omnia coniectorum disciplina/quasi vana contemnit/ iuxta illud viri sapiẽtis. Somnia ne cures/nam mens humana quod optat:dum vigilat sperat/ per somnum cernit idipsum. Interdum tamen et per anthitesim/ rerũ sequenda sunt vestigia veritatis/ sicut cum magno põpeio ruina immineret/cõtraria visis vaticinata quies:leticiamq; vrbis/populi tripudiãtis preconia/plausumq; theatri sui quasi re toti⁹ imperii bene gesta/fortuna/perituri ducis ocul' ingerebat. Res

Petrus.

Qualiter creatura põt esse siĺis creatori.

Signa gñalia

Signa specialia.

Qualitas personarum quid operaẗ in vim signorum.

quoq; que turpis et obscena est in superficie honestissime verita

De somnio G. cesaris in quo visus est sibi matrē īcestare

tis quandoq; substantiam gerit. G. cesar in minori etate in som- nis sibi visus est matris incestare cubicula / & turpitudine sopo- ris attonitus: cum rem ad mathematicos retulisset vniuersam terram ditioni eius subiitiendam respõderūt. Sic itaq; magna- nimi viri spes ad occupandum imperium erecta est. ¶ Deniq; ad speciem facti / quis vria iustior: quis dauid nequior aut crude lior: quem decor bersabee ad proditionem homicidium et adul terium inuitauit? Que quidem omnia contrarium faciunt in- tellectum cum vrias dyabolus: dauid christus: bersabee pecca- torum labe deformis ecclesia figuretur. Frequens tamen & qua si regulare ius est vt a similib⁹ ad similia recurrat interpretatio: verum hanc visionum quas quies inducit diuisionem / per oppo sita non fieri / certum est: cum eadem pro parte sit visio / aliunde oraculum: & propter rerum figuras possit somniis aggregari: & vniuersas eorum species quandoq; contingat: quod & studio sis scripturarum planum est. Visio africani apocalipsis aposto li: danielis & et ezechielis oracula / somnia pharaonis et ioseph: eorum que dicta sũt faciunt fidem. Personis quoq; quibusdam veritas frequentius illucescit: vtpote compositum habētib⁹ ani mum: al'as frequentior error inuoluit. ¶ Augustus cesar cum aduersus anthonium dimicaturus esset: egritudine graui labo- rans in quiete mandatum accepit vt ad victoriam cõsequēdam sequenti die prelio interesset. Paruit itaq; lectica deuectus in p̄- liũ & vicit. ¶ Socrates sibi ex ara veneris que achademie erat vidit offerre cignum / collum inferentem celo: rostro tangētem sydera: regionem que aplane dicitur penetrantem: & transcen dentem aspectus omnium: & tanta vocis sonoritate & leticia canentem: vt totum mulceret orbem. Sequenti die aristides ab achademia paruulum filium platonem socrati obtulit: litteris & moribus imbuendum. Quo viso mentis viribus ex corporis dispositione conceptis. Hic est inquit cignus quem nostro apol lini venus achademica consecrauit. Plato litterarum quas per sequebatur causa proficiscens in egyptum: se a piratis capi inter eundum & venundari vidit. Quod & dum iret contigit.

Ecclesia defor mis quare fi- guretur.

August⁹ cesar

Aplane regio est.

Platonis cõ- mendatio per socratem.

¶ Coniectoriam non esse sequendā.

Capitulum. XVII.



SEd dum has cõiectorum traditiones exequimur: ve- reor ne merito nõ tam coniectoriam exequi: que aut nulla: aut inanis ars est: q̄ dormitare videamur. Quis

quis enim somniorum sequitur vanitatem parum in lege dei vi gilans est:et dum fidei facit dispendiū:perniciosissime dormit. veritas siquidem ab eo longe facta est:nec eam facili⁹ potest ap prehendere q̄ vrionem expungere: vl' puncto curare carcineam que caligātib⁹ oculis in meridie palpat. Et licet hec somnolētia perfidie/sit stimulis fidei excitanda: & maleficii potius q̄ artifi- cii impugnāda illusio: diuine tamen gratie dispositionis sue nō obstruimus vias:non precludim⁹ semitas:qm̄ spiritus vbi vult spirat:& pro arbitrio suo subiectis mentibus infundit veritatē.

Somniorum vanitas nō est sequenda.

℄ Verum quisquis credulitatem suam significationibus alli- gat somniorum:planum est/quia tam a sinceritate fidei/q̄ a tra mite rationis exorbitat. Plane si sermo proferatur ambiguus: & cuius multe sint significationes : nōne merito parum doctus videbitur quisquis ex eo citra discussionē (vt predictū est) mul- tiplex est/et sensuum sibi aliquid pertinatius suadebit? ℄ Pro- fecto rerum omnium varia significatio. Multiplicium vero di- stinctio diligens habenda est/ne forte dum vnam diligenti⁹ se- queris:in alia deteri⁹ ꝓlabaris. Vnde patet coniectoriū qui no- mine danielis inscribitur/auctoritatis et veritatis robore desti- tutum:cum res singulas singulis significationibus arcet: de qui b⁹ non videtur latius exequendum/ cum tota huiusmodi sit in- epta traditio/& vagus coniectorum liber per curiosorum man⁹ impudenter discurrat. ℄ Habuit sane daniel gratiam interpre tandi visiones & somnia:quam ei dominus inspirabat:sed absit vt vanitatem hanc in artem redegerit vir sanctus:qui lege moy si prohibitum esse nouerat:ne fidelium quis somnia sequeretur sciēs vtiq; satellitem sathane ad subuersionem hominum in an gelum lucis transfigurari:& immissiones fieri per angelos ma- los. Ioseph quoq; coniectandi gratia egypti principatum obti- nuit:& quem fratres quasi de inuidia somniorum vēditum his- maelitis obnoxium fecerant seruituti : digitus domini non mi- nus iocūdo q̄ salubri mysterio/ reuelata facie futurorum/que se regi quiescenti ingesserant quasi quodam somniorum vehiculo de squalore carceris in regni fastigiū sublimauit: vt nō modo li ber de seruo:sed nobilium & procerum primus vno tantum re- gni scilicet solio precederetur a rege. Quod vtiq; si de humane sapiētie artificio ꝯtingere potuisset:aliquē decessorum suoꝝ an te eū meruisse crediderim : vel scientiā promerendi virū sanctū & pietatis affectu plenū:si nō humano generi in cōmune quod tamen equitatis esset:fratribus & filiis facile putauerim reli-

Danielis.i.

Leuitici.xix. Deutero.xiii. Dyabol⁹ trās- figurat᷑ in an- gelū lucis ad hoīm subuer- sionem.

Genesis.xli.

quisse. ❡ Ad hec moyses eruditus in omni sapientia egyptiorꝶ hanc artem aut nesciuit aut spreuit: cum eam impietatis errorē detestat⁹: a populo dei exterminare curauerit. ❡ Preterea sanctus daniel disciplinam & sapientiam didicit caldeorum: quod vtiq; sanctus vir non fecisset: si gentilium disciplinis instrui: credidisset peccatis asscribendum: habuitq; eruditionis participes quos legis et iustitie dei se gaudebat habere consortes: simul et enim discebāt ananyas/azarias/misael/ quicquid poterat docere chaldeus: simul a mensa & a regalibus epulis abstinebant: qđ inspirabat deus. Acceptis leguminibus pariter reficiebanť: eisdem contenti erant: milicie sue stipendiis regi vna famulabantur. Sed ecce priuilegium quod homo conferre non potuit sigillatim datum est danieli: vt in lucē proderet enigmata somniorꝶ & domino dictante vmbras discuteret figurarum. Vt ergo familiaritas diuine gratie euidentius illucescat: quid rex in strato cubans precogitaret agnouit: & meditationi visa coniectans mysterium salutis quod vmbra obnubilabat & in fine seculorū completum est/aut complēdum prudenter exposuit. Siccine solent cōiectores etiam cogitationes excutere & vmbras exinanire/explicare inuolucra: & illustrare tenebras figurarū? Si quis est qui pari gratie priuilegio gaudeat: accedat ad danielem: & ioseph et similiter eis domino gratuletur. Quem vero veritatꝭ spiritus nō illustrat: de arte somnolenta frustra confidit: cum ars omnis habeat a natura originem ab vsu & ratione processum. Ratio vero in his tantum defectū patitur: vt quo se vertat quid iudicet plerumq; omnino non habeat: quod quidem cum frequenter eueniat: facillime ex paucis colligitur. Solicitus quidā nomen eteni a memoria excidit: & si narrationis auctorem magnum teneam augustinum. In re dubia sensum alterius cui rē nouerat esse notam: magna instantia sibi postulabat exponi. Cum vero alter petentis desideriū promissionibus protraxisset et vnius instantia deluderetur calliditate alterius: accidit vt eadem nocte pariter somniarent: alter ꝙ rem quesitam petenti exponeret: alter ꝙ ei a doctore diligētissime exponeretur. Factūq; est vt cū vmbra quietis euanesceret: se miraretur ille ad sciētiā quam diu quesierat sine doctoris beneficio: nulloq; sui exercitio peruenisse. Deinde cū more solito apud doctorē ageret: vt sibi promissum solueretur: iam inquit doctor factū est qđ petisti/cū ea nocte te vt docerem accesserim. Quis huius facti explicet rationem: nisi ꝙ boni spiritus/vel maligni exigentibus homi-

Deutero. xiiij.
Sanctus daniel didicit sapiētiā & doctrinā caldeorū.

Nō ꝙ danieli datū est sōnia explanare: qđ aliis datū nō ē.

Danielis. iij.

Daniel & ioseph sunt somniatorū explanatores.

Augustin⁹ in lib. xviij. de ciuitate dei. ca. xvij.


num meritis eos erudiunt: vel illudūt? Nouit enim hieronimo referēte catholica mater ecclesia: quomō ad tribunal iudicis dei raptus eo ꝙ libris gentilium vehementius inhereret: ibidem coactus est confiteri se vltra gentilium libros non modo non lecturum: sed nec etiam habiturum. Ante siquidem professionē interrogat⁹/cum se diceret christianum: ei a iudice probrose obiectum est: ꝙ nō suus erat: sed ciceronianus: hoc tamen non audacter affirmauerim somnii censendum nomine/ cum idem veracissimus & prudentissimus doctor vmbram somnii non fuisse/ sed rem secum veraciter agi domino visitāte etiam iurisiurādi religione confirmet: et vt plenam assertionis sue faciat fidē: liuorem verberum in cute/ vulnerum cicatrices expergefactus ondit in corpore. Sed cū hec a spiritibus circa homines fiant/ eā solam rerum imaginem fidelis anima non aspernatur: que īnocētiam relinquit incolumē. Qꝫ si materiā vitiis afferat libidinē forte accendens aut auariciam /aut dominandi ingerens appetitum: aut quicquid huiusmodi est: ad subuersionem anime ꝓculdubio aut caro aut spiritus malignus immittit. Qui in quosdam exigentibus culpis domino permittente tanta malicie sue licentia debachatur: vt quod in spiritu patiuntur: miserrime & mendacissime credant in corporibus euenire. Quale est ꝙ nocticulam quandam: vel herodiadem: vel presidem noctis dominam/ consilia et conuentus de nocte asserunt conuocare/ varia celebrari conuiuia/ ministeriorum species diuersis occupationibus exerceri/& nunc istos trahi ad penam pro meritis: nunc illos ad gloriam sublimari. Preterea infantes exponi lamiis: & nunc frustratim descerptos/ edaci ingluuie/ in ventrem traiectos congeri/ nunc presidentis miseratione reiectos in cunas reponi. Quis vel cecus hoc ludificantium demonum non videat esse nequiciam? Quod vel ex eo patet ꝙ mulierculis et viris simplicioribus et infirmioribus in fide ista proueniunt. Si vero quisꝗ eorum qui hac illusione laborat: ab aliquo constanter & ex signis aliquib⁹ arguatur/ demonium statim aut superaꝰ aut cedit: & vt dicitur ex quo quis in luce arguitur cessant opera tenebrarum. Huius autem pestis cura efficacissima est vt fidē qs amplexus his mendaciis subtrahat mētis auditum: & nequaꝗ respiciat ad huiusmodi vanitates & insanias falsas.

De hieronimo verberato. quia libros legebat gētiliū.



Illusiões magis eueniunt mulierculis ꝙ aliis.

¶ De fundamento mathematice: et exercitio sensuū & viribus anime: et profectu ratiōis: et efficatia liberalium disciplinarum. Capitulum. XVIII.



Ossit vtinam tam facile mathematicorum error a p̄stantioribus animis amoueri q̄ leuiter in conspectu fidei vere & sane conscientie istarum illusionum demonia conquiescunt: veruntamen eo periculosius errāt quo in soliditate nature & vigore rationis suum fundare videntur errorem. Temerarium siquidem videt vniuersis in legem nature preuaricari/& stultum dissentire gratis ab eo quod ratio persuasit. A vereis ergo sumunt initium: vt per vera diuti⁹ gradiētes se & sequipedas suos precipitent in laqueum & foueam falsitatis. ℂ Mathesim ergo probabilem que penultima breui enunciatur: quam et natura inducit ratio probat: & vtilitatis experientia approbat quasi quoddam doctrine sue iaciunt fundamentum: vt exinde opinionum suarum lubrico quasi quadam imagine rationis in mathesim reprobam que profert extensa penultima perniciosissime prolabantur. Primo namq̧ res quas natura creauit discutiūt: easq̧ multiplr̄ inuestigant: nunc quomō ex partib⁹ suis: nunc quomodo ex materia et forma constent inquirentes. Quod vt facilius possint sensuum vires pensant & intellectus efficaciam metiuntur: & quia sensuum ebetudo/ rerum corporearum naturam non transgreditur paulatim aliorum beneficio ad subtiliora consurgūt. Visus enim in solo corpore/ eoq̧ presenti colores tantum quantitates examinat et figuras. Solus sonus contingit auditum. Gustus de saporib⁹ iudicat. Olfaciendi vis in odoribus tota versatur. Quid durum quid molle sit: quid lene: qd asperū: quid ponderosum: quid leue: quid calidum: aut frigidum: quid humidum sit: aut siccum: tactus discernit. Est interdum figure explorator & quantitatis & ponderis conscius: dolorem quoq̧ percipit & voluptatem: isq̧ p̄ om̄es fere sensati corporis partes diffunditur: adeoq̧ coherens anime est/vt eo discedente videatur & tota corporis vita discedere. ℂ Si vero corporum absentium prefatas proprietates inquiris/eas tibi tracta similitudine ab his quas sensus agnouit: poterit imaginatio presentare: que tāto erit fidelior quanto expressior fuerit similitudo. Vnde & titirus apud maronē nō assecute similitudinis vitio lapsam sibi queritur imaginationem Vrbem quam dicūt romam melibee putaui. Stultus ego huic nostre similem/ qua sepe solemus Pastores ouium teneros depellere fetus. Verum hec inter alias tātum caput extulit vrbes Quātū lenta solent inter viburna cupressi. Sin autē familiari⁹ expresserit rei similitudinē: fidelis & vera est imaginatio: quali

Homo qn̄ putat se fundare rōnib⁹ naturalibus et se fundat erroribus periculosum ē

De visu.

De auditu.
De gustu.
De olfactu.

De tactu.

Sensus tact⁹ qn̄ discedit ibi mors est.

Titir⁹. Maro

Virgil. in prima egloga.

vtitur andromache apđ virgilum. O mihi sola mei super astia nactis imago. Sic oculos: sic ille manus: sic ora ferebat. Et nunc equali tecũ pubesceret euo. ¶ Verũ si ad incorporea diuertẽdũ est ratione opus est & intellectu: cũ absq; intelligentia hec non valeant comprehendi: & verum non possit esse de his sine ratione iudicium. Intellectus itaq; aliis deficientibus exerit vires suas: & quasi in arce anime constitutus omnia inferiora complectitur: cum ab inferioribus superiora nequeant comprehendi: & nunc quidem res vt sunt: nunc aliter intuetur: nunc simpliciter nunc composite: nunc disiuncta coniungit: nunc coniũcta distrahit & disiungit. Simpliciter vero incedit intellectus: dum rem quamlibet contemplatur: puta hominem equũve concipiens. ¶ Cum vero res plurimas gradatim complectitur compositioni obnoxius est: puta hic intellectum hominem album equũve currere: mente complectens. Disiuncta coniungit: si humano capiti ceruicem iungat equinam: varias inducens vndiq; plumas vt iuxta poetam turpiter atrum desinat ĩ piscem mulier formosa superne. Hunc vero ad auditores suos verbo traiiciunt poete cum hyrco ceruum/centaurum describunt/et chimeram. Coniuncta vero disiũgit: vt si formam teneat absq; materia: cum tamen sine ea forma omnino esse non possit: nisi forma essendi & ei adherentes forme formarum: ex quibus ille fluxerunt que in materia sunt: et corpus efficiunt. Porro cum res aliter q̃ sint cõponendo inspicit eo ꝙ cassus est/ et a rerum veritate deficiẽs ad opinionis errorem vergit: & se esse asserit vel non esse pleno nomine opinio est. Sed licet aliter q̃ sint dum tamen simpliciter coniuncta disiungat: non inanis erit conceptio que totius inuestigationis sapientie expeditissimam parit viam. Hic est enim totius philosophie instrumentum quod et mentem mira subtilitate exacuit & res singulas a seinuicẽ nature sue ꝓprietate distĩguit. ¶ Si abstrahẽtẽ tuleris intellectũ/ liberaliũ artiũ officina peribit: cũ citra ipĩ⁹ opã: nulla earꝫ rite haberi valeat aut doceri Hic ita sicut formã sine materia: sic & materiã aggreditur sine forma: & qđ ꝓprie ꝟtutis potẽtia tenere nõ sufficit: suo quodam defectu intẽdũ ꝯprehẽdit: vt si videanť tenebre nõ vidẽdo: & nõ audiẽdo silentiũ audiať. Ecce nõ est hõ qui nõ sit alb⁹ aut niger: aut medii coloris ꝑticeps: nec põt esse homo q̃ nõ statim possit esse aliqs homo: cũ idẽ sit alicui esse & vnũ numero esse. verũtñ sic hoĩem intellectus attingit: vt ad neminem hoĩm aspectus illi⁹ descendat: generaliter intuens ꝙ nõ nisi singulariter esse põt.

Andromacha

Horatius.

Sicut enim dicendi & significandi: sic et intelligendi diuersitas/ subsistendi modos sui numerositate transcendit: & homo qui nō potest nisi singulariter esse/ vniuersali clauditur mētis cōceptione. Diffinit ergo ratio quod concipit intellectus animal rationale mortale quod in solos subditos cadere nemini recte sapientiū ambiguum est. Dum itaq; rerum similitudines & dissimilitudines colligit: dum differentium conuenientias & conuenientiū differentias altius perscrutatur: dum quid singula cum plurib⁹ quid cum pautioribus commune habeant diligentius inuestigat: que ve reb⁹ singulis adesse necesse sit: que abesse nō possint perspicacius contemplatur: multos apud se rerum inuenit stat⁹ alios quidem vniuersales/ alios singulares. Quos pro arbitrio suo diffiniēs & multifariā diuidēs ad ipsi⁹ archana nature mentis trāsmittit aspectū vt nihil naturaliū pene abscōditum sit ab oculis ei⁹. Et primo substantiā qui oibus subest acutius intuet: in qua manus nature ꝓbat artificis: dū eam variis ꝓprietatib⁹ & formis q̄si suis quibusdam vestibus induit: & suis sensuū perceptibilibus informat: quo possit aptius humano ingenio comprehendi. Quod igitur sensus percipit formisq; subiectum est singularis: & prima substantia est. Id vero sine quo illa nec esse nec intelligi potest ei substantiale est: & plerumq; secunda substantia nominatur. Hic autem quod adest quidem substantie/ & ea manente abesse potest/ accidentibus agregatur: singulare quidem si vnius tantum sit: vniuersale si licet non natura/ conformitate tamen sit commune multorum quod forte facilius in intellectu q̄ in natura rerum poterit inueniri: in quo genera & species differentias propria & accidentia qui vniuersaliter dicuntur planum est inuenire: cum in actu rerum substantiā vniuersalium querere exiguus fructus sit: & labor infinitus. In mēte vero vtiliter & facillime reperiuntur. Si enim rerum solo numero differentiū substantialem similitudinem quis mente pertractet: speciem tenet. Si vero etiam specie differentium conuenientia mēti occurrat: generis latitudo mēte diffūditur. Deniq; dum rerum quas natura substantialiter vel accidentaliter assimilauit cōformitatem ꝑcipit intellectus in vniuersalium cōprehensione mouetur. Cum vero similiū differentias agitat: quāto expressius tanto ad opera nature que singularia sunt familiarius accedit. Si substantiam suis vestitam proprietatibus inspicit: a nature conditione non diuertit. Si autem detracta specie eam quasi formarum exuit vestimento: acumen quidem suum

Nō quod dicit socrates. Grauior est labor vbi null⁹ est effectus. & hoc in lib. de vita & mo. phi. in. c. de socrate

exercet et rerum naturam quid scilicet in se/ quid in aliis sint liberius & fidelius contemplatur dum rerum substantiam/quantitatem/ad aliquid/qualitatem/situm esse/vbi/quādo: habere: facere:pati:singillatim discutit:& discernit. Que & si singillatim esse non possint:singillatim tamen esse inuestigari queunt/ & ad totius philosophie cōpendium vtilissima est hec speculatio/in qua magnitudinis & multitudinis que duo totum orbez complectūtur & ambiunt natura discutitur. Nūquid abstrahēs intellectus dum hec agit ociosus est aut inutilis per quem animus honestarum artium gradibus ad thronum consūmate philosophie conscendit? Multitudinem ergo que potentia sui in infinitum crescit:sicut econtra magnitudo decrescit in infinitū bimembri diuisione partitur dum eam nūc simpliciter & per se nunc ad aliud relatam contuetur:alteram demandans arismetice:alteram musice pleno iure reseruās. Magnitudinem quoqꝫ secat in duas species:alteram immobilē subiitiens geometris alteram scilicet mobilem his qui astrorum et celestium scientiam profitentur. ¶ In his vero quattuor speciebus mathesis: id est doctrinalis tota consistit:& quasi quattuor philosophie limitibus mundane sapientie perfectionem assequitur. Primus itaqꝫ gradus est ab arismetica numerorum virtutem mutuare. Secundus proportionū gratiam a musica trahere. Tertius optinere scientiam a geometria mēsurarum. Quartus idemqꝫ nouissimus veram positionem sydenum assequitur:& vim celestium perscrutatur. Eorum vero qui scientiam profitentur astrorū alii opinionis errore prolabuntur ad fabulas/in quo deprehenditur & iginus. Alii sola imaginationis virtute contenti sunt/ quid verum sit doctiorum iudicio reseruantes:satis agentes sibi dummodo veri similitudinem teneant:vtrosqꝫ alterutra astrologia eruditionis sue recipit professores. Sunt alii qui in professione astrorū veritati quidem inuigilant:eo solo cōtenti:si positionē veram motumqꝫ sydenum/rationēqꝫ signorum celestium veraciter assequuntur.

Philosophia.

Arismetica.
Musica.
Geometria.
Astrologia.
Mathesis.

De docētibus astrologiam.

¶ De differentia mathematice doctrinalis & mathesis reprobate:& traditione mathematicorum/& erroribus eorum.

Capitulum.XIX.


Erum quia probabile est celestium aliquam esse virtutem:cum & in terra nō credatur aliquid gigni:qd a manu opificis dei/bonum aliquē non sortiatur effectū:qui curiosiores sunt celestium potentiā inuesti

gant:& de singulis que in sublunari globo proueniunt astrono
Astronomia. mie sue regulis nituntur reddere rationem. Est autem astrono
mie nobilis & gloriosa scientia:si clientelã suam intra modera=
tionis metas cohibeat:quã si licentiori vanitate excedit/non
tam philosophie species q̃ impietatis decipula est. Et quidem
multa sunt mathesi doctrinali & diuinatorie mathesi cõmunia:
sed dum diuinatio/sobrietatis mẽsuram excedit toto diffidens
fine non instruit/sed suum dedocet professorem:ꝙ enim zonas
partiuntur/parabellos disterminant:cum signis suis obliquant
zodiacũ:ꝙ orbẽ fere totum coluris cingunt:ꝙ laborem metiun=
tur planetarum:ꝙ planem nullius erroris participem faciunt:ꝙ
Pol' articus a polo artico ad antarticum axem inducunt:ꝙ signa per gradus
Antarticus axis. & puncta diuidunt:ꝙ orientium et occidentium signorum & si
derum proportionem tenẽt vtriqꝫ cõmune est:vtraqꝫ tamen in
eo phisicis acquiescit:ꝙ teneritudinem subtilium corporum in
quasdam sectas vias et circulorum inter capedines non estimat
dissipari. ℂ Asserunt quoqꝫ cõmuniter/solem caloris auctorẽ
esse:humorumqꝫ augmentum & defectum(quoniam id sensus
probat)motui lunari accõmodant:& in hunc modum plurima.
Mathesis. ℂ Ceterum mathesis que futurorum pollicetur iudicium/phi=
losophie(vt predictum est)trahẽs originem vltra progreditur:
& elationis sue temeritate in prerogatiuam eius prorumpit qui
stellas numerat:quarũ ipse nomina solus:signa:potestates:cur=
Astrologus. sus: loca:tempora nouit:quoniam hoc ipsum astronomie sue be
neficio sibi astrologus repromittit:tantoqꝫ longius a via verita=
Signorũ na= tis aberrãt quanto ad eam irrũpere tumidius moliuntur. ℂ Si=
tura ſm aliq̃s gnorum ergo naturam reuoluentes prout eam forte nouerãt:
dum in stellis comparibus fluctuarent. Alia dicunt masculini
generis/alia feminini:essentqꝫ forsitan multiplicata per sobolẽ:
De planetis. nisi quia dissociata locis in coitu conuenire non possunt. ℂ Pla=
netarum quoqꝫ consilia quoniam & orbis moderatores eos ha=
bent diligenter explorant: quod ex affectione eorum & motu/
& applicatione vnius ad alterum choreisqꝫ stellarum facile est
De cõditioni= inuenire. ℂ Saturnus ergo quia frigidus est & senex/grauis est
bus saturni. & nociuus:& de natura maliciam/morositatem contrahit ab
etate. Omnibus ergo inimicus vix suis etiã scolasticis parcit.
De cõditioni= ℂ Succedit ei iupiter econtra propitius & salubris:tanteqꝫ be=
bus iouis. nignitatis in omnes:vt nec de malicia patris:nec martis feroci

tate subiecti/quemq̄ offendat/nisi forte & ipse in orbis subiecti dispendia stationarius factus sit: retrogradus ve/ aut adustionē miserabilem patiatur. ¶ Mars ferox naturaq; indomitus omnes preter scolasticos suos persequitur: mitigatur tamen interdum iouis accessu vel veneris: quoniā & ipsa propitia est & benigna. Mercurius vero talis est: qualem vicini planete permiserunt: cum & ipse conuertibilis nature sit: potentioribusq; cohereat. Vnde pleriq; eum presulem eloquentie opinantur: eo q̄ illa iuncta sapientie plurimū prosit: malicie sociata noceat plurimum. Hec quidem & si non docuit: sectam tamen erroris attingit lucanus: cum timorem vrbis describeret: bellumq; ciuile necessariis astronomie argumentis ineuitabiliter appropinquante cesare futurum denunciaret. Innuit enim poeta doctissimus si tamen poeta dicendus est qui vera narratione rerum ad hystoricos magis accedit: illi⁹ maliciā irrefragabiliter adimplendam: qui solus in throno domicilii sui residebat. Et licet figulus parcarum consilia discutiat/mentemq; stellarum: corporum tamen que videntur nōdum plenam noticiam tradidit: cum in tota mathematicorum domo adhuc non sit questio expedita: an ex elementis sydera constent: an ex quinta essentia quam aristotiles introducit. Nam quod eis obiiciunt pueri mollia sint/ an dura: & si quid eiusmodi est: etiam audire dedignātur: q̄uis aliquos famosos & suo iudicio sapientes: in talibus viderim miserrime laborare. Expediunt tamen: & suis rationibus probant quid fata deliberent: & deprehensa voluntas sydērum quem in sublunari globo sortiatur effectum. ¶ Et forte sententia numinis irrita est: quam non mathematicus profert. Ait ergo. Q̄d cladis gen⁹ o superi quā peste paratis Seuiciam? extremi multorum tempus in vnum Conuenere dies/summo si frigida celo. Stella nocens nigros saturni accenderet ignes. Deucaleoneos fudisset aquarius imbres. Totaq; diffuso latuisset in equore tellus. Si semini radiis nemeum phebe leonem. Nunc premeres toto flueret incendia mundo. Succēsusq; tuis flagrasset curribus ether. Hi cessant ignes tu qui flagrāte minacem. Scorpion incendis caudachelasq; peruris. Quid tantū grādine paras: nam mitis in alto. Iuppiter occasu premitur venerisq; salubre. Sydus hebet: motuq; celer cilleni⁹ heret. Et celū mars solus habet cur signa meatus. Deseruere suos mundoq; obscura

De cōditionibus martis.

De cōditionibus mercurij.

Pleriq; putāt mercuriū deū eloquētie.

Lucanus.

Lucan⁹ in primo lib. quasi iuxta fi.

ferũtur. Ensiferi nimium fulget latus orionis. Imminet armo=rum rabies ferriqꝫ potestas. Confundet ius omne manu: scele=riqꝫ nefando. Nomen erit virtus multosqꝫ exibit in annos. Ecce ex qualitate planetarum: expositione signorum et concursu cau sarum q̃ manifestus belli ineuitabilis sequatur euentus. Hoc eteni ad artis traditioneꝫ plurimum spectat: vt de naturali vel causali constet domicilio planetarum. Omnes siquidem preter solem et lunam qui soli singulis contenti sunt duobus domici=liis gaudent: naturali scilicet & accidentali. Naturale quidem cuiqꝫ domicilium est: in quo quisqꝫ creationis sue principiũ ha=buit: si tamen genelliaci consentiunt eos a domino esse creatos.

Planetarum domicilia naturaliter.

Lune igitur domicilium cancer est: leo solis: mercurii virgo: li=bra veneris. scorpio martis. sagittarius iouis: saturni capricorn⁹ et hoc naturaliter. Casualiter vero saturno cedit aquarius: pi=sces ioui: aries marti: veneri taurus: in mercurii sortem gemini cedunt. Luna vero commoda est: quam cum aliis stellis quicqd illi garriant: creauit deus vt preesset nocti. ¶ Quid enim de so le dicã qui dux & princeps est et moderator luminũ reliquoꝝ?

De lune creatione/ꝛ ad qd. De sole.

Eum vtiqꝫ reclamantibus omnibus his planetariis non timeo bonum & necessarium profiteri: cum et diem videntibus cun=ctis illustret: temperet orbem: anni tempora diuidat: inducat re rum vicissitudines: & alia plurima que nunc longum est enar=rare. Sed licet multarum vtilitatum in eo & in ceteris cause resi deant: ipsorum tamen et omnium que recte sunt/vna est: & pri ma causa que mundum fecit proprie maiestatis potentia: cuiqꝫ sapientie sue virtute & imensitate formauit & firmauit: & vt ei tam substantiam q̃ formam conferret/sola inducta est bonitate.

Mathematici Planetarii.

¶ Verũ mathematici vel planetarii dũ ꝓfessionis sue potẽtiã dilatare nituntur in erroris & impietatis mendacia perniciosis=sime corruunt. Nec cuiuscumqꝫ artis regula seruatur illesa: nisi dum infra proprii generis ambitum cohibetur: presertim cum iuxta sapientem frequens fit aliquid extra regulã inueniri. Oĩs enim regula alicui generi rerum accommodata est. Si vero tra ducatur ad aliud: statim in veritatem impingit obnoxia falsita=ti. Si ergo mathematici probate matheseos. id est doctrinalis essent fine contenti: & veram assequi possent positionem stella=rum: & ex signis suis sobria eruditione ſm quod naturaliter pro ueniunt qualitatem prescire temporum/ & speculationis sue io cundissimum carpere fructum. Cum vero dilatant philateria

ſua & magnificant fimbrias: dū conſtellationibus & planetis nimium virtutis aſſcribunt: eis neſcio quā auctoritatem operum aſſcribentes in creatoris prorūpunt iniuriam: & dum celeſtia que tractant ad ſobrietatem nō ſapiunt. iuxta apoſtolum ſtulti ſiunt. Vide in quātam erroris abyſſum ab ipſis celeſtib⁹ cadant Cōſtellationibus ſuis aſſcribunt omīa: tu videris an ei fiat iniuria qui fecit celum et terram: & omnia que in eis ſunt? Deinde eam conſtellatio rebus neceſſitatem indicit: vt arbitrii perimat libertatem. An & hoc recte/ tecum delibera. ¶ Ad tantam deniq; quidam peruenere veſaniam: vt ex diuerſis ſtellarum poſitionibus dicant imaginem ab homine poſſe formari: que ſi per interualla temporum & quadam proportionum ratione in cōſtellatiōe ſeruata formetur: ſtellarum nutu recipiet ſpiritum vite: & conſulentibus occulte veritatis manifeſtabit archana. Et licet quandoq; que honeſta vel recta ſunt: vt ſe in loco mūdo velle ſeruari vel ſolum deum quando aliquid querit' precib⁹ & muneribus inuocādum precipiat: maligni tamen ſpiritus hāc eſſe fallaciam certiſſimū eſt: qui vt min⁹ caueatur innocentie vł iuſtitie precepta plerūq; videtur afferre. Hanc quidē idolatrie ſpeciem eſſe/ fidelium null⁹ ignorat. ¶ Longe vero cōmodius in celum aſcendunt aſtrologi: qui achademicorū more quicquid eis occurrit ꝓbabile ſuo iure defendūt. Itaq; qdā eorū motu quodā irrationabili planetas aduerſus aplane niti contendunt. Alii auctore ariſtotile eoſdē cum firmamēto ferri profitentur: quorū neutrum teſte mineio aſtrologie regulis inuenitur aduerſum. At genelliaci dum ad diuinationem ſcientie celeſtium nimis inſiſtunt tam ipſorum celeſtium q̄ dei noticiam perdiderunt. Qui tamen inter eos ſuum cōmodius excuſare videntur errorem: cum plotino auctoritatem operum non detrahunt creatori: ſed ſemel & ſimul ab eo legem aſſerunt inſtitutam quā null⁹ vnq̄ conatus euacuat: cum omnia que diſponit futura ſunt: vt preuidit. Quod forte papinius intellexit cum diceret. Incipit ex alto graue: & immutabile ſanctis pondus adeſt verbis: & vocem fata ſequuntur. Ab eo ergo ſua poteſtas attributa eſt ſingulis creaturis: in quibus non oportuit celeſtia locū tenere nouiſſimum: & que digniora ſunt aliis habere minimū poteſtatis. Eis itaq; quantum voluit contulit: qui & ſi ſibi retinuerit operis prīcipatum: ſignorum illis ad minus indixit obſequium. Vnde & ſi non ſepe faciant opera ſignorum tamen auctore deo exhibent miniſteria. Hinc forte illud. Celi enarrant gloriam dei: & opera

Rom. i.
Mala q̄ procedunt a mathemathicis.

Aſtrologorū laus.

ps. xviii.

manuum ei⁹ anunciat firmamentum. Nec mirũ cum & aues / & alia plurima institutione dei: & nature beneficio quedam futura signis preueniunt. ℭ Si igitur celestia signa sũt rerum que proculdubio venture sunt necessario: cum eas immutabilis dispositio ordinauerit: quid prohibet ea que celestium prenunciãtur iudicio sciri ab homine & homini inuicem iudicari? Signa siquidem hominibus data sunt ad eruditionem: non illis qui celestium conscii secretorum nullis indigent signis.

ℭ Qꝫ ꝓuidẽtia rerũ naturã non perimit: neqꝫ series rerũ imutat prouidentiam. & ꝙ liberum arbitrium manet cum prouidẽtia.

Capitulum. XX.



Robabilia quidẽ sunt hec que proponũt: sed tamen nemini venenum hic sub melle latet. Fatalem etenĩ quandam necessitatẽ rebus imponunt sub pretextu humilitatis & reuerentie dei: timentes ne forte ipsi⁹ euacuetur dispositio nisi rerum euentus necessitas comitetur. Preterea priuilegium diuine maiestatis irrumpunt scientiam vendicantes que tempora preuideant & momenta que filii testimonio: patris reseruata sunt potestati. Adeo quidem: vt abscondita sint ab oculis eorum: quibus dei filius quecunqꝫ a patre audierat patefecit. Deinde mentes hominũ tumore elationis extollunt: aut desperationis pusillanimitate prosternunt / dũ vel vitam diuturnam: aut mundi prospera deiiciendis promittunt: vel econtra imminentia fata aut seculi aduersa minantur erigẽdis. Certe superiorem timoris / vel inferiorem spei molam quibus fidelis anima in area mũdi teritur tollere prohibẽtur. Tollunt tamen tam in suam & clientele sue pernitiem: q̃ in cõtumeliam prohibentis. ℭ Verum sicut series rerum dei prouidentiam non immutat: sic & eterna dispositio / rerum naturam nõ perimit. Neqꝫ enim homo non peccare non poterat: quia eum deus prenouerat peccaturum: aut quia ille non peccare poterat / eũ peccaturum dominus ignorabat. Neqꝫ nõ mori posse nesciebat eo ꝙ erat peccati merito moriturus: neqꝫ eum mori necesse erat quoniam hoc dominus presciebat. Factus est igitur quodãmodo immortalis proculdubio moriturus: & mortem culpa attulit quam nature conditio non inuexit. Essetqꝫ ab ea immortalitate qua non mori poterat in eam qua mori non posset transferendus: nisi culpa inobedientie precisa iustitie semita / tãte glorie aditum pro tempore preclusisset. Itaqꝫ peccare & non peccare potuit: mera preditus libertate arbitrii: qui nulla dispositiõis

Nota q̃ mala cõmittãt diuinantes.
Actuũ. xj.

violentia/nullo fatorum impulsu/nullo cōditionis stimulo/nullo adhuc nature defectu vrgebatur ad culpam que indubitata parens pene hominem sponte lapsum impegit in mortem/verum quia in iniustitia frena laxauit arbitrii:sic in ea oppressus & obrutus iacet:vt iusto dei iudicio:quia tunc noluit abstinere a peccato cum potuit:modo nequeat abstinere cum velit.In eo tamen solo adhuc ei liberū viget arbitrium:vt sibi ad opus iniquitatis sufficiat:& si ad bonum non nisi a gratia preuentus & adiutus assurgat.Sic iustitiam per se deserens:traductus est in regnum peccati et mortis:vt iugo seruitutis pressus:necessitati delinquēdi et moriendi subiaceat q̄uis hoc non fatorum series: sed p̄uaricationis meritū ītroducat.Alioqn hoīeꝫ nulla iusticia ꝯdēnabit:cū culpa nō in eū:sed in ipsi⁹ retorq̄at auctorē.Possibilia itaqꝫ sūt q̄ nūq̄ futura sūt:q̄ si qa nō erūt euenire nō possēt/ nequaq̄ possibilia dicerēt.Nauale siqdē bellū fieri:itēqꝫ nō fieri possibile est:alterū tn̄ precise & determinate verū est & p̄scitū. Hoīes quare moriantur

¶ An possint a deo sciri que nō sciuntur:& ꝙ rerū mutabilitas ei nequaq̄ est infligenda:& ꝙ idem scientia/prescientia/dispositio/prouidētia/predestinatio:et ꝙ vera infinita sunt:vt numerus eorum non queat augeri vel minui:et ꝙ prouidētia nullam necessitatem rebus inducit. Capitulum.XXI.

SEd ecce iam alterius difficultatis succrescunt cornua et quocūqꝫ me vertam errore videor inuolut⁹.Si enī que non sunt nec erunt esse possunt: profecto & deus potest scire quod non scit:aut eo ignorante potest aliquid euenire.Bellū nāqꝫ nauale quod nō erit:sicut & geri/sic & a gerentib⁹ sciri potest.Si ergo deus potest scire quod non scit/ potest vtiqꝫ et non scire qđ sit/eo ꝙ cōtraiacentiū simul nulla possit esse scientia:cū alterum eorū semper eo ꝙ veritatis substantia careat fit obnoxiū falsitati.Porro mendaciorū nulla scientia est.Quomodo ergo scientia imutabilis est:cui decessus rerum potest fieri & accessus que potest ignorare qđ scit/ aut scire qđ nescit? Qꝫ si eam variabilem esse recipim⁹ iacobo reclamante iam apud eam est variatio/& vicissitudinis obumbratio/& pater luminum esse desistit:si elabitur qđ prenouit. ¶ Hoc equidem nec gentiliū error circa sua nō tam numina q̄ demonia dignabatur admittere:qui stigiam paludem diis peruiam esse negabant:dicentes eā oībus venerandā/& vsqꝫquaqꝫ illicitā a celestibus preteriri.Mentes nāqꝫ celestiū obliuio nō cōtingit. Numquid ergo fides recipiet qđ de deo vel ipsa p̄fidia abhorret? Cō- Stigia. Pal⁹

ſtat autem apud omnes quia deus ſcit illud non eſſe futurũ. Et ſi pleriqꝫ nõ recipiant illum poſſe ſcire/aut non poſſe ſcire hoc eſſe futurum:ne eũ mutabilitatis nota vel impotẽtie minuere videantur. ❡ Sed eſto vt deus (quoniã pleriqꝫ id recipiunt) poſſit: dum tamen ſi fieri poteſt poſitione aut cõiunctione non pecces ſcire quod non ſcit:non ob hoc eſſe eũ mutabilẽ quis conuincit: cui⁹ ſcientie non decedit aliquid vł accedit: cum illud ſolũ in rerum natura verũ eſſe contingat: quod ille ab initio ſtabilitatis ſue puncto prefixit. Dum tamen hoc recipitur exactiſſima diligentia precauendũ eſt/ne cognatio modorum, verbi quam Appollonius iuducit quicq̃ perfidie ingerat aut falſitatis. Hec ipſa quoqꝫ poſſibilitas eueniendi non leuitati illius qui non mouet̃/ ſed rerum facilitati que natura non indignante moueri poſſunt conuenienter aſſcribitur. ❡ Manet itaqꝫ vſqꝫquaqꝫ immobilis integritas ſcientie dei: & ſi quid varietatis alicui ineſt:non tam ſcientis/q̃ ſcitorum mutabilitas eſt. Licet enim que ſcientia dei complectitur/mutabilitati ſubiaceant: ipſa tamen alterationis vices ignorat:et vno ſingulari aſpectu et indiuiduo/omniũ que dici/aut quocunqꝫ ſenſu excogitari poſſunt vniuerſitatem claudit & continet:adeo equidem ſine motu vt localia ſine loco:naſcẽtia ſine initio:decedentia ſine fine:fluctuantia ſine alteratione:temporalia ſine mutabilitate et mora: ſic vniformiter comprehẽdit:vt ei nec p̃terita tranſeãt/nec futura ſuccedãt. Nec mirũ hoc in eternitatis ſtatu: niſi qa quicquid ibi eſt/ mirabile eſt: cum et in nobis mutabilium motum et infeſtinantium curſum aliquatenus quieſcens comprehendat aſpectus. ❡ Intellectus quoqꝫ rem magnam ſine diſtenſione & ſine contractione ſui rẽ modicam cõtemplatur: necloco indiget vt localia claudat:nec ſpaciorum interſtitiis vt diſtantia cõplectatur: in eoqꝫ patrem luminum inſequitur:ſed non paſſibus equis:cum hic multis:ille vero omnino nulli motui obnoxius ſit. Cum vero ſimplicitatis diuine aſpectus innumerabilia claudat: vna tamen eſt & indiuidua ſubſtantia preſcientis eiqꝫ eſſentialiter vna cum ſibi ſit idem eſſe et ſapiẽtem eſſe. Alioquin fingat qui poteſt quis hic diuerſa cõiunxerit:nec prima rerum omniũ cauſa erit que vt ſit coniũctionis amminiculo eget. Creature vero ſcientia lõge diſparis conditionis eſt. Spiritui ſiquidem et anime non eſt idem eſſe/& ſcientẽ eſſe/cum anima primo affectionis motu inualeſcens diſponatur ad cognitionem rerum. eaqꝫ ſi radicata fuerit/ vt aut oĩno/aut ſine iniuria nature conuelli non poſſit/ habitus

Appollonius.

Quicq̃d eſt ĩ eternitatis ſtatu mirabile ẽ.

Aĩa primitus ad q̃d diſponatur.

ſermo dei dirigitur/& qui gladium portat ad vindictā malefa-ctorum & gloriam bonorum:nō modo talibus ſecuritatem dat: ſed promiſſam pacem iuramēti religione confirmat. Et ſic eue-nit vt in proprio periculo diſcat:q̄ perplexi ſint nerui teſticulo-rum leuiathan:cum ſibi tetēderit laqueum ꝓprii operis:a quo ſi ne ſalutis diſpendio non euadit. Ei iam arcta cōplexio & cornu-tus quidem imminet ſillogiſmus. Si phitoniſſe parcitur/domi-ni violatur imperium precipiētis vt maleficia eiuſmodi de ter-ra eradatur. Si non parcitur iuramēti religio vitiatur. Quocūq; ſe vertat impius:cōprehenditur in operibus ſuis. ¶ Dixit ergo mulier. Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait:ſamuelem. Omniū tem porum vna eſt fides/deum eſſe/eundemq; iuſtum et bonū & re-muneratorem ſperantiū in ſe omniū plene meritis reſpondentē ante legem:ſub lege:ſub gratia. Nemini rectum ſapienti venit iſtud in dubiū. Sine iſta nemo vnq̄ ingreſſus eſt ad ſalutē. Verū qui errat in minimis paulatim ad maiora prolabiť. Sic iſte pri-mo negligens:deinde inobediens:poſtmodum cōtumax:exin-de obſtinatus:poſtremo ad eam prolapſus eſt cecitatem:vt nec predictum articulum fidei ſibi ſeruaret incolumē. Deū etenim iuſtum vſquaq; nō credidit:opinans etiam in ſanctos poſt exi tum vite huius malignis ſpiritibus cōceſſam poteſtatem. No-uerat enim ſanctū ſamuelē phitonicis nō obtemperaſſe dū viue ret: nec aliquod cū eis inite familiaritatis habuiſſe cōmercium. ¶ Nunc vero eum ad phitonis imperium ſibi petit & ſperat excitari. Vult etiam ad hoc cogi defūctum:ad quod viuus īpel-li nō potuit. Regi ſiquidem noluit indicare dū viueret:niſi quod indicandū dominus inſpirabat. Cum autem vidiſſet mulier ſa-muelē:exclamauit voce magna:& dixit ad ſaulem. Quare impo-ſuiſti mihi? Tu es enim ſaul. Se vtiq; deceptam credidit/& eti-am poſt preſtitum iuramentum noticia & preſentia principis oneratam. Dixitq; ei rex:noli timere. Quid vidiſti? Et ait mu-lier ad ſaulē:deos vidi aſcēdentes de terra. Phitoniſſe potuerat ab incepto vel tenuis fidei virum deterruiſſe reſponſio. Deorū ſiquidem pluralitatem īducit/& eorum habitationem ſub terra & in tenebris eſſe ſignificat. Dixit ergo ſaul. Qualis eſt forma eius? Que ait. Vir ſenex aſcendit & ipſe amictus eſt pallio. In-tellexit itaq; ſaul ꝙ ſamuel eſſet:& inclinauit ſe ſuper faciē ſuam in terram & adorauit. Formam illius qui apparebat diligenter inquirit: forte gentilium errore deceptus eandem habitus & negociorum formam ſingulis apud inferos credens qua ſuper-

Deorū plura-litas.

stites fuerant insigniti. Vnde illud. Que gratia curruum armorūq; fuit viuis. Que cura nitentes pascere equos. Eadēq; sequitur tellure repostos. ¶ Sed nonne potuerat sancti viri clarior esse gloria: aut post mortem viuentis habitus immutari? Et quidem prouide & fideliter non dicit scriptura samuelem phitonis imperio suscitatū sed cecitatem impii sensus prudēter expressit Ait enim. Audita forma viri & habitu ītellexit saul ꝙ samuel esset. Deceptus vtiq; intellexit quod & ex eo probatur quod subiungit. Et inclinauit se & adorauit. Si enim fuisset samuel: nequaq̄ se permisisset ab homine adorari: q ſm legem crediderat & docuerat vnū deum et dominū adorandum. Preterea sancte anime a potestate malignorum spirituum exempte sūt. Postremo decepti hominis non fouisset errorem: quod eū ex subsequētibus fecisse colligitur. Dixit ergo samuel ad saulem. Quare inquietasti me: vt suscitarer? Hec est enim fraudulentia malignorum spirituum: vt quod vltro faciunt & dictant hominibus faciendum: operose dissimulent vt hoc facere videantur inuiti. Simulant se coactos: & quasi exorcismorum virtute extractos fingunt: & quo minus caueantur: exorcismos quasi in nomine dñi: aut in fide trinitatis: aut incarnationis & passionis virtute conceptos componunt/eosdemq; hominibus tradunt exercentibus eos obtemperant: donec eos secum crimine sacrilegii & pena damnationis inuoluant. Transfigurant etiam se interdum in angelos lucis/honesta sola precipiunt/illicita prohibent: munditiam consectantur: vtilitatibus prouident vt quasi boni & ꝓpicii familiarius admittantur: audiantur benignius/amentur artius: facilius exaudiantur: habitum quoq; induunt venerabiliū personarum: vt eis maior & promptior reuerentia impendatur ¶ Et ait saul. Coartor nimis. Siquidem philistii impugnāt aduersum me: & deus recessit a me: & exaudire noluit neq; in manu prophetarum: neq; per somnia. Vocaui ergo te: vt ostenderes mihi quid faciam. Ac si aperte dicat in desperationis abyssum precipitatus sum. Impugnāt homines/deserit deus: & ego ad te qui vtrisq; in veritate inimicaris confugio: vt quasi doctor dicipulum doceas: quid me in tanta angustia oporteat facere. Licet enī eū cui loquebat᷑ crederet samuelē: tñ in veritate erat angel⁹ sathane. Nec potuit ei ignorātia suffragari: cū nemini liceat ignorare creaturam que se appetit adorari/infidelem & peruerse voluntatis esse. Sciebat etiam illicitum esse ariolos: & magos inquirere & de futuris sollicitare phitonem. Qꝫ si eum

Virgil. in.vi. lib.eneid.

Deutero.vi. & Leuitici.iiii.

Malignorum spirituum malicia.

Spūs maligni conant᷑ seruire hoībus.

Philistii.

Nō q̄ ignorātia nō patitur.

ignorantia persone excusat/melioris conditionis erunt stulti q̃ periti/& peruersi q̃ recti. Et ait samuel:non equidem verus:sed vmbratilis et ficticius:& quo dignus est impius et reprobus cõsultator. Quid me iterrogas:cum dñs recesserit a te:& transierit ad emulum tuum? Responsionis initium fidei consentaneũ est:& accommodũ rationi? Quid enĩ cõferet creatura illi quem deus deserit:& cui diripit spolia? Sed sensim ad id quod suum est hostis & fidei inimicus diuertit imiscens falsa veris/& mendacia fide veritatis obnubilãs. Sequitur enim. Faciet tibi dñs sicut locutus est in manu mea:& scindet regnum tuũ de manu tua:& dabit illud proximo tuo dauid:quia nõ obedisti voci dñi: neq; fecisti iram furoris ei⁹ in amalech. Idcirco quod pateris fecit tibi dominus hodie/& dabit domin⁹ etiam tecum israel in manu philistinorum. Cras autem tu & filii tui mecum eritis. Sed & castra israel tradet domin⁹ in manu philistiim. Exitum quidem belli fideliter infidelis exposuit:sed tamen verborum tendiculis infidelem & infelicem animam frauduléter decepit. Deuiantis siquidem cõfirmat errorem:& impenitenti post exitum quietem repromittit. Cum enim dicit dominũ impleturũ que locutus est in manu mea:se procuoldubio simulat samuelẽ per quem sauli que denũciat locutus est dominus. Cum autem subiungit cras tu & filii tui mecũ eritis:verum quidem:sed fraudulenter enunciat. Erat enim in die sequẽti sibi manũ ex desperatione iniitiens ad inferos trãsiturus:habitur⁹ partem cum eo quem auaritia/fastu/obstinatione mentis fuerat insecut⁹. Sed falso blanditur/ingerẽs spem quietis:dũ se gestu & verbis mentitur samuelem:cui certum est collatam esse in quiete sedem a domino inter eos qui inuocãt nomen eius. Quid ergo sauli samuelis sui vel potius phitonis ꝓfuere responsa? Potuerat forte nõ premunitus sperare meliora:et salutem dũ alieno cõfoderetur gladio expectare. Oraculi vero vanitate certioratus gladio
i. Regũ.xxxi. suo incubuit:& in extremis agens dũ ꝓprie glorie cõsulebat qui fortius mori potuisset in prelio:aurã verborũ pertimuit/& infirmi & ꝓstrati animi consilio corporis & anime mortẽ asciuit. Glorientur gentes in fortitudine sua/auctores earũ dicãt vnusquisq; qđ sentit:dũ heroũ suorum titulos ꝑdicãt:dũ magnorum virorũ fortitudinẽ preconãtur. Bibat illis auctorib⁹ catho venenum Vulteius dextras & mentes sociorũ armet ad voluntariã mortẽ. Per mãmillas ad cor venenũ aspidũ insanabile cleopatra traiiciat Lucretia alienam impudicitiã sanguinis sui effu-

ſione cõdemnet. Ego euenire poſſe nõ arbitror: vt cuiuſcũq; difficultatis articulo liceat ꝓpria auctoritate homini ſibi mortẽ inferre: nec etiã vbi caſtitas periclitat̃. Licet hũc caſum videatur excipere doctor ille doctorũ cui in ſacrario lſrahĩ vix aliquem audeo cõparare. Hec mors oĩno deſperatorũ eſt: & eoꝝ q licet corpore viuant iã mentis morte premortui animo viuere deſierũt. Vtiq; non viuorum: ſed iam mortuorum mors eſt. Infidelium regũ percurre ſeriem. Ieroboam/achab/iezabel/nabugodonoſor/ſennacherib/& alii quorũ errores non ſufficio enarrare quid lucrati ſint in vatib⁹ ſuis qui videbant eis falſa & ſtulta: nec aperiebant iniquitatem eorum: vt eos ad penitentiam prouocarẽt. Omnes vtiq; euanuerunt poſt principem vanitatis & dum ſcire quod non licet vel aliter q̃ licet appetunt/ad inane & nihilum redacti ſũt. Reges vero iſrael infidelibus ſociaui: quia cum regum iuda alii boni alii mali fuerint: reges iſrael omnes reprobi extiterunt. Lingue archana dei celũq; inquirere quid ſit: ait Catho: quia quod de te ſtatuit deus citra tuam ſollicitudinem poteſt expedire. Egregie quidem ethicus. Omnẽ crede diem tibi diluxiſſe ſupremũ. Grata ſuperueniet que non ſperabitur hora. Veritas autem ſibi vbiq; conſona eſt: nec a ſe licet a mendacii habitaculo proferatur quandoq; diſcordat: ſicut nec mundicia dum ſui ĩtegritate viget quancũq; ſordium vicinitate polluit̃. Ipſa mortem indicit non timeri: & ad eam excipiẽdam nos horis omnibus precipit preparari: vt quo minus de diuinitate vite preſumitur: in cultum honeſtatis virtutum gradibus auidi⁹ curatur. Mors ſiquidem neceſſarium munus eſt nature iam corrupte. Corruptio nãq; mortis origo eſt. Tolle corruptionem: ſectare integritatem mũdicie & virtutis/iam immortalitatis viã ingreſſus es: & quãdam diuinitatis tue arcã apprehendiſti. Apprehẽdiſti inq̃ an accepiſti? Sed vt fideli⁹ loquamur. & accepiſti & apphẽdiſti. Nõ eſt eñ volẽtis neq; currẽtis: ſed miſerẽtis dei. Quis ſcit qñ veniet: ſero/an media nocte/an gallicantu/an mane? Vt enim ille ait. Nihil morte certius eſt: nihil hora incertius. Que vtiq; nõ timenda eſt q̃ſi malũ: ſed q̃ſi malorũ finis cũ venerit gratãter amplectẽda. Vnũ eſt qđ totis mẽtis & corporis viribus fugiendũ eſt. Quid illud ſit queris. Turpitudo & totius ſpecies inhoneſti. Hec eñ faciunt mortẽ terminum non eſſe malorũ: ſed antecedentiũ et ſuccedẽtium copulã. Ad hanc fugiendam non oracula vatum/non phitonis conſultatio neceſſaria eſt: fidelius & vtilius ad hoc ratio data conſulit. Catho

De Jeroboã. Achab. Jezabel. Nabuchodonoſor. & Senacherib.



Roma.ix.

Marci.xiij.

vt.ff.de cõdi.& demõ.l.j.

in libia extreme difficultatis angustia coartatus/ hamonem ioue dedignatus est consultare: ratus sibi ratione sufficere: vt persuaderet seruãdam libertatem. Et non modo dñationis cesaree iugum sed omnẽ notam turpitudinis fugiendam/licet in eo errauerit: q auctoritate propria vite mun⁹ abiecit. Quod nõ modo fidelium institutis: sed constitutionibus gentiũ & sapientissimorũ edictis constat esse prohibitũ. Veteris quidem philosophie principes pytagoras & plotinus prohibitionis huius non tam auctores sunt q̃ precones/ oĩno illicitum esse dicentes: quẽpiam milicie seruiẽtem/a presidio et cõmissa sibi statione discedere: citra ducis vel principis iussionẽ. Plane eleganti exemplo vsi sunt: eo q milicia est vita hominis super terram. Quid si cõtra iubeant oracula vatum: vel responsa phitonis? Procul dubio minime audiendi sũt: quia cũ periculo innocẽtie nemo cuiq̃ debet fidẽ. Si mihi non credis numã romanorum imperatorem fere innocentissimum preter titum si placet attende. ¶ Dũ inuitaretur ad homicidiũ petito capite ad sacrificia: cẽsuit cepam esse cedẽdã reflectens ad innocẽtiã etiã peruersi numinis voluntatem At cũ hominis adiiceref a numine: capillos se pollicit⁹ est oblaturum. Cum vero spirit⁹ immũdus sitiret & sanguinẽ: piscem immolandum esse rñdit. Sic itaq cũ ratio ei⁹ circumueniri non posset: vt traheref ad culpam imundorum spirituum testimonio/ colloquio deorum pronunciat⁹ est dignissimus. Nec est q sub exorcismorum pretextu suũ quis tueatur errorẽ qui ad minuendã demonum ptãtem: & ad distrahẽdum qđ habent cũ hoĩe familiaritatis cõmertiũ instituti sunt/ carentq proprie virtutis effectu/nisi in dei digito cõualescant. Porro spiritus sanctus discipline effugiet fictũ: & corpus peccatis subditum sui esse habitaculum dedignatur. Quicquid vero huiusmodi agatur fictitium est et fantasticum & veritatis substantiã nescit. Videtur quidẽ adesse dum precibus & oblationibus inuocatur: & effectu petitionem prosequente sacrilegum errantis anime desiderium adimpletur: abest autẽ tam longe vt subtracta tutela sui/eos quos perfidia tanta exagitat/ variis ludificationib⁹ demonum trahi sustineat ad gehennã. Se siquidem ad huiusmodi flagitia prohibuit imitari publica voce ecclesie aduersus quã nec porte inferi preualebunt. ¶ Cum ergo sancti spirit⁹ gratia auctoritas ecclesie improbatis subtrahitur exorcismus/qui eis non tam vtũtur q̃ abutuntur offendunt in spiritum: quo recedente eius sibi nituntur virtutem & efficaciam retinere.

vt. C. r. ff. de bonis eorũ q sibi mor. csci. r. l. j. q testa. facere pos.

Nõ pulchrũ exẽplũ gẽtiliũ q qs se nõ debet occidere.

vt. l. r militib⁹ C. de testa. mili. r. l. si qs. in prin. ff. de leg. iij.

Nõ sagacẽ puisionẽ nume erga fallaciã demonũ ipm ad homicidiũ inuitantium.

¶ De specularijs: & q̄ maligni spirit⁹ interdū futura prenoscūt & subtilitate nature & lōga experientia temporis & reuelatione superiorū potestatū. & q̄ sepe decipiūt aut decipiētes aut decepti: & q̄d specularios mala idubitata sequūf. Ca. XXVIII.

FRustra sibi specularii blandiuntur q̄ nihil immolant nulli nocēt sepi⁹ prosunt dū furta detegunt maleficijs purgāt orbem: & solam vtilē aut necessariā appetunt veritatem. Nō sic impii nō sic. Qui nō colligit inquit mecū dispergit: & qui nō est mecū ꝯtra me est. Dum hec domino prohibente exercent impii: quid aliud faciunt q̄ calcaneū erigere aduersus ꝓhibentem? Certe nimis est quod immolat qui eiecto spiritu sancto: idolatrie mētē ꝯstituit. Nimium est quod immolat: qui pollutas aures demonioꝝ sollicitat voce domino consecrata. Nimiū est quod immolat qui motum corporis accōmodat ad detestabile sacrilegium peragendū. Quid retinuit creatori qui mētem/linguam/corpus/demonibus obtulit? An non veritati fecit iniuriam qui integritatem eius in tāta corruptione quesiuit? Plane nemo in talib⁹ per ignorantiam excusatur. Omes em̄ in ꝯmune sciunt aut scire debēt/hanc ignominiā fidei anathematis opprobrio condemnatam. Non vtiq̄ hic sacramēto miles excipitur: pupill⁹ etate: mulier infirmitate sex⁹: rustic⁹ munere agricultare: qua publice vtilitati inuigilat. Licet enim in dispendiis rerū subueniatur eis per ignorantiā iuris: in subuersione tamen fidei nullū ab ignorantia remedium est/obtinente eo vt qui ignorat ignoretur: & insipiēs in culpa/erudiatur in pena: et sapienter punief qui noluit intelligere vt bn̄ ageret. Quis em̄ potuit discere/vt sine labore a tāto labore cessaret dū illud laboriose addisceret/vt laboriose et pestilenter erraret? Non potest in fide sine labore quiescere q̄ potēs est sollicitudine mētis & exercitio corporis a fide deuiare? Qui em̄ his nugis obsequif fidem negauit: et infideli deterior est. Et licet verbis deum cōfiteatur: ei peruersis operibus cōtradicit. Nec facilius ē hominem hmōi esse fidelem q̄ iudicem incorruptū qui diligit mūera: & sequif retributiones. ¶ Ceterū quod simpliecioꝝ animos mouet scilicet per huiusmodi consultationem abscondita futurorum manifestari non posse nisi per manum eius in cuius potestate sunt tempora et momenta: nodum non ingerit questionis. Licet enim futurorum sit vnus arbiter: q̄ et deus & dominus omnium est: tamen ex signis interdum hominibus innote scūt. Quid ergo mirum si ea quandoq̄ prenoscant q̄ & sub

ps.j.
Luce.xj.
vt.l.si emancipata. C. ō iur. et fac. igno. et ibi per totum titulū. C. τ. ff.
ps.xxxv.

tilitate nature vigent:& experientia temporis longiore & reue latione superiorum potestatum de plurimis admonentur? Si ergo spiritus/corporis mole grauati:quos luteum carnis retardat indumẽtum/quorum acumen/turbati sensus corruptio hebetat:ex precedentibus aut quarumcũq; rerum indiciis que sũt ventura coniiciunt/qd prohibet spiritus ab omni nexu corporis absolutos:quos noxia moles nõ tardat:rerum iminentium:aut in plurima tempora succedentiũ premetiri euentũ? Sed qui fere pridie natus est:post dies pauculos decessurus:medio tempore ex similib⁹ similia colligit:& de causis sibi iterim notis ratiocinatur in posterum nonne hoc facilius potest non modo antiquus/sed inueterat⁹ dierum:qui ab initio cõditus est plenus sapientia:& perfectione decorus? Quis adeo ebes est/& tarditatis egregie qui tanto temporis tractu pro parte ad ea coniitienda que futura sunt non assurgat? ¶ Preterea propitie potestates:que charitatis cultu:deuotione obediẽdi domino assidue famulantur:eis quidem possunt & interdum creduntur occulta reuelare. Nec tamen statim verum est quod reprobi sentiunt:aut predicant:sed quandoq; quod suspicantur aut timent:vt videantur conscii secretorum properant nunciare. Quale est quod domino nascituro in templis egypti desolationẽ eorum & discessũ sui demones templorũ presides predicebant. Vnde illud apud trimegistum:de exterminio religionis idolatrie. Egypte iquit egypte erit cum religionis tue sole supererunt fabule. Et sepe quod ex necessitate faciunt:& coacti se sponte facere simulant quasi hominibus indignantes quibus se fingunt infensos. Sepe etiam mẽtiuntur aut decipientes aut decepti. Sed licet vera dũtaxat enunciẽt:nihilominus aut compescendi sunt aut fugiẽdi. Vnde in deuteronomio. Si surrexerit in medio tui ꝑpheta:aut quis dixerit se somniũ vidisse & predixerit signũ atq; portẽtũ & venerit quod locut⁹ est et dixerit tibi eamus & sequamur deos alienos quos ignoras:& seruiamus eis:nõ audias verba prophete:aut somniatoris:quia temptat vos domin⁹ deus vester: vt palam fiat vtrum diligatis eum an non. Vnde plane intelligitur:quia & si contingant que a diuinãtibus non ſm deum dicuntur:non sic accipienda sunt vt fiant que precipiuntur ab eis aut colantur que colũtur ab eis. Sed nec apostol⁹ in actibus apostolorum imundo spiritui pepercit:quia in muliere vẽtriloqua apostolis & predicationi eorum testimonium perhibuit veritatis. ¶ Nihil vero aduersus pestem istam salubrius est/q̃ si quis

Ezechielis. xxviij.

Demones predicauerũt aduentũ christi.

huiusmodi vanitati omino aurem subtrahat. Gratias ago deo qui mihi etiam in teneriori etate aduersus has maligni hostis insidias beneplaciti sui scutũ apposuit. Dum enim puer vt psalmos addiscerem sacerdoti traditus essem: qui forte speculariã magicam excercebat: cõtigit vt me & paulo grandiusculũ puerum premissis quibusdam maleficiis pro pedibus suis sedẽtes ad specularie sacrilegiuꝫ applicaret: vt in vnguibus sacro nescio oleo aut crismate delibutis: vel i exterso & leuigato corpore peluis: quod querebat nostro manifestaret indicio. Cum itaqꝫ predictis nominib⁹ que ipso horrore licet puerulus essem demonũ videbãtur: & premissis adiurationibus quas deo auctore nescio socius meus se nescio quas imagines tenues tamen & nubilosas videre indicasset: ego quidem ad illud ita cecus extiti vt nihil mihi appareret nisi vngues & peluis & cetera que antea noueram. Exinde ergo ad huiusmodi inutilis iudicat⁹ sum: & quasi qui sacrilegia hec impedirem ne ad talia accederẽ condemnatus. Et quotiẽs rem hanc exercere decreuerant: ego quasi toti⁹ diuinationis impedimẽtum arcebar. Sic mihi in ea etate propiciatus est dominus. Cum vero paululum processissem: flagitiũ hoc magis & magis exhorrui: & eo fortius cõfirmatus est horror meus: ꝙ cum multos tũc nouerim/omnes anteꝗ deficerẽt/aut defectu nature/aut manu hostili beneficio luminis orbatos vidi: vt cetera incommoda taceam quibus in conspectu meo a domino/aut prostrati aut perturbati sunt: exceptis duobus; sacerdote videlicet quem premisi: & dyacono quodam qui speculariorum videntes plagam effugerũt/alter ad sinum canonice: alter ad portũ cellule cluniacensis sacris vestib⁹ insigniti. Eosdẽ tamen pre ceteris in cõgregationib⁹ suis aduersa plurima postmodum perpessos esse misertus sum. Sane si ad expugnandum hunc errorem concursus rationũ & catholice matris ecclesie auctoritas nõ suppeteret: vel exempla malorũ tum sufficiũt extirpare. Sicut autẽ nemo potest bibere calicem dei & calicem demoniorum: aut duobus dominis seruire deo & mammone: sic gratiam dei & huius malicie exercitium nullus assequitur. — j.Corin.x. Lucc.xvj.

Sed ecce quasi punctim & quasi fabula sententiam prosequor fidei & morum inimicam cum eam cesim spiritus mucrone/capulotenus transuerberare sufficiam. Feriatur ergo semel in manu forti: & brachio illius qui ad submersionem egyptiorum diuisit mare rubrum in diuisiones/& secundo opus non erit. Non est enim qui de manu illius possit eruere? Educat igitur — Exodi.ix. ps.cxxxv. Iob.x.

gladium moyses & prosternat egyptias abominationes: & abscōdat eas ne appareāt in ꝯspectu fidelium in sabulo sterilitatis sue. Loquatur verbum/ sentētiam proferat in condemnationē errorum: quos diutius a domo tua abigere ꝑcurauim⁹. ❡ Verbum siquidē gladius est bis acutus: viu⁹ & efficax penetrabilior omni gladio ancipiti/pertingens vsq ad diuisionē anime & spiritus: cōpagū quoq & medullarū/discretor etiam cogitationū. Insensatus est qui hoc gladio īminente non timet. Et ecce in facie ecclesie in cōspectu omniū imminet. Deniq & in omnes dirigitur. Inquit eni. Quando ingressus fueris terram quā dominus deus tuus dabit tibi: caue ne imitari velis abominationes illarum gentiū ne īueniatur in te qui lustret filiū suum aut filiā suam ducens per ignem/aut qui ariolos sciscitetur: & obseruet somnia atq auguria: ne sit maleficus: ne incātator/ ne phitones consulat et diuinos/& querat a mortuis veritatē. Omnia enim hec abominatur dominus: & propter huiuscemodi scelera delebit eos in introitu tuo / perfect⁹ eris & absq macula cū domino deo tuo. Gentes iste quarum possidebitis terrā/ augures & diuinos audiunt. Tu autem a dn̄o deo tuo aliter institutus es. Quis ergo dubitet hec criminalia & non modo languorē sed si dei exterminiū esse: quod tanta diligētia ꝓpheticus immo spiritus sancti sermo eraditur. Abominationes sunt dicēte domino: & homo se supra hominē fieri opinatur cū istorum assecut⁹ est diciplinam: propter huiuscemodi scelera delete sunt gentes & humana temeritas se in his multiplicari confidit.

Ad Hebre. x.

Deutero. xviij

❡ De phisicis theoricis & practicis. Capitulū. XXIX.

Licet tamen vt de futuris aliquis cōsulatur ita quidem si aut spiritu polleat prophetie: aut ex naturalib⁹ signis quid in corporibus animalium eueniat: phisica docente cognouit: Aut si qualitatem temporis imminentis experimentorū iudiciis colligit: dū tamen his posterioribus nequaq̄ quis ita aurē accōmodet: vt fidei aut religioni preiudicet. Sed nec primi audiēdi sūt nisi in eo quod loquūtur a domino qđ nūq̄ religionē īpugnat: quia verū nequit esse vero contrariū: nec bonum bono. ❡ At phisici dum nature nimiū auctoritatis attribuūt: in auctorē nature aduersando fidei plerūq impingunt. Non enim omnes errores arguo: licet plurimos audierim de anima/de virtutibus & operibus eius: de augmento corporis & diminutione / de resurrectione eiusdem/ & creatione rerum / aliter q̄ fides habeat disputantes. De ipso quoq deo interdum

Phisica qđ ē

ita loquuntur: vt si terrigene tentarent astra gigantes: & inani conatu cum enchelado/vt eis ethne onus ignifluũ imponatur/ cupiant promereri. Sed in his facile labi possunt quia quãticũq; ingenii vires/citra profũditatem difficultatꝭ que in his vertitur subsistunt: vbi vero deficit intellect⁹/fidei ratione deducta: que media est restat sola opinio. Cũ vero de inferiorib⁹ querit̃: puta de cõplexione aĩalis: de causa & cura egritudinis/eis oĩno nihil deest p̃ter effectũ operis si is desiderat̃. Et qdẽ theorici quicqd suũ est faciũt. Et forte ꝑ amore tuo amplius erogabunt: ab eis singularum rerum causas & naturas accipies. Sanitatis: egritudinis: & neutralitatis censores sunt. Dant sanitatem verbotenus: & conseruant. Neutralitatem iubent istuc diuertere: egritudinis preuident & docent causas: indicant ei initium augmẽtum statum & declinationem. Quid multa? Cum eos audio/ videntur mihi posse mortuos suscitare: nec esculapio mercurio ue creduntur inferiores: veruntamen in eo magna mentis ammiratione distrahor & perturbor: ꝙ a seipsis tanto verborũ conflictu/& collisione rationũ dissiliunt & discordant. Vnum profecto scio: contraria simul vera esse non posse. Quid de medicis practicis dicaꝫ? Absit vt de eis quicq̃ peruersum loquar. In manus enim eorum exigentibus peccatis meis nimis frequenter incido. Non sunt exasperandi verbis: sed potius demulcẽdi obsequio. Nolo me tractent durius: nec etiam sentire audeo quod omnes clamant. Dicam ergo cum sancto salomone: quia medicina a domino deo est: & vir sapiens non contemnet eam. Nemo siquidem magis necessarius est aut vtilior medico/ dũmodo sit fidelis & prudens. Quis enim preconia illi⁹ declamare sufficiat: qui salutis artifex/procurator vite/in eo dominum imitatur: & vices eius agit: ꝙ salutẽ quam ille operatur & quasi dominus & princeps donat/iste iconomus et minister procurat & dispensat? Nec ad rem attinet: si qui pseudo gratiam vendũt & qui iustiores videri volunt dum nihil accipiant anteq̃ eger conualescat: in eo iniqores sunt ꝙ beneficium temporis immo munus dei manibus suis ascribunt: cum ille quem dominus erigit: & vigor nature conualescentis citra operam eius fuerat erigendus: q̃uis istud iam paucorum sit: sibi inuicem suadentibus & replicantibus medicis. Dum dolet accipe. Nec moueor si opera eorum in se compugnẽt: cum sciam contrariorum plerũq; esse eundem effectum. Sed cum inter manus eorum quis in fata colapsus est: tunc necessarias producẽt rationes: quibus appare

Enchéladus gigas.

De medicis.



Ecc̃i.xxxviij.

Medicina q̃d ẽ ꝺꝫ salomonẽ.

bit ꝙ vita eius non fuerat vlterius protendenda. Et vt dicitur quos longa afflixerunt inedia: iam mortuis sorbiciũculas faciunt & inutiles: & delicatos preparant cibos. Expectas forte vt dicam quod dicit apostolus / quia hii sunt / qui homines officiosissime occidunt: sed frustra. Absit enim vt hanc contumeliam proferam: quam si forte audire volueris: senecam / pliniũ adeas & sydonium: qui hoc in aurib⁹ tuis / clamore valido replicabũt.

Color rhetoricus qui dr preoccupatio.

ℭ Explicit liber secundus.

ℭ Incipit prologus libri Tertii.



Vltorum hostis fio: dum ineptias nugatorum excutio. Qua de causa ociari & silere decreueram: sed alterum mihi negociorum tumultus excutit / alterum motus animi interrumpit. Qui enim sub potestate constitutus est: si sapit obtemperat imperio presidentis. Quem stimuli affectuum pungunt: dissimulare non potest quin moueatur ad formam passionis. Exultat ergo quem gaudii aura demulcet / spes inducit hylaritatẽ: met⁹ trepidat: dolentis animus merore confunditur. Hec apud singulos alternat facies boni aut mali. Verum sensus malorum altior est & sepius in omnes incurrit. Quis est enim qui malorũ asperitate sepius non vratur q̃ demulceatur fomẽto bonorum? Rarus est qui totius fortune impetum a se toto possit arcere. Qui suis viribus preualet: in amici aut familiaris corpore vel forte tentatur: licet parum humanus sit: quem extraneorum iactura non concutit. Non satis homo est quem aliena non mouent. Sed sapientioribus iam venit in dubium: an quicq̃ homis recte sit homini alienum. Virtutis vero processus ambiguitatis huius nodum soluit / cum & comicus nihil humani alienũ a se reputet / & magister celestis hominem homini diligendum docuerit vt seipsum. Vnde patet indignum esse tanto magistro discipulum qui veritati non gaudet: & aduersus publice salutis hostes non excandescit. Eos vero pro parte presentis opusculi aliquatenus tangit intentio: & nugas eorum quo potest & consueuit / telo discutiet.

Matth.xxij.

ℭ Explicit prologus libri tertii.

ℭ Incipit liber tertius.

¶Quid salus vniuersalis & publica. Capitulũ primũ.

EST igitur sal⁹ publica que vniuersos fouet & singulos/incolumitas vite. Nihil enim homini prestantius vita eius. Incolumitate vite nihil salubrius. Hominem vero cõstare ex anima rationali & carne corruptibili/antiqui sapientes diffinierunt. Caro siquidem viuit ab anima/cum aliunde corpori vita esse non possit: quod semp inercie sue torpore quiescit/nisi spiritualis nature beneficio moueatur. Hec autem habet & ipsa vitam suam Deus eteñ vita anime est. Quam sententiam modernorum quidam/grauiter quidem & vere licet metrica leuitate cõplexus est. Vita anime deus est: hec corporis: hac fugiente. Soluitur hoc: perit hec/destituente deo. Sicut ergo corpori viuere est vegetari/moueri ab anima: & dispositione sui motibus anime acquiescere: & ei quadam necessitate obediendi concordare: sic & anima ex eo viuit ꝙ suo modo vegetatur: & vere mouetur a deo: & ei subiecta deuotione obtemperat: & in omnibus acquiescit. Si quo min⁹: & eo minus viuit. Nã & corp⁹ qua parte sui nõ mouetur ab aĩma: iam in ea torporẽ mortis incurrit. Dũ ergo totũ viuit: ad eã totũ disponit̃: q̃ se nõ p partes infũdit ptibus; sed tota est & opatur ĩ vniuersis & singulis. Sic & de⁹ aĩam pfecte viuẽte totã occupat: totã possidet/regnat & viget in tota Nullus ei angulus except⁹ est. Sed qd in aĩa angulũ vel partẽ dico? Partium expers est: simplicisq; nature/et totiũs duplicitatis ignara. Partes tamen quas potuit/sibi a distributore bonorum vẽdicauit. Quas inquis? Virtutes vtiq;: quib⁹ viget & operat̃ et sui experimentũ facit. Sine ergo multiplicitate partium sed quãtitatis quadã distẽsione crescit/ratiõe tñ & ĩtellectu/appetitu boni/auersione mali/manẽte simplicitatis natura dilatatur. Cũ vero partes istas spũs implet (deus enĩ spũs est) solida & perfecta est vita aĩe. Cũ enim intellectus dñi qui summe bon⁹ est visus sui acumine quãtũ valet & licet apprehendit: & bonũ quod ille videt incorrupta voluntas appetit: & ratio ne declinet ad dexterã vel ad sinistram qui sano affectu ad bonũ trahit̃ viã aperit: iam quãdam ĩmortalitatis assecuta est gloriam. Q̃d forte iã sentiebat q in suauitate cõsciẽtie sue dicebat. Cor meũ & caro mea est in deũ viuũ. Vtiq; qui in hac via incedit nõ sperat aut extimescit: nõ cõtristat̃ aut condolet alicui eorũ q a sũmo & xpo bono recedẽdo deficiũt. Eo forte fideles aĩas ĩuitat pphetic⁹

Aĩa in corpore est tota in toto: et tota in q̃libet parte.

Deus ẽ spũs.

ps. lxxxiij.

Ioelis.ij. Zacharie.j. sermo dicēs. Cōuertimini ad me in toto corde vr̄o: vt scʒ angel⁹ gaudii/aut meroris/timoris/aut spei non auertat a facie mea: vt mee non displiceat volūtati. Implet autē hec vita omnē creaturam quia sine ea nulla est substātia creature. Om̄e enim quod est: eius participatione est id quod est. Sed cum in omnib⁹ sit p naturam: sola inhabitat rationalia p gratiā. Sunt ergo/quia in eis veritas est/illustrātur quia in eis sapiētia est. Bonū diligunt quia in his fons bonitatis et charitatis est. Oīs enim virtus angelica vel hūana/quoddā diuinitatꝭ vestigiū est/rationali creature quodāmodo impꝛssum. Spūs sctūs. Spiritus sanctus inhabitās īprimit anime sanctitatem/eiusdēq; riuulos multiphariam spargit diuersarum exerens carismata gratiarū. Et hec mihi videt̃ vera et vnica incolumitas vite: cū mens viuificāte spiritu ad rerū noticiam illustratur: & accenditur ad amorē honestatis & cultum virtutis. Precedit ergo scientia virtutis cultū: quia nemo potest appetere fideliter quod ignorat: et malū nisi cognitum sit/vtilit̃ non cauetur. ¶ Porro scientie thesaurus nobis duobus modis exponitur. Cum autem rationis exercitio quod sciri potest/ītellectus inuenit: aut quod absconditum est reuelans gratia oculis ingerens patefacit. Sic vtiq; : aut per naturam: aut gratiam ad veritatis agnitionē: & scientiam eoꝝ que necessaria sunt: vnusquisq; potest accedere: quodq; magis mirere: quilibet quasi quēdam librum sciendorū/officio rationis apertum/gerit in corde. Nō de libro quē qlibet poꝛtat in coꝛde. In quo non modo visibiliū species rerumq; omniū natura depingitur: sed ipsius opificis omniū inuisibilia dei digito conscribūtur. Adeo quidem vt nequaq̄ valeant per ignorantiam excusari: quib⁹ beneficio nature vel gratie/gerendorum series innotescit: sicut scriptū est. Roma.j. Quod enim notū est dei: manifestum est in illis: deus enim reuelauit illis. Nō tamē corrupte nature aduersus gratiam magnifico fimbrias aut faleras erigo: quasi ipsa aliquid boni habeat quod non acceperit: cum certum sit quia sine ea nihil possum⁹ facere. ¶ Agnitio igitur veritatꝭ cultusq; virtutis: publica singulorum & omnium: & rationalis nature vniuersalis incolumitas est. Ignoꝛantia quid est. Contrarium vero eius ignorantia/ & odibilis & inimica propago ei⁹ vitium est. Et recte quidē ignorantia mater vitii est: quia nūq̄ adeo sterilis est: vt non odibiliū fructum pariat infelicē. Persi⁹ in satyra Vatibus. Inquit ethicus. Tu nullo thure litabis: hereat in stultis breuis vt semina recti. Agnitio quidem certitudinem habet: & vel in scientia vel in fide cōsistit. Sed fidei regula paulisper differatur: quoniam eā tēpus & loc⁹ su⁹ expectat

Ceterum scientia sui noticiam habet: quod euenire nõ potest: si non metiatur vires suas: si ignorat alienas.

¶ Que sit prima cõtemplatio hominis sapientiã affectãtis/& quis fruct⁹ contẽplationis huius. Capitulum. II.

Est ergo primũ hois sapientiã affectãtis qd ipse sit: qd intra se: qd extra: qd infra/qd supra/qd cõtra/ quid añ vel postea sit/cõtẽplari. Inde est forte ꝙ illi q prima totius philosophie elemẽta posteris tradere curauerũt/ substantiã singulorũ arbitrati sunt intuẽdam/q̃ntitatem/ ad aliquid: qualitatem/situ₃/esse/vbi: quomodo/habere: facere: & pati. Et suas in omnibus his proprietates: an intentionem admuttant: & susceptibilia contrariorum sint: & an eis ipis aliquid inueniatur aduersum. Prouide quidem hec & diligenter & si in eo negligentiores extiterint: ꝙ sui ipsius noticiam in tanta rerum luce nõ assecuti sunt: & lucis ina ccessibilis noticiam perdiderunt: dum euanuerunt in cogitationibus suis: & dicentes se esse sapientes/stulti facti sunt: & obscuratum est insipiens cor eorum. Quod ex eo conuincitur/ꝙ traditi in passiones ignominie: faciebant que nec sexui: nec etati: nec fortune conueniant: nec nature: & personas omniũ operis testimonio deuenustent. Dati siquidem sunt in sensum reprobũ: quod planũ est his qui apostolum plenius nouerunt. Argumentum ad omnia validissimum est: vt de fide & sinceritate singulorum credatur operibus suis. Opera enim que facit aliquis: testimonium perhibent de eo: verum qui seipsum ignorat quid vtiliter nouit? Si ignoras (ĩquit) te o pulcherrima ĩter mulieres: abi post vestigia sodalium & post greges. Oraculum apollinis est & descendisse de celo creditur: gnothosolitos id est scito teipsum. Non nesciuit hoc ethicus dicens. Discite: & o miseri causas cognoscite rerũ. Quid sumus: aut quidnam victuri gignimur: ordo Quis datur aut mete q̃mollis flexus & vnde. Quis modus argento: quid fas optare: quid asper. Vtile nummus habet patrie carisq₃ propinquis. Q̃tum elargiri deceat: quem te deus esse Iussit & humana qua parte locatus es in re. Hec etenim contemplatio quadripartitum parit fructum vtilitatem sui: charitatem proximi/contemptum mũdi/amorem dei. An nõ est arbor bona que tantam fructuum dulcedinem affert: tantam affert vtilitatem? Certe non superbit qui paruulus est in oculis suis. Dum quisq₃ que adsunt: vel absunt expetibilium numerum cogitat: quis de sua paupertate nõ erubescit? Si quis non appetẽda sui recẽseat:

Qui seipsum nõ cognoscit/ deũ cognoscere nõ poterit. Roma. i.

Canti. i.

Persi⁹ in. iij. satyra.

ei iugis materia modesti doloris & humilitatis occurrit. Quocunq; se vertat in seipso deiicitur: qui petit a domino ꝯfortari dicẽs. Humiliat⁹ sum vsq;quaq; viuifica me fm eloquiũ tuũ. Itẽq; Ego (inqt) i flagella parat⁹ sũ: & dolor me⁹ in ꝯspectu meo sẽp.

ps.cxviij.

ps.xxxvij.

Q: superbia radix malorum est: & cõcupiscentia lepra generalis que omnes inficit. Capitulum. III.

Ex qua oriuntur oĩa vitia vt plene not. j. lib. viij. c. j.

Superbia vero radix omnium malorum est: mortisq; fomentum. Arescunt riuuli si fontis vena preciditur: nec rami cõualescunt radice succisa: deficiunt vitia si elatio iugulatur. At si stercora radici cõgerantur: pinguescunt rami/& arentium sterilitas resiluescit. Si fonti liquẽtia superfundas: accessio trãsit in riuulos. Si camino ignem adiicias/in ligna incendium recrudescit. Sic si vitiate nature elationis innate toxicum foueas quin vitalia ipsa mortiferum virus inficiat: nec si volueris/poteris impedire. Est enim omnib⁹ nõ tam connatus q̃ innat⁹ amor sui. Qui si modum excesserit: vergit ad culpam. Omnis enim virtus suis finibus limitatur: & in modo consistit. Si excesseris/in inuio es & non in via. Si amor hic inualuerit: nemo speret de cura. Lepra siqdẽ est ista incurabilior omnĩ lepra. An nescis cõcupiscentiam leprã esse? Giezi consule. Si erubuerit cõfiteri quod sentit: cõuince eum macula corporis. Sed quid dico giezi consulendum: ac si solus sit? Orbẽ conueni: quia totus infectus est. Meipsum interroga: qui miserorum vnus sum. Certe concupiscentia misera: & miserabilis lepra est. Nescis forte quid dicam concupiscentie pestem nesci⁹ infirmitatis ignoras: homo non concupiscens: & in eo supra hominem constitutus. Sed testis meus in celo fidelis mecũ asserit quia omnes corrupti sunt et abominabiles facti sunt/ non est qui faciat bonũ/non est vsq; ad vnum. An tu sis ille: tu videris. Scio enim non esse hunc paulum: qui huius pestis in cursu clamat & ingemiscit. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Scio hũc nõ esse illũ qui de pectore veritatis sapiẽtie fluẽta potauit cũ orbẽ infectũ hac labe ĩtonet dicens Quecũq; in hoc mũdo sũt ꝯcupiscẽtiam oculoꝝ esse: aut carnis aut supbiã vite. Qui ergo hũc amorẽ nõ tẽperat/timeat leprã: & cecitatẽ oculoꝝ que ex ea ĩminet pertimescat. Si itaq; illi qui non reprimũt cõcupiscẽtiam malorũ vtiq; fontẽ & fomitẽ dispẽdiũ salut incurrẽt quid erit illis qui eã assẽtatoꝝ inflãmant stimulis & quasi fomẽta vitioꝝ accẽdũt? Quid faciẽt: aut potius quid patientur qui a veritate auertũt auditũ in ãmiratiõe rerũ

Nõ verba pulchra ad opprimẽdam elationem.

cõcor. j. lib. iiij. ca. ix.

iiij. Regũ. v.

ps. xiij.

Roma. vij.

j. Johan. xij.

corruptibiliũ:& corrũpentiũ nõ claudũt oculos/man⁹ expandũt & oĩm sensuũ viuacitatẽ exercẽt? Deinde quasi diei nõ sufficiat malicia sua fallacia vni⁹:alteri⁹ fallaciã trudit. Terẽtiano siquidem verbo libẽti⁹ vtor:dũ ad cõcupiscẽtie fornacẽ succẽdendũ ꝓueniũt adulatores/& relatores:delatores/& detractores:inuidi:ãbitiosi:elati:factiosi:& supstitiosi:flagitiosi/officiorũq; oĩm ꝑuaricatores:quos qa fere vbiq; terraꝝ sũt:facili⁹ inuenire est q̃ dinumerare. Aduersus hmõi est oĩs lex:in hos oĩa iura cõiurãt & i eosdẽ q̃si in publice salutis hostes qñq; oĩs armabit̃ creatura. — Terentius.

¶ Quid adulator:assentator:& palpo:& ꝙ eis nihil pernitiosius. Capitulum.IIII.

ADulator enim omnis virtutis inimicus est:& quasi clauum figit in oculo illius cum quo sermonem conserit. Eoq; magis cauendus est quo sub amantis specie nocere non desinit:donec rationis obtundat acumen:& modicum id luminis quod adesse videbatur extiguat. Ad hec auditorum aures obturat:ne audiãt verum. Quo quid possit esse pernitiosius nõ facile dixerim. Scitum est illud lelii aut potius ciceronis. Cuius aures clause sunt veritati/vt verũ audire nõ possit:eius salus desperãda est. Quid vero infidelius est q̃ eum cui fidem debeas/circũuenire verborum blanditiis:ludibrio habitus:gestus transfiguratione:& totius vanitatis lenocinio excecatum in sordes vitiorũ impellere & precipitationis abyssum? Quid odibilius fraude & dolo:quo sub imagine amoris & fidei in simplicem & credulum:& quod detestabili⁹ est amicum/ꝑfidie & inimicitiarum nequitia exercetur? Hoc siquidem genus hominũ omnia loquẽtium ad voluptatem:ad veritatem nihil: verba oris eius iniquitas & dolus:qui etiam errantibus amicis ad eorũ subuersionem ingeminat euge euge. Quos vt pleni⁹ noueris:gnatonem apud cõmicũ vide: & quid de se fateat̃ ausculta. Negat quis:nego:ait:aio. Deniq; iperaui egomet mihi omnia assentari. Tota etenim gnatonicorum factio/comedia est. Rides:maiore cachinno concutitur. Flet si lachrymas ꝯspexit amici:nec dolet. Igniculum si brume temp⁹ poscas:accipit andromedam:si dixeris estuo:sudat. Vnde vmbritius inquit. Non sumus ergo pares:melior qui semp & omni Nocte dieq; potest alienum sumere vultum A facie iactare man⁹ laudare parat⁹ Si bñ ructauit aut si qd fecit amic⁹ Q̃d ꝑferre palã nõ possit lingua modeste. Q̃d quidẽ nõ modo amico sed ne libero hoĩe dignũ est:cũ vera & vnica libertas/in ꝟtutis

Nõ pulcherrima ꝯ adulatores. vsq; in fi. capl̃i.

Terẽti⁹ in eunucho. in. ij. satyra.

Juuenalis in iij. satyra.

speciē cadat:& turpitudo quos īficit postreme subiiciat seruituti. Hystrionē esse vel mimū infamiam ingerit his quos a tante obiectionis opprobrio nature vel persone dignitas videtur excepisse. ❡ Porro qui vultum idui̅t alienū:et varias affectuum alternat facies:īcolumitati sensuū insidias parat: & sordidas auriculis alienis colligit escas:et si hystrionē/verbo diffiteatur:eū moribus & turpitudine cōfitetur. Quod assentatoris ꝓprium est:q ad alteri⁹ viuit nutū:& anteꝗ suū ꝓferat iudiciū/de singulis expectat alienū. ❡ Ceterū palpo qui tamē assentatoris vel adulatoris censet̄ nomine/quoniā ea res multis notat̄ indiciis: hominū mentes explorat:pretemptat volūtatē:vt cui rei volueris/sensus accōmodet:vt gratiā illius cum quo agitur fraudulēter surripiat. Nouit enim de cōcursu sensuum & voluntatum vnione quasi riuulos amicitie scaturire. Idē siquidē velle & nolle:vt ait hystoricus ea demū firma amicitia est. Quid ni. Consentire suis studiis qui crediderit te / fautor vtroq; tuū laudabit pollice ludū. Cum vero presenserit voluntatem sic palpat:sic demulcet tanta suauitatis perungit gratia:vt virtuti somnum inducat/ & totā moderationis sine qua nunꝗ recte viuitur: formā lethei fluminis īfusiōe subuertat. Magnas grates agere thais mihi. Iocūdus est enim comicus et aptus:q se nugis nostris frequenter immisceat:ingentes inquit fuerat siquidem satis:si magnas respondisset. ❡ Sed quia adulatoris fraus oīa extendit in maius:& de suo aliquid adiicit vnde sibi gratiā cumulet. Ingentes inquit:sed nec mendacium erubescit. Qui enim sibi persuadere potuit:vt honestatē hominis tāte turpitudinis macula decoloraret quacunq; de causa vtiq; persuadebit: vt quod appetit faciat:si possit recte. Si nō:quocūq; modo recte. Verum qui suo nomine:vt proprie loquamur dicitur adulator:vitia cuiusq; dealbat:et ne seipsū videat oculos colloquentis quadā nube vanitatis implet:et aures falsis preconiorꝫ titulis reficit. Ait ethic⁹. Quid ꝙ adulādi gens prudentissima laudat. Sermonē indocti faciē deformis amici: & lōgū inualidi collum ceruicibus equat Herculis antheram procul a tellure tenentis. Miratur vocem augustam:qua deterius nec ille sonat quo mordetur gallino marito. ❡ Hoc autē minime videtur mirum:si perditissimi homines & quibus hic grauis morbus:& feculentus immundus sordidatur ad tātam turpitudinem possunt impelli. Sed hoc poti⁹ duco mirabile ꝙ populū qui sibi credant habeant/ qui de se magis aliene lingue acquiescat ꝗ proprio iudicio cōsciētie: dū seip-

Persi⁹ in.j.satyra. Tu vetule auriculis alienis colligis escas.

Palpo qd est

Salustius crispus.

Therē. in eunuch.j.satyra.

Iuuenalis satyra.iij.

ſum quilibet extra ſe querit: & noſſe dedignatur q̄ ſit ſibi curta ſupellex. Nihil eſt enim quod credere de ſe non poſſit: cum laudatur: non modo diis equa poteſtas: ſed quecunqꝫ anima de fermento ſuperbie intumeſcit.

¶ De cautela adulatorū: & fraude multiplici / & comitibus adulationis & ſequela. Caplm. V.

SVnt tñ qui vulgares et adulationes plebias non admittāt: vt qui nolunt vili vnguento oleove corrupto quod omnib⁹ fetet inungi cū amicoꝝ aut conuiuarū expetūt gratiam. Quid enim turpius eſt q̄ ad lenocinia hyſtrionis traſfigurare vultū: mutare habitū: motum ducere: & non tam videre aliū q̄ ſeipſum gerere hyſtrionem? Quid ineptius q̄ cum alius magno hiatu oris ad te impellēdum vanitatis ſpiritū proferat ſi tu aurium vela & latitudinem cordis ad tumorē cōcipiendum oppādas? Et quia vidētur ab omnib⁹ facili⁹ hec a pleriſqꝫ vanitatis obſequia cōtemnuntur. ¶ Verumtamē illa magis timēda: quia magis pernitioſa ſunt: que quodā cautele velamēto ſtudioſi⁹ occultanſ: & quaſi ſub imagine increpationis aut correctionis alteriusve officii aut virtutis irrepūt. Qd̄ nōnullos dū beniuolentiā īmoderati⁹ captant feciſſe reperies. Ait enī lelius. Nō ille lator legis amicitie: ſed ſuaſor belli ciuilis & furoris incentor: qui & ab aliis lentul⁹ appellaſ. Qd̄ tam lenta tuas tenuit patiētia vires Cōquerimur. deerat ne tibi fiducia noſtri? Dum mouet hec calid⁹ ſpirantia corpora ſanguis. Et dū pila valēt fortes torquere lacerti. Degenerem patiere togā regnūqꝫ ſenatus. Vſqꝫ adeo miſerū eſt ciuili vincere bello? Sic & in comediis ſeruorum calliditate domini deluduntur premiſſis increpationibus ratiōes ſuas infirmari permittūt: & tandē ſe victos ſimulant: vt & credulorum ſenum confirmēt errorem: et de proditionis perfidia gratiam aucupentur: magna ſatagentes induſtria vt ſic ſemper decipiant: vt nūq̄ poſſint argui falſitatis. Eorum namqꝫ veritas mēdacio ſeruit. ¶ Quicquid aucupes nouitatum rumuſculos congerunt eiſdemqꝫ curioſorum auribus ſatiſfaciunt: vt hac via compendioſius ad id qd̄ deſideraſ accedāt? Tēporis quoqꝫ diligētiſſimi obſuatores ſunt ne qd intēpeſtiue ingerant: ſed inter prādendū: aut cū vino quis exhilarat⁹ fuerit: aut cuiuſcūqꝫ cōpos voluptatis. Huius cautele meminit maro: c[illegible]d eneam reuocādū ſororē a didone miſſam aſſerit: q̄ ſola viri molles adit⁹ & tēpora norat. Quis aūt non rideat cū agaſo nō treſſis titulorū faſcib⁹ purpuratur: & non ſine

Cauti⁹ eſt ibi agēdū vbi maius eſt periculum.

Lelius

Lucan⁹ in primo libro.

De hoc vide ī terētio ꝛ plauto per totum.

Virgil. in q̄rto eneyð.

Persi⁹ in satyra q̃ incipit. vatibus.&c.

sanna & cachinno audientiũ dãma transit in marcũ. Pape marco spõdēte recusas. Credere tu nũmos/marco sub indice palles? Marc⁹ dixit ita est: assigna marce tabellas. ¶ Est equidē omnium captãda beniuolētia: que fõs amicitie: & prim⁹ charitat[is] p gress⁹ est: sed honestate incolumi officiorũ studiis virtutis via: obsequiorũ fructu integritate sermonis. Assit & fides dictorum factorũq; constãtia: & veritas que officiorum & bonorum omnium est fundamētum. Gratiã bonorum: sed et omniũ si fieri posset virtus appetit: sed ad eã dedignatur per sordes accedere. Nobilis vtiq; res est: & delicata: & que omne q̃d dedecet aspernat̃. Omnis etiã species/que ex seipsa nõ lucet ei suspecta est. Nũq̃d igit̃ mentitur vt placeat: nũquid bonũ dicit malum: & malũ bonũ? Nũquid amicũ q parũ san⁹ est instigat vt ampli⁹ faciat insanire? ¶ Porro cũ ois affētatio turpis sit: pernitiosior ē cũ ad subornandum vitium/psone vel nature vel dignitatis accedit auctoritas. Nēpe philosophi probabile dicũt: quod videat̃: vel oĩbus vel plurib⁹: aut sapiētiorib⁹: aut quod in propria facultate artifici. Si ergo sapientiã cuiusq;/plato cõmendet: aut socrates aristotiles acumē ingenii: cicero dicēdi copiã: mathematice studium pitagoras: metrorum varietates flacc⁹/naso facilitatem versificãdi quis ni credat? Subeunt enim citi⁹ et fortius singulos fomenta vitiorũ magnis cum subeunt animos auctoribus. His tamē sui compos animus nõ seducitur certus: quia nemo nouit quid sit in homine p̃ter spiritum hois qui in ipõ est. Vnde apud virgiliũ: cõpos sui pastor: & sapiētib⁹ & magnis viris nostri temporis doctior ait. Me quoq; dicũt vatem pastores: sed non ego credul⁹ illis. Tu quoq; preuiso si palles ĩprobe nummo. Si facis in penã q̃cq̃d tibi venit amorũ. Licet te tota vicinia modestũ dicat ac pudicũ: minime vel iurantibus credas. Memoriter tene quod paruul⁹ didicisti. Plus aliis de te q̃ tu tibi credere noli. Nõ facile dixerim vter sit prior in vitio: q linguã adulationib⁹ polluit: aut cui⁹ cor ex eis se ĩ leticiã resoluit. In hoc enĩ elatiõis cecitas/ĩ illo fraus excecandi damnatur: vbiq; vero damnat̃ dolus: sʒ & cecitas que a sup̃bia est nusq̃ absoluit̃. Esto q adulator sit nequior: iste non min⁹ contēptibilis est: nec caperet̃ lingue tendiculis aliene si nõ blãdiret̃ ipse sibi. Quid itaq; aliũ arguit adulatiõis qui sibimet adulat̃? In quo enĩ aliũ accusat/seipsũ condēnat. Eadē enĩ facit q̃ iudicat. Ve inq̃t dñs qui cõsuunt puluillos sub oĩ cubito man⁹: et ponũt ceruicalia sub capite vniuerse etat[is] Vtiq; puluillos cõficiũt q aurib⁹ parãt insidias: q vana & mollia

Mod⁹ rectus amicitie captãde seu beniuolentie.

Naso. Quicquid conabar dicere versus erat.

Virgilius.

Catho.

Romanõ.ij.

Ezechiel.xiij.

ꝯgenũt/quib⁹ sensus demulceãt:q opa cõmendant hoĩm vt eos fame pconiis & q̃dã suaui iocũditate fauoris inducãt ad quietẽ. Vsus enĩ puluinaris & ceruicalis est mollicies qetis. Puluinar ergo sub omĩ cubito man⁹ ponit: qñ nõ modo opatio:sed qcqd ei adiacet ꝯmẽdat. Caput vniuerse etat( ceruicali supponit dũ qs adulãtiũ ṽbis i toti⁹ vite opib⁹ delectat. Et alibi. Ipe edificabat parietẽ:illi autẽ liniebãt eũ. Parietẽ edificat nõ domũ qsqs in idurate mẽtis vitio prauitatẽ ꝯgerit operi. Qui i pariete solo hostiũ facit:q̃cũq; ingrediat for( est. Quicũq; i prauitate opis idurata mẽte cõuersat a sctõꝝ societate seiũgit. Edificatũ ergo parietẽ linit qsqs prauis opibus alicui⁹ adulanter applaudit. Cũ ṽo sit turpe oib⁹ adulari:lõge turpi⁹ est si in pcepte auctoritatis aut ordinis viros adulatio cadat. Adeo qdẽ vt sacroꝝ canonũ institutis cautũ sit clericos irrefragabilit deponẽdos q noscũtur adulatiõib⁹ inseruire. Recte qdẽ qa oĩs adulatio comites habet dolũ et fraudẽ ꝓditionẽq; et notã mendacii:sequelã q̃q; et ignominiã fuitutis:excecationẽ ꝓximi:& exterminiũ toti⁹ honestatis. An nõ est talis nõ mõ eiiciend⁹ a clero sꝫ a toto fideliũ cetu? Ezechiel.xiij. xlvj.dist.clericus qui.

¶ Qꝫ adulatores multiplicati sũt sup numerũ/et a preclaris domib⁹ honestos & dissimiles sui expellunt. Caplm.VI.

HEc tñ pestis iam intãtũ dño indignãte inualuit/vt si vẽtũ forte fuerit ad ꝯflictũ/verior ne modestos & bonos viros possint facili⁹ expellere q̃ expelli. serpit enĩ illusio feda & morbus cãcerosus in oẽs/vt nullus aut rarus sit quẽ labes ista non maculet. Oẽs enĩ affectant beniuolẽtiam eorũ cũ quib⁹ viuit:qđ quidẽ nõ modo licitũ est sed honestum/ vtpote oĩa que natura virtutũ parens & recte viuẽdi dux optima gignit. Sed dũ hãc affectionẽ/moderationis regula deserit fert in preceps/discurrẽsq; p oĩa agẽda & nõ agẽda/p infamiã & bonã famã/fauor( auceps gratie sollicitator incest⁹ vt cũ amicũ blãdiciis pcorruperit more meretricãtis fortunam surripiat:extenuet facultates/aliena in se congerat spolia/& suũ oĩa cõuertat ad lucrũ. Efficit ergo vt nulla sit ei molesta seruilis obsecundatio/nullũ indecẽs videatur obsequiũ: oĩum officiorum psonas induit/dũ premia oĩm fraudulenter precipiat. Qui sunt enim qui vestibus nitent/qui fastigati incedunt/ qui sequipedarum stipantur comitatu/cõmilitonũ & contubernaliũ dealbantur obsequio/q primis salutationibus in foro gloriantur:qui primos recubit⁹ habẽt in cenis:quoꝝ aures mulcent fomento prenominum:& quibus nobilium molles reserãtur auricule/quos Nõ honores adulatorum.

fortune gratia alarum suarum remigio ad sublimia subuehit & extollit: & a quibus quelibet magna domus dispositionis sue formulam trahit: & habitum mutuatur? Nempe adulatores: qui alienum viuũt ad nutum: dum eos fraudulenter emungãt. Veritas aspera est: & plerũq; molestiam parit: dum aliquem palpare dedignatur. Verum amaritudo eius vtilior est & integris sensib⁹ gratior: q̃ meretricantis lingue distillans fau⁹. Meliora sunt siquidem salomone attestante amici verbera: q̃ fraudulenta oscula blandientis. Quid ni? Fides enim semper perfidie antefertur. Non manet fides incolumis: vbi aliud agitur & aliud simulatur presertim animo & voluntate nocendi. Dicitur enĩ fides (si sequimur stoicos) eo q fiat quod dictũ est. Lux mea: salus mea: refugium meũ: cor meum: & vita mea: dux inuicte: viuentium sapientissime: omniũ largissime & benignissime: viuẽdi forma: virtutis speculũ: & cetera huiusmodi importune ingesta: nonne plena sunt non tam adulationis vitio q̃ veneno? Sunt enim qui nec scurrantis speciẽ vitant cum amicitiã profitentur. Venena (inquit sapiens) non dantur nisi melle circumlita. Nulleq; occultiores sũt insidie q̃ he que latent in simulatione officii: aut aliquo necessitatis nomine cum obsequium presentas/amicitiam suspicaris: mentiris affectum: insidie sũt. Nec vt est in fabulis quoniam & mendacia poetarum seruiunt veritati. Iuno semelem deceptam in incendium non impulisset si non esset nutricis induta faciem/& mẽtita affectum. Tibi credis impendi famulatum: extreme & miserrime subiiceris seruituti. Nam cum facilem distillat in aurem exiguũ de nature vitiiq; veneno: dispeream ni submoueat omnes qui vera loquuntur. Dedignati assentationis subire notã: limine submouentur: & bene si nõ iudicatur inimicus/qui potẽtis amici voluptatib⁹ etiam turpiorib⁹ non modo contradicit: sed etiam nõ cõsentit? Equidem nec cõsensus ad grãm sufficit approbare: ꝯmendare: applaudere insaniẽti necesse est. Cũ omnia malefecerit laudandus est quasi re bene gesta: Sicut enĩ idẽptitas voluntatũ amoris est iudiciũ: sic ex dissẽsu/inimicitiarũ quisq; re⁹ arguiť. Proinde satyric⁹ iquit. Quid faciã rome: mẽtiri nescio: librũ Si malus est nequeo laudare & poscere mot⁹. Astrorũ ignoro: funus ꝓmittere patrĩ. Nec volo nec possũ: ranaꝝ viscera nũq̃ Inspexi/ferre ad nuptã q̃ mittit adulť Que mãdat norũt alii/me nemo ministro Fur erit atq; ideo nulli comes exeo: tãq̃ Mancus & extincte corpus non vtile dextre. Fugio ergo vrbẽ tantis ob-

Prouerb. xxviij.

Fides quare dr̃ ẽm stoicos.

Iuuenalis.



ſcenitatib⁹ plenam:adulatorum veneficio toxicatam:ſuis adu-latoribus dereliquo. Viuāt arturius iſtic & catulus/maneant q̄ nigrum in cādida vertunt. Nec tamē vnius vrbis tantum vitia depingi credas/iam totius orbis ſunt. Quod ad iſtud? vrbē ro-manā crede. ¶ Memini me audiſſe romanum pōtificem ſoli-tum deridere lūbardos:dicens eos pilleum omnibus colloquen-tibus facere:eo ꝙ in exordio dictionis beniuolentiam captēt:& eorum cum quibus agitur capita quodā cōmendatiōis demulce-ant oleo. Fili mi (iquit ſalomon) ſi te lactauerint peccatores:ne acquieſcas eis/ipſi eni cōtra ſanguinē ſuū inſidiant̄:& moliunt̄ fraudes cōtra aīas ſuas. Prohibe pedē tuū a ſemitis eorum:pe-des eni eoꝝ ad malū currunt & feſtinant/vt effundāt ſanguinē.

Lumbardi in ꝑncipio narrationis captāt beniuolētiam cōmendantes eos quibus loquūtur.

Prouerb.i.

¶ Fraudē adulatorū in initio vitandam:et ꝙ muneribus / aut obſequioꝝ difficultate validiſſime procedit. Capitulū. VII.

Ecce vir ſapientiſſim⁹ in filio erudiēs vniuerſos:aſſentatorum gratiā omnibus ſuſpectā reddit. Omnes deterret:& hoc quidē in initio. Eo forte ꝙ recte gradientem primus adulatorum congreſſus impugnat. Hec fortaſſe meretrix eſt: cuius indicit fugam. Fauus iquit diſtillās labia meretricis:& nitidius oleo guttur eius: nouiſſima autem eius quaſi abſintium:amara et acuta quaſi gladi⁹ biceps: pedes illius deſcendūt in mortem/& ad inferos greſſus eius penetrāt: per ſemitam vite non ambulant:vagi ſunt greſſus eius et inuestigabiles. Nunc ergo fili audi me: & ne recedas a verbis oris mei. Lōge fac ab ea viam tuā: & ne appropiques forib⁹ dom⁹ ei⁹. ¶ Hec & ſi ad ſectam hereticorū cenſeant̄ precipue referēda:ab adulationis fraude non aliena ſūt. Si ergo ad fores dom⁹ eius non licet accedere: nunquid admittenda eſt in ꝑcordia pectoris? Ceterum cum multiplex ſit vitium adulandi: aliis vultu/ aliis verbo:aliis opere vel munere aſſentantibus: efficaciſſima eſt adulationis fraus/ cum ſimulationem confirmant munera/ aut ei difficilius obſequium conteſtatur. Si aliter credis q̄ te tua tempora fallūt. Qui ſtipe mel ſumpta dulcius eſſe putas. Probatio ſiquidem vere dilectionis eſt ſub huius tempeſtatis corruptione frequentatio muneris: ars artium eſt ſi placere vis frequenter dato. Si calidum ſcis ponere ſumen:ſcis comitem horridulū trita donare lacerna. Alter mercuri⁹ eris ei & ſi vis amplius es apollo:pheboq; pulchrior & ſorore phebi. Nec eſt quod de ſuffragio ipſius dei deſperes:quem munerib⁹ paſcis. Alimēta ſiquidē vmbratilis gratie & nominis ꝓſtituti/munuſcula ſūt

Prouer.v.

Vn̄ Ouidi⁹ de arte. Munera crede mihi capiunt hoīeſq; deoſq; ꝛc.

& nisi fuerint frequētata/amicitie nomē interimūt. Frustra de muneris q̄titate presumitur nisi animā cupiditatis igne succensam: crebre visitationis refrigerio temperes: & auaritie iugem esuriem frequenti beneficiorum interpolatione demulceas. Aquilarum dicitur esse natura: vt cū stomachū pleniori refectiōe ingurgitauerint: in qntūdecimū diē vel vt aliis placet: in q̄dragesimū suspendūt esuriē: oblatorū ciborū copiam aspernantur vna saturitate cōtente. Sane longe alia conditio diuitū: immo eorum qui venalem prostituunt gratiam. Magis enim aliquatenus accedunt ad homines qui necesse habēt quia crebro esuriūt crebro refici: vix possūt collectam esuriē in diem quadragesimum protelare quin indignentur amicis si nō auaritie hiatum oppleuerint. ¶ Solebāt antiquitus gratiarum simulachra effigiari nuda eo q̄ soliditas amicitie & veritas fidei/ sine qua nec gratie quidem nomen subsistit: nullo simulationis fuco valeat obūbrari. Sed iam cū ad homines ventum sit: qui nō amicos/ sed seipsos in singulis amant/multiplicitatis fucus vt placeat necessarius est. Apud istos enī gratia: quia gratis nō est: iā nō gratia: lucri mercatoriū est. Facies siquidē meretricis facta est ei: nec quodcūq; vitium erubescit: dum lucri tendit ad questum. Vetus querela ē sapientis indignum amicitie lugentis occasum. Illud amicitie quondam venerabile nomen? Prostat & in questu pro meretrice sedet. Quod ex eo constat q̄ si cesset vtilitas/rarus aut nullus est qui propter se virtutem amicitie colat. In tot circulis seculorum: in tanto etatū lapsu: in tanta multitudine & differētia personarum vix (vt ait lelius) tria īueniūtur aut quattuor paria in amore: hoc ipsū arbiter noster ingemiscit: & si alterius videatur induisse personā. Ait enim. Nomen amicitie si quatenus expedit heret. Calculus in tabula mobile ducit opus. Cū fortuna manet vultum seruatis amici. Cum cecidit turpi verticis ora fuga Grex agit in scena nimium pater ille vocatur. Filius hic nomen diuitis ille tenet. Mox vbi ridēdas inclusit pagina partes. Vera redit facies dissimulata perit.

Aquilarū repletarū natura: est in dies xv. vel xl. ieiunare.

Simulachra gratiarū effigiebant nuda

Ouidius.

Lelius.

¶ De mūdana comedia vel tragedia huius. Caplm. VIII.

ET quidē eleganti vtitur similitudine: quia fere quicquid in turba prophane multitudinis agitur comedie/ q̄ rei geste similius est. Milicia est (inquit) vita hoīs super terram. At si nostra tēpora propheticus spiritus cōcepisset diceret egregie: quia comedia est vita hoīs super terrā: vbi quisq; sui oblitus psonā exprimit alienā. Sed forte eo pro-

Job. vij

phetic tēdit oraculū vt eos quos nōdū terra absorbuit doceat iugiter militare. Nā qui captiui vitiorꝫ ipulsu trahunť ad penā sicut bos imoland⁹ ad victimā/ abeūtes post cōcupiscētias suas: & si corpe videāť ihabitare superficiē terre: viui tñ absorpti sūt & descēdūt in ifernū viuētes. Et si aliū orationis sequimur tropū terrā vsqꝫquaqꝫ inhabitāt: quorum cōuersatio mīme in celis est:nec sibi sciūt aliquid in celo esse:et id dūtaxat affectāt aīo qđ cernitur super terrā. His quoqꝫ milicia iugis indiciť/quib⁹ vt ad fabulas redeam⁹:nec vnda tātali:ticii vultur:rota hixiōis:belidū vrna:saxū sisiphi deest. Dū voluntas mundo iplicita nequit implere ꝓpositū q̄diu peregrinatur a dño. Istorꝫ vita militia/et certe malitia ē. Qđ si abhorres:alia iterp̄tatiōe doceberis:qa vita hois super terrā tēptatio est: q̄ si ꝓprietatem nois sequimur: mali frequēti⁹ habet notā. In hac vtiqꝫ temptatiōe vł malitia:licet sibi septē milia virorum dñs reseruauerit:fere tot⁹ mūd⁹ ex arbitri nostri sentētia numerū videť implere:ad comediā suam quodāmō respiciens:et quod deteri⁹ est eo vsqꝫ comedie sue insistūt:vt in se cū op⁹ fuerit redire nō possint. Vidi pueros tā diu balbuciētium vitia imitari:vt postmodū nec cū vellent recte loqui potuerūt. Vsus enī(vt ait qdā) dediscíť:et cōsuetudo alteri nature assistit:quā licet expellas furca tñ vsqꝫ recurret. Vnde & ethic⁹ prouide quidē & vtiliter. Optimā inquit viuēdi ꝯsuetudinē ab ineūte etate elige/ eā tibi iocundā vs⁹ efficiet. Magnorꝫ ꝓde virorꝫ sens⁹:secularis hec expugnat comedia:varia figura tēporū actuū q̄dā varietas est. Porro actib⁹ fortune desuiūt dū in eis fortune iocātis lud⁹ ipleť. Quid ei aliud ē:ꝙ nouū quēlibet & ignotū nūc āplissimo īduit potētatu:& i regni fastigiū erigit: nūc aliū purpuratū āteq̄ natū/ de regni culmīe in cathenas hostiles ꝓiicit:& suituti addictū i miserias extremas p̄cipitat: aut ꝙ freq̄uēs est nō mō tyrānorū:sed & p̄ncipū sāguīe ifimorꝫ hoim:aut etiā viliū seruorꝫ ifames cruētat gladios. Si fortuna volet (inqt) fiet de rethore ꝯsul. Si volet hec eadē fiet de cōsule rethor. In eoqꝫ vita hoīm tragedie q̄ comedie videť similior ꝙ oīꝫ fere tristis est exit⁹. Dū oīa mūdi dulcia q̄ntacūqꝫ fuerit amarescūt & extrema gaudii luct⁹ occupat. Q̄ātūlibet i viis suis iniq floreāt:& ꝓsperorꝫ ꝯcursu inaurētur:eis ad nutū fortuna fuiat: subuertet in fine gressus eorū:& tandē amara erit q̄si absinthiū Quare (inqt beat⁹ iob) impii viuunt? subleuati sunt cōfortatiqꝫ diuitiis. Semen eorū permanet corā eis/ propinquorum turba/& nepotum in conspectu eorum. Domus eorum secure sunt

Tropus est mod⁹ loq̄ndi.

Job.vij.

Juuenalis in vij. satyra.

pver 14 b.

Job.xxj.

& pacate:& non est virga dei super illos. Bos eorum cõcepit:& non abortiuit:vacca peperit: & non est priuata fetu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum:& infantes eorꝝ exultant lusibus:tenent tympanũ & citharam/& gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos:& in puncto ad inferna descẽdunt. Quis leticie precedentis exitus potest esse amarior:aut felicis vie infelicior finis? Hec est enim via illorum qui in labore hominum non sunt:neqꝫ cum hominibus flagellantur: vtiqꝫ deiecit eos cõsilium domini/dum alleuarẽtur. Et siquidem hec potius asscribẽda sunt omnia q̃ fortune/que ab ipso est:aut quod magis reor omnino nõ est. Ait namqꝫ ethicus. Noli fortunam

Homerus. que nõ est dicere cecam. Homerus quoqꝫ in illo celeberrime perfectionis opere dedignatꝰ est nosse fortunam:adeo quidem vt in nulla parte tanti carminis nominetur. Maluit enim soli deo

Moypan. quem moypan nominauit vniuersa regenda cõmittere:q̃ vt aliquid asscriberet temeritati fortune:quam vtiqꝫ sic constat mini-

Fortuna ceca. me esse deam:sicut certum est dici & pingi cecam. Frustra ergo cecitas eius arguitur:que in natura rerum inueniri non potest. Vnde & casus nunc esse conuincitur:si cum quis improuisum

supra.lib.ij.c.j euentum esse diffiniat:cum nihil fiat cuiꝰ ortum legittima cau

Job.v. sa & ratio non precedat:& fidelis concionator nihil in terra doceat fieri sine causa. Verumtamen quia preter intentionem gerentium aliqua/nonnulla contingunt preter opinionem:casus appellatione clauduntur:licet eque disponentis ratione preuisa sint:sicut ea que lege nature necessitatis nexibus videntur arctata. Proinde & hec ipsa contingentia primeue omnium cause sic esse constat annexa:vt ad eam omnia referantur:& pro mea opinione hec ipsa ad positionem omnium que sunt/necessario consequatur. Ridebunt forte prudẽtiores insipientiam meam qui domini esse ad existentiam omnium sequi cõsentio:sed ab

Peripatetici. effectu causam inferri:vel probabiliter me peripatetici docuerũt. Porro doctores fidei eã ex oĩbus cãm necessario inferũt ex qua oĩa/ꝑ quã oĩa:& in q̃ sũt oĩa/& sine q̃ factũ est:aut subsistere põt nihil. Qꝫ ergo aliqd fortune videmur asscribere ei: nequaq̃ preiudicat. Sed quia nobis ad homines sermo est hominũ verbis vtimur:pingui vt prediximus minerua agentes de singulis de nullo subtilem reddentes rationẽ. Qꝫ si hoc ipsum patienter admittitur:ea que a philosophis gentium publice vtilitatis gra

Roma.xv. tia scripta sunt:audiri non prohibet: quecũqꝫ enim (inquit) scripta sunt/ad nostram doctrinam scripta sunt:vt per patientiam

& cõsolationem scripturarum spem habeamus: dum enim pax abest filiis adam qui ad laborẽ nati sunt: parati ad flagella: concepti in peccatis: editi in labore: nõ tã eũtes q̃ currẽtes in mortẽ qua nihil tristius est: necessaria est patiẽtia: vtilis cõsolatio que de oleo leticie in consciẽtia: & de immẽsitate clementie dei predestinatos ad vitam/spe futurorum fouet & roborat. O custos hoĩm (iqt) beatus iob humani generis calamitates in se exprimẽs. Quare posuisti me cõtrariũ tibi: & factus sũ mihimetipsi grauis? Nemo siquidem est qui exigẽtibus culpis in seipso non inueniat causas materiãq; doloris: cũ ipsius testimonio philosophie vnicuiq; contingat adesse quod nollet: vel abesse quod vellet. Vnde & fidelis anima: cui vere beatitudinis gaudia differũtur: cũ inferiori irriguo irriguũ superius petit. Vt ergo gentilium figmẽtis pium accõmodem⁹ auditum: rerũ omniũ tragicus finis est: aut si nomẽ comedie gratiosius est. Non duco cõtentionis funem dũ constet inter nos quod fere tot⁹ mũdus iuxta petronium exerceat hystrionem. Quod & quidam tẽporis nostri scriptor egregius infideliũ tamẽ verbis eleganter expssit Ridiculos hominũ versat sors ceca labores. Cecula nostra ioc⁹ ludibriumq; deis. Huius itaq; tam immẽse tam mirabilis & inenarrabilis tragedie vel comedie theatrum quo peragi possit ei mirabiliter coequatur. Tãta est area eius q̃ntus & orbis. Difficilimum est vt quisq̃ admittatur exclusus vel emittatur inclusus: dũ carnis gerit luteũ indumẽtũ. Eã qppe tãta subtilitate necesse est exui: vt p foramen acus possit sine omĩ attritiõe trãsiri. Aliogn integer nemo egredif: forte ideo quia capacẽ hãc areã stix nouies interfusa coerceat. Vidi (ĩquit) ecclesiastes cuncta sub sole: & ecce stati oĩa vanitas eo q̃ oĩa q̃ a solido veritatis statu recedũt vanitati que nostrã comediã deceat subiecta sũt. Vanitati enĩ subiecta est creatura nõ volens. Licet autem nouem orbibus siue globis potius sedium nostrarũ habitatio tota clauďatur: omnib⁹ tamẽ quandoq; egrediendũ est: omnesq; caron ille inexorabilis/vetusta sui tẽporis naue traiiciet. Omib⁹ quoq; succedẽt alii: & sic transiẽs homo manet in specie/ queadmodũ aqua pretereunte/notus amnis manet in flumine: vbi sunt (inquit) viri potẽtes ab initio sciẽtes bellũ: aut qui in auibus celi ludunt: & thesaurisant sibi aurum in quo confidunt homines: iũgentes agrum agro & domum domui vsq; ad terminos loci: & non est finis possessionis eorum. Statimq; subiecit: quod vsu & assiduitate iam omnibus persuasum est. Hi ad inferos descen-

Filii adam.

Patiẽtia in omibus est necessaria.

Job.vii.

Tragedia qd est.

Comedia qd est.

Petronius.



Ecclaistes.i.

Baruch.iii.

derunt:& alii in locum eorum successerunt. Verumtamen bene cum egrediẽtibus agitur:qui non ab hoc fortune ludo transferũtur eiitiendi in tenebras exteriores vbi erit fletus & stridor dentium:& qui ab aquis niuium quas sanct⁹ iob cõmemorat ad calorem nimiũ minime transeunt. Bene cum illis agitur qui suos expectãt elysios quos pñtia sua iustitie sol ver⁹ illustrat. Sed qd est ꝙ elysios cãpos a mutabiliũ rerũ septis verbis excludo? Certe ꝑ parte inclusi sunt/patẽtes in latitudine bonarũ mẽtiũ quib⁹ a patre luminũ datũ est:vt in noticia & amore boni toto sui agitatu versent. Vñ ethic⁹ inqeto extra se ineptã beatitudinẽ inquirẽti. Q̄d queris vbiq; est. Est vlubris anim⁹ si te nõ deficit equ⁹.

Job.xxiiij.

Elysios. cãpi sunt de qbus Virgil. ait. Quis elysios miret grecia cãpos. et vide .j.li.viij.c.xxv

¶ Q; mundus suos habet elysios:& eadẽ fides est nostri tẽporis & precedentiũ patrum:& virtutis cultores inspectores sunt theatri huius:& de virtute quã adepti fideles ex fide & vmbra qua nõ omnino caruerunt fideles. Capitulũ.IX.

Mundus igit̃ suos habet elysios:soleq; suũ:& sua sydera nouit. Virtus siquidẽ solaris quidã radi⁹ est:a fonte claritatis oĩbus datus in vsum/& qui oĩa que attingit claritate sui facit eximia. Inde est ꝙ etiã illi quos huius radii venustas/quasi repcussa specie sui/ videt̃ afflasse:statĩ in subiectorũ cõspectu clarescũt/fiuntq; quodãmodo virtutis titulo gloriosi. Absit enĩ vt quisq̃ vere sit gloriosus nisi q in dño gloriat̃. Non enĩ q seipsum aut quẽ homo cõmẽdat/ille ꝓbatus est:sed quẽ deus cõmẽdat. Q̄d vtiq; vera & sola virtus meret̃: non q̃ntacũq; virtutis imago:hanc autẽ esse arbitror quicquid in moribus egregium/de nature beneficio:& exercitio mentis/citra gratiam/philosophi sibi repromittunt:eoq; ipso euanuerunt in cogitationibus suis de libero confisi arbitrio:& dicentes se esse sapientes stulti facti sunt:stultiq; apparuerũt. Vnde ethicus:satis est orare iouem qui donat & aufert:det vitã:det opes animum mihi egoipse parabo. Alius quoq;. Nullum numen abest:si sit prudentia:sed nos Te facimus fortuna deam celoq; locamus. Catho quoq; licet verum nõ agnouisset deũ/ gentiũq; superstitionibus aberraret: in libia tamen/iouis quem colebat cõtempsit oracula:se ad ea que sibi gerenda erant sufficere arbitratus. Et quidem etiam ipsa imago virtutis suam quãdam habet venustatis decorisq; claritatem:vt quicquid in ea cernitur: eius merito venustũ credatur & decorum. Non tamẽ vsquaq; decorum est quod in tenebris ignorãtie obscuratur:nec potest quisq̃ clarescere nisi in fide illi⁹ qui lux vera est & illuminat om-

Virtus qd est

2.cor.10.d

Ecclesiastes.j.

Roma.j.

De cathone q̄ cõtẽpsit iouis oracula.

Johan.j.

nem hominem venientem in hunc mundum. Ex quo patet ꝙ nisi in veri dei noticia & cultu: vera virtus esse non possit quod & visio ezechielis non tacuit. Quia enim qui precedebant: & sequebantur christum: eandem confessionē esse asseruit. Sanctorum quippe veteris & noui testamenti in eo distinguitur fides: ꝙ isti iam sibi gaudent impleta que illi expectabant & desiderabant implenda. Sit ergo venerabilis imago virtutis: dum sine fide & dilectione substantia virtutis esse non possit. Et vtinam inueniatur in nobis q vel virtutis imaginē teneat. Quis enim virtutem amplectitur ipam? Quis etiam vmbras virtutum induit quibus videmus floruisse gentiles licet eis subtracto christo/vere beatitudinis nō apprehenderint fructū? Quis temistodis diligentiam/frontonis grauitatem/cotinentiam socratis/fabricii fidem/innocētiā nume/pudicitiam scipionis/longanimitatem vlixis/cathonis parcitatē/tyti pietatem imitatur? Quis non cum admiratione veneratur? Probitas siquidem laudatur & alget. Porro predicti & consimiles magni qdē & laudabiles viri: quasi quedam seculoꝝ suorū sydera splenduerunt illustrantes tēpora sua: preambuli coetaneorū suoꝝ in id iustitie & veritatis quod dispositione diuina illuxerat eis. Sic quoqꝫ in successionib⁹ fidelis populi nūq̄ humano generi ad noctis sue tenebras/cecitatisqꝫ molestias depellēdas: sua sydera defuerunt: viri quidem virtutis titulo nobiles: magnorūqꝫ operū fulgentes insignibus quorū exēplis ad cultū iustitie semper alii prouehātur. Nōne abel innocentiā docuit: enoch mūditiā actionis? Quid de lōganimitate spei & operis nō habuit noe? Quid de obedientia fideliter implēda defuit abrahe? ysaac cōiugii castimoniā instruit: & iacob laboris tolerantiā ostēdit. Ioseph fratricidas frēs boni retributione remunerat eoqꝫ docet a bonis bona ꝓ malis tribuenda. In multis milib⁹/increduli idurati & dn̄i semꝑ exacerbātis populi/moysi māsuetudo ostēdit: & iminētib⁹ aduersis cōfidētis iosue magnanimitas declarat. Iob patiētie indicit exēplū & preambul⁹ grē baptista saluatoris/dn̄ pn̄iaꝫ predicat & vitiis indicit fugā/confessionē erigit veritatis/& ad increpationē iniurie & ꝯdēnationē iniqtatis/oīm fideliū liguas excitauit. Quid noui testamēti referā pr̄es/quorū exēpla sūt disciplina morū/& rectissima instituta viuēdi? Hi qdē sunt in septē milib⁹ viroꝝ: quos sibi dn̄s reseruauit: vt nō curuarēt genua sua an̄ baal: aut cuicūqꝫ vanitati ꝓstituāt aīas ꝓciosas. Hi sūt q inter insensatos habent insani: qa aliene insanie nolūt esse ꝑticipes/

Nō singulares virtutes antiquorum gentilium.

Iuuenalis in j. satyra.

Nō singulares virtutes patrū veteris testamenti.

Cōmendationes ꝛ retributiones patrū noui testamenti.

& finem sine honore creduntur habituri: quia dignitatẽ nature mũdani hystrionis habitu polluere dedignãtur. ¶ Hi sũt forte qui de alto virtutum culmine theatrũ mundi despiciunt: ludũq; fortune cõtemnentes: nullis illecebris impellunt ad vanitates et insanias falsas. Hi iam in suis gaudẽt elysiis: ad vtilitatẽ suã vidẽt plurima / & ad eã omnia visa retorquent. Cũ enim fidelis anima exaltatur a terra: tunc demũ oĩa trahit ad seipsã. Speculant isti comediã mũdanã cũ eo qui desup astat vt hoĩes actusq; eorum & volũtates indesinenter prospiciat. Cũ eni omnes exerceant hystrionem aliquem necesse est esse spectatorem. Nec queratur aliquis / motus suos ab aliquo nõ videri cum in conspectu dei agat angelorũq; ei⁹ paucorumq; sapientum / qui & ipsi ludorum istorũ circẽsium spectatores sũt. Erubescat potius si quis in tanta luce indecẽter moueatur & se totum exercitatione inimica deuenustet.

Ludi circẽses

¶ Q sibi persone coaptãtur et depreciant dissociate. & de cleopatra Augusto / & scipione / & q romani dediti sunt vanitati / & quis finis adulatoris. Capitulum. X.

CEterum in hoc fortune ludibrio persone sibi inuicem coaptãtur: & si altrinsecus diuertãt totius actus facies imutat: vt si glicerium tollas aut pamphiliũ. Sublato enim alterutro nomen alteri⁹ perit: & si cũ amãtibus suspiciosum senẽ tollas: nullus est aut inutilis omnino dauus. Hinc est illud. Fortis in armis cesareis labienus erat nunc transfuga vilis: cum duce priuato terras atq; equora lustrat. Si eni personas que sibi assueuerũt sibiq; faciũt decretũ fortune dissocies: fit plerumq; vt vtraq; ad omnia agenda sua videat inepta et quasi exclusa ratiõe officii depreciat. Fracta sũt lenocinia cleopatre: ex quo nec iuliũ iuenit nec anthoniũ. Equidem orbis victorem cesarẽ donis flexit: & inuicti viri insuperabilẽ animũ meretrici⁹ decor & prostituta facies superauit. Vnde lenocinii eius sollicitudinẽ poeta exprimẽs adiecit: vult⁹ adest precib⁹ faciesq; incesta perorat. ¶ Cũ vero iulius reb⁹ humanis exempt⁹ esset / que romani imperatoris fuerat coniugio gloriata: principis romanoꝝ ausa est affectare seruitutẽ / nec frustra / cũ ad omnia paratum inuenisset anthoniũ: putabat eni ad cesareã gloriam sibi nihil defore / si lectũ eius ascẽderet: qui successor rerũ põpei: & vt simulabat iuris cesarei: magis de temeritate fortune q̃ de virtutis conscientia confidebat. Porro cum ad sollicitandũ augustum muliebris impudicitie audacia accessisset spe sua fru

Glicerium. Pamphiliũ.

Lucanus.

Cleopatra superauit cesarẽ victorẽ orbis.

Lucan⁹ in .x.

Cleopatra superauit anthonium.

Cleopatra nõ potuit superare octouianũ.

ſtrata/amorem honeſtatis reputauit iniuriam:caſtitati nomen dedit ſuperbie / bellūq; credidit indicēdum ei quem iulio ceſare expertafuerat fortiorē. Omnes nocendi artes experta eſt tandemq; capta et prouoluta ad pedes auguſti etiā tūc ſollicitauit oculos ducis. Sed fruſtra quidem. Nā pulchritudo eius infra pudicitiam principis fuit. Quod vbi deſperata ſe ad triumphum victoris prenouit ſeruari incautiorē nacta cuſtodiā egreſſa ſe in mauſoleū recepit:ibiq; nobiliſſimis ex more īduta cultib⁹:odoribus cōquiſitis: ſolioq; diuitiis vſq;quaq; referto/ſe iuxta ſuum collocauit anthoniū: & māmillis veniſq; ſuis apponēs aſpides ſic morte quaſi ſomno reſoluta eſt. Pſilli ſiquidem auguſti mandato adhibiti:qui maliciā veneni ſolēt linguis educere eo ꝙ ſero vocati eſſent opem ferre non valuerūt. Digna quidē ſic perire meretrix venenoſa nacta mores corrūpere/ nobiliūq; virorū pudicitiā expugnare. Profecto antea regib⁹ īperauerat poſtmodū miſera:nec miſerabilis ſibi forte tragicū ſed romano īperio qđ ſubuertere moliebaẗ, finē comicū fecit. Inter cetera clarioribus auguſti titulis cōnumeraẗ ꝙ in tāte peſtis ꝯgreſſu māſit inuict⁹. Verūtñ in ſcipione affricano aliqd nō inferi⁹ inueniẗ:qui poſt ſingularē de hanibale victoriam ſingularis continentie inſigne preconiū meruit. Hanibal nāq; romanoruȝ cecidit exercitum vſq; ad hoſtium ſatietatem: et donec preciperet militi ſuo vt vel ferro parceret. De ceſorum cadaueribus in torrēte vergello pons ſolidus factus eſt victoris iuſſu. Duo modii anulorum cartaginem miſſi ſunt: vnde martem ſuum libie preſidē aureo clipeo ob inſignem victoriam honoraret. Eſſetq; ꝓculdubio tūc roma diem vltimum habitura:ſi hanibal quēadmodum vincere ſic & victoria vti ſciret. In vindictā iſtorū a ſenatu miſſus eſt ſcipio affricanus:qui a pireneis mōtib⁹ ad columnas herculis & occeanū vſq; tanta felicitate ꝓuinciam recuperauit amiſſam vt vix ſciatur citius an facilius vicerit. Qui etiā captiuos pueros & puellas egregie pulchritudinis reſtituit barbaris: nec in conſpectum ſuum eorum quēpiā venire paſſus eſt:ne quid de virginitatis integritate ſaltem oculis delibaſſe videretur. ¶ Qualiter ei hanibal ceſſerit et manifeſtam victoriam/nota in puppi pretoria laurus polliceretur:ſcriptor belli punici titus liuius refert. ¶ Ceterum in tanti triumphi gloria quid illo ciue modeſtius/qui in tanto ſucceſſu ſe nec dominum nec victorem ab aliquo/niſi ab hanibale/pauciſq; complicibus/ qui equas conditiones pacis rupto federe/frauduleter abiecerāt/paſſ⁹ eſt ſalutari?

Mors cleopatre.

Interfectio victorie hānibalis iuxta cauernas.

Clipeū aureū factū marti libie pſīdi ob inſignē victoriā

Pirenei montes.

Columne herculis.

Nō virū nulla inani gloria cupidum.

Eos quoq̧ qui castigati/ nõ obtẽperabãt prohibentis imperio/ quasi adulationis reos & publice salutis hostes/ab exercitu exterminari iussit/cum tamẽ gens eneadũ hanc molliciẽ aurium nõdum exuerint quin adulationib⁹ delectent. Cum vero ab initio grauissimi fuerint in quo troiane lenitatis originẽ precipue diffitent eos hoc vitio cõtinue laborasse hystorianũ celebre testimoniũ est. Inde est illud. Roman⁹ omnis aut adulatione corrũpitur:aut corrũpit. Certe si non verbis:possunt oĩs fraudulẽtis muneribus⁹ expugnari. Et quos munuscula nõ deiiciunt:honoribus capiũt. Vrbis auspicia sacrilegio patricidii et fratrũ sanguinis cruore numinibus suis/romulus consecrauit. Deinde lemuribus infestatus honore vano/simulata cõicatione imperii/ fratrem placauit occisũ: suos quoq̧ imperatores quos de more romanus populus fideliter iugulabat: deificauit fidelius inani solatio perfidiã pretexẽs manifestã perinde ac si sorbicimculas ei quẽ perimerat ministraret:eosq̧ mentiebant in sortẽ trãsisse numinũ ac si celo suo mũdoq̧ regendo/nisi tyrãnis ascitis/oĩpotentis nõ sufficiat manus. ¶ Facti sũt ergo diui indigetes/aut (vt aliis placet) heroes:quos nec etiã hũana sorte dignos romanorũ perfidia reputauit. Tractũ est hinc nomẽ/quo principes/ virtutũ titulis et vere fidei luce presignes se diuos audeant:ne dum gaudeant appellari/veteri quidẽ consuetudine etiã in vitio et aduersus fidem catholicã obtinente. Si vero veniatur ad verba in eo iã roman⁹ grecorũ perfidiam antecedit:qui eo vsq̧ adulandi lenocinia docuit:vt a docili populo facillime trãseat ad voces quib⁹ mentimur dñis dum eorum singularitatẽ honore multitudinis decoramus natio hec inuenit:et ad finitimos posterosq̧ sui nominis auctoritate trãsmisit. Si quando queris/ illud tibi tẽpus occurrat quo gaius cesar exuens nescio an perficiens dictatorem:oĩa factus/omnia occupauit. Illius certe tẽporis mihi sepe occurrit imago cũ ad potentioris nutum subiectorum oĩa tam res q̃ vota disponãtur: & licet animo reluctãte/in seipsos parati sunt exilii aut mortis dictare sententiam. Hinc quippe potestas terribilis. Hinc angentis & vrentis conscientie stimuli/meticulosa corda cõcutiũt/& precipuã in oĩbus sibi vẽdicãt auctoritatẽ. Adeo quidem vt sacerdotes legis diuine precepta dissimulẽt:sapientiã nesciant seniores: iuris sit iudex ignar⁹/p̃latus auctoritatis nescius:discipline subiectus/libertatẽ cõtẽnat ingenu⁹:totus deniq̧ populus quietẽ & pacem Dũ eni oẽs viu⁹ presidẽtis volũtate ferũtur:.vniuersi & singuli

Contra romanos.

ff. de re. diui. l. s

Romani q̃re & qualiter vocauerunt se diuos.

Gaius cesar.

Oĩa bona singulariter perdũtur propter tyrãnidem.

suo priuatur arbitrio. Nõne hec erat facies tẽporis qñ sedere pa tres cẽsere parati. Si regnũ: si templa petat iugulũq; senat⁹ pas surasq; infanda nurus. Eoq; solo bene cũ ciuibus actũ est ꝙ cesar plura iubere erubuit q̃ roma pati. Nõne tyranni opinio ad tyrã nidis transiit successores dũ suspicãtur ꝙ leges a se malint tolli q̃ ab humilibus obseruari? In eo libertatis seruatur vmbra/si se quisq; qđ precipiť simulat voluisse/facitq; inmoq; videť facere de necessitate virtutẽ: dũ necessitati iũgit cõsensum: & qđ incũ bit gratãter amplectitur. Hic porro nulle sunt ptes vere/aut in genue libertatis: vbi adulatio totum sibi vẽdicat: vanitas totũ: nihilq; veritati relinquiť aut virtuti. Adulationẽ vero sine do lo esse nõ dubites: cũ in adulatorũ persona de se cõfiteať gnato: quia cũ maxime decipio tũc triumpho. Sicut enĩ finis oratoris est persuasisse dictione/medici curasse medicina: sic adulatoris finis est suauiloquio decepisse. Nam & fistula dulce canit volu crem dũ decipit auceps: & venena ꝓpinãtur melle circũlita quo citi⁹ noceãt. Verũ nõ est in medico semper releuetur vt eger: & finem suum qui in altero est orator non semper assequitur. Sic adulator quidem nõ semper decipit aut de amico triumphat: si ne tamen suo nõ destituitur/si ex cõtingentibus nihil omiserit. Nec enĩ vlixes sirenũ voces euasit: ꝙ ei aliquid suauitatis dees set ad gratiã. Sed quia stimulis voluptatis & meretricantibus illecebris vanitatis solide virtutis opposuerat robur. Tentator quoq; phariseus & herodianus insidiator/quas fraudis sue non adhibuit artes: vt eum caperet in sermone lingua dolosa in cu ius ore nõ est inuẽtus dolus? Magister (inquit) scimus quia ve rax es: & viam dei in veritate doces/& non est tibi cura de ali quo: neq; enĩ accipis personã hominum. Quid queso blãdius? Sed dolus quo tendat/inuidia quo feratur: subiecta interroga tio patefecit. Sequitur enim. Licet censum dari cesari an non? Ecce laqueus paratur pedibus innocẽtis/& ad subuersionẽ ei⁹/ decipulas suas frustra tetendit iniquitas. Si enim censum dan dum esse censuerit peculiarem populum dei/semen liberum: preclaram hereditatem domini decimis & primitiis/& legali bus cerimoniis tantum obnoxiam/gentili subiiciet seruituti. Si vero tributa neganda responderit his qui pro salute & quie te omnium militabant quasi seditionis auctor & reus impera torie maiestatis/a publicanis iuste poterit comprehẽdi. ¶ Ve rum quia frustra iacitur rethe ante oculos pennatorũ: toti⁹ ca lumnie laquei dissoluũtur: dũ prolato nũmismate census/suam

Lucanus.

Catho.

Ulixes in quo ꝑualuit cõtra voces syrenũ.

Matth. xxii.
Marci. xii.
Luce. xx.

Prouerb. i.

cuiꝙ censuit restituendam esse imaginem:& ita que cesaris sūt cesari restituenda:vt suo iure deus non defraudetur. Equidem non omnibus datum est vt blanditiarum laqueos sic euadant cum eos alius non preuideat:alius etiam preuisos nequeat declinare. Vnum tamen certum est illis qui huicvitio dediti sunt non magis placere virtutem : q̄ illos bene olere qui in culina habitant.

De munusculariis & promissariis:& ꝙ promittere non expediat ad virtutem. Capitulum. XI.

Nota cautos adulationis, fraudulente modos.



IN eo autem adulatorie vis magna consistit:si omissis propriis aliena commoda curare videaris:de tuo nunq̄ aut raro semper aut sepe loquens de illi⁹ quem aucuparis emolumento. Preterea manum contine: ne siquid etiam inuito ingeratur accipias:dum influat iordanis in os eius:qui dum omnia cupit sibi quoꝙ omnia de iure putat competere. Esuriens gula insatiabilium quorundam animalium:donec satietur cōmunē aliis inuidet cibum:& in quo aliorum subuenitur inopie se fraudē perpeti suspicatur : sic fortunatus sibi interdum subtrahi putat quicquid quocūꝙ titulo confertur in aliud teste crasso / qui(vt dicitur)milite dissimulante eo ꝙ solus aut pre ceteris apud partos aurum sitierat : aurum bibit.

Crassus aurū sitiens aurum bibit.

Ingurtha quoꝙ sepe romanum exarmauit & fregit exercitum / ipsius quoꝙ vrbis concussit maiestatem:nunc dans plura/promittens interdum pluriora. Sed hoc liberum est his & sepe cōducit qui aliqua donare consueuerunt. Alioquin promissio gratie cōciliande non proficit:sed quasi deceptio fraudulenta illam que esse videtur plerunꝙ extinguit:tanto quidem validius quo cum prudētiori & grauiori viro negocium geritur. Simplicitas nāꝙ circumuenientium insidiis latius patet:& facilius supplantatur. Vnde ille qui non vrbem:sed orbē lasciuis impleuit amoribus sollicitatorem puellarum & impudicā instruens amatorē ait. Promittas facito:quid enim promittere ledit? Pollicitis diues quilibet esse potest. At philosophus nunq̄ aut rarissime & hoc ex iusta causa asserit cōducibile. Si eni promissionis implēde facultas non suppetit:temerarium est promittere quod prestare nō potes. Si vero potestas affuerit largiendi nisi voluntas beneficii producat effectum promissor non gratiam de promisso:sed de mendacio contrahit maculam. Quod si ex interuallo promissi fidem impleuerit/liberalitatis decor & beneficii species ipsa fuscatur/eo ꝙ qui distulit interim visus est noluisse. Vnde

Promissionē ꝯsueti donare facta prudēti modicū curat et prodest.

Ouidius de arte.

Nō doctrinā philosophicaꝫ in ꝓmittēdo.

versificator egregius. Denigrat meritũ dantis mora nam data raptim Munera plus laudis plusq; fauoris habent. Preterea quis de futuro certus est vt sciat se quandoq; implere posse quod differt? Nonne consiliarius veritatis: assertor fidei: vas electionis (doctorem gentium loquor) fidelium animos quos aduẽt9 sui expectatione suspenderat frustrauit a desiderio suo? Quid aliud agit illa ipsius excusatio qua apud se est & non fuisse: sed est tantum cõmemorat: & se leuitate non vsum protestatur: si non potuit ille domino impediente quod voluit: hoc etenim voluit quod ꝓmisit. Quis sapiens secure quod ex facilitate nature pẽdet promittit cũ leniter possit ex causis q̃plurimis impediri? Ad hec ex iusta causa potest interdũ mutare quilibet voluntatem. Dignus etenĩ beneficio pro tẽpore videtur aliquis qui processu rerũ eodem reperitur indignus: & interdũ indignus est q ad frugem melioris vite conuersus beneficiũ meritis etiã a manu extranea (vt vulgo dici solet) extorquet. In his mutare ꝓpositum sepe non criminis est sed virtutis. Nam vt a fabulis doceamur theseus vnico filio suo non fuisset orbatus: si voluisset mutare propositũ. Et phebus vrgẽte doloris stimulo quem de phetontis ruina conceperat: exul a celi regione admeti non pauisset armẽta si ei votũ quo se stigis interposito sacramẽto filio ambitioso obligauerat mutare licuisset. Et nẽ fabularũ instrumenta contemnas: rex incredulus (quod ex euangelica habes historia) salubrius incautũ & perfidũ soluisset iuramẽtum: q̃ in extinguẽda lucerna mũdi auferẽdo preambulũ gratie veritatis occidẽdo preconẽ mensã pollueret: cõuiuiũ incestaret: regiã perfundaret maiestatẽ: dũ incestui cũcta seruiunt & optẽperant saltatrici. Ethice quidẽ regula est: qa nõ oĩa sũt semp ꝓmissa soluẽda: si forte aut accepturo damnosa: aut pniciosa sint promittẽti. Et lex amicitie illa ꝑualuit qua sola honesta peti licet ab amicis aut fieri. Ipsoq; iure cautũ est/ vt nulla ꝓmissio turpẽ q̃ aut tristẽ habet exitũ impleatur. Postremo antecedẽs ꝓmissio cõsequentis beneficii gratiã aut extinguit aut minuit. Et sicut iacula que preuidẽtur feriũt min9 & q̃ omnino nõ p̃cauẽtur magis ledunt: ita & in beneficiis quod ex promissione conceptum est minus accipitur: & quod ex insperato ꝓuenit: gratius acceptatur. Licet etenim nuda promissio apud iuris (vt dicitur) peritos non pariat actionẽ: promissor omnis apud veritatem (vt dici solet) pollicem fixit: & iure ciuili cessante/ fidei naturaliter obligatur Sed quis actor durius aget q̃ fides si ipsa ceperit excusare? Si

Versus ouidii

Actuũ. xxvii.

These9 q̃ ꝓpt ꝑseuerationẽ ꝓpositi amisit filiũ ypolitũ.

Phebus amisit filiũ phetõta: quia noluit mutare iuramentum.

Herodes ꝓpt illicitum iuramẽtũ seruãdũ decollari fecit iohannem baptistam.

Vulnera ĩprouisa magis nocent.

l. iurisgentiũ. §. q̃nimo. ff. de pac.

Iuuenalis satyra.xiij. agit conscientia:quis absoluet? Certe exemplo quodcunq; male cõmittitur ipsi displicet actori. Prima est hec vltio q̄ se iudice nemo nocens absoluitur. Si vero ipsa iustificat quis condemnet? procul dubio qui in illo timetur articulo domin⁹ est: vbi & dies contemnitur human⁹:& conscientia quid obloquatur non inuenit. Si vero animam accusant opera & illi conscientia testis assistit/& causam veritas examinat equitatis:quid queso pretor in ream obnoxiamq; mendacio grauius vindicabit? Sane pretor & si viua vox iuris esse dicatur sententiam eius plerũq; retractat. Sed veritatis sentẽtia manet irretractabilis: ps.cxviij. qa iustitia ei⁹ iustitia in eternũ/& lex ei⁹ equitas. Ecõtra in pretorio:sepe summum ius in summa iniuria est. Quisquis ergo promittit debitor est:& veritatis vrgente sententia/sponsionis cõpellitur fidem adimplere. Porro quod necessitas extorquet gratiam minuit. Vnde illud philosophicũ quod premisi. Promittere ne festines:ne cum volueris non possis/aut nolis ex iusta causa cum possis:aut cum effeceris gratiam perdas aut minuas eo q̄ te ante illaqueaueras in verbo oris tui. Fit tamen vt non modo licitum sit promittere:sed & cõducibile:& vt aliorũ ad presens taceantur exempla/paraditum christus ipse discipulis & promisit & misit:eisdemq; quid futurum esset illis qui omnia pro eo reliquerant interrogantibus sedes in regeneratione promisit & iudiciariam quam cum eo habituri sunt potestatem. Ex quibus cõstat: q̄ causa propositum opusq; cõmẽdat vt liqueat ex his quia nõ necesse est philosophi regulã vitiari.

¶ De rationalibus & secretariis diuitum: & q̄ amicitia non nisi in bonis est:& q̄ diues familiarem potius exprimat q̃ amicum:& licet familiaritas diuitũ vtilis videatur/sepissime periculosa est. & q̄ innocẽter viuendũ est. Capitulũ. XII.

SEd si non modo p̄missores sed minutiarios in gratia illius quam captas antecedere pergis:te ratiociniis eius immisces:sumptibus parcas:eo q̄ secretorũ consci⁹ qui loculis parcit diligẽti patrifamilias displicere nõ potest. Grata sũt vitia eius q deformitatẽ morũ sũptuũ parcitate cõpensat. Cicero. Optimũ (vt ait cicero) si nescis vectigal parcimonia est. Tenuis parc⁹ impletur facile:& facillime exinanitur prodigus diues. Archa sane capacissima fundũ habet:& breui exitu congestarum aquarum quãtalibet copia defluit/ fontisq; abũdantia tollitur:scaturientis vene fecunditate sublata. Exili pluriũq; meatu inclusum egerit vrna liquorẽ. Sic minutissim⁹

ats plexiq

dum frequẽtib⁹ & cõtinuis sumptibus amplissime exhauriunt opes: & breuiũ subtractiõe minutiarum maxima hereditas expilatur:nisi forte prodig⁹ pecuniam inueniat rediuiuam. Est luxus populator opũ:cui semper adherens. Infelix humili gressu comitatur egestas. Illis ergo parcẽdum est quorum necessarius imminet vsus:& aliquid adiitiẽdum est quãtitati/que iugi partium deductiõe decrescit. Et licet vsu defluãt vnciole patrimonii gratũ est diligenti patrifamilias vt vel ratiocinii calculo teneant:peritq; dupliciter quod elabit nescienti. Ad hec lucri bonus est odor ex re qualibet illa tuo sententia semper in ore versetur diis atq; ipso ioue digna poete:vnde habeat querit nemo:sz oportet habere. In his quidem versari est artioris gratie funib⁹ vincire diuitem: licet versibilitate ĩgenii lubricum prothea vincat. Aut si veritatis deficit gratia:vel vlterioris familiaritatis exhibitio ꝓstat. ¶ Ceterũ licet vtrũq; non possis assequi:& rerũ priuatarum participationẽ: & calculi cautiones/ te secretis ingere quauis arte. An nescis ꝙ qui pergunt ipsis imperatoribus imperare/ scire volunt secreta domus atq; inde timeri? Et quo studiosius occultantur eo sunt diligentius perscrutanda. Nempe/ carus erit verri qui verrem tẽpore quo vult accusare potest. Si tamen inter malos charitas aut amicitia esse potest. Hoc et enim quesitum est: sed tãdem placuit eam nisi in bonis esse nõ posse. Magna vtiq; inter molles & malos cõcordia: sed ea tãtũ a charitate discedit q̃tum lux distat a tenebris:& licet interdum mali sicut & boni idem velle vel idem nolle possint/amicitie tamen titulum non assequuntur. Vnde et crispo hystoricorum inter latinos potissimo:sed et ipsi ciceroni placuit in malis factionem esse quod in viris bonis vera amicitia est. Sed q̃uis vitios⁹ prepediente malicia amicus esse non possit: & si non venerabilis/verendus tamen erit:qui conscientia secretorum conscio terrorẽ potest incutere. Scitũ est illud ethici:quia nil tibi se debere putat nil conferet inquã:quia te participem secreti fecit honesti ¶ Hoc quoq; iam pridem venit in dubium an quem q̃ diuitum et potentum amare contingat tandemq; receptum est eosdem nunq̃ amare vel raro:et in eis precipue causis in quibus se poti⁹ q̃ alios amare videantur:contraria siquidem in eodem esse non possũt:et q̃ diuites plurimũ cupiditatis:eo habent minimũ charitatꝭ. Hec eteni sibi inuicẽ maxime aduersãt. Porro vt ait quidã:oĩs diues iiqu⁹ est:aut iniqui heres. Et rarissimũ ẽ vt diuitie nõ defluãt nisi amoris & cupiditatꝭ glutino solidẽt. Eas deside

[Margin notes:]
Cõmẽdat salustiũ q̃ dicit⁹ est crispus.

Diuites ⁊ potẽtes an amẽt inferiores.

Ouidius.

rãtis animi vigilantia & labor acquirit:sed egregior follicitudo retinet & cõseruat. Inquit ethicus. Nõ minor est virtus q̃ querere parta tueri. Casus inest illic:hic erit artis opus. Cũ ergo istud ars:illud casus noĩe censeat:qs eas fine applicatiõe mẽtis intẽsa diuti⁹ seruat? Certe vetus prouerbiũ est: quia vbi amor ibi oculus:& vbi vigil mẽtis intentio/ibi fixa cordis positio est. Vnde licet inuito et repugnãti aĩo plerũqȝ affluant:cor tamẽ apponere fidelis propheta ꝓhibet et doctor gentiũ eos qui diuites fieri cupiunt in laqueũ dyaboli & tentationes dicit incidere:& qui vtroqȝ maior est primogenitus mortuoꝝ et pricеps regũ terre asserit deo & mãmone simul seruiri non posse: quoniã imperat aut seruit collecta pecunia cuiqȝ: sed diuiti nunq̃ seruit aut raro. Vnde (ĩquit) diuites frequẽtius iniquos esse:q̃ heredes iniquorum. Quomõ ergo regnat charitas: vbi iniquitas dominatur? Vtiqȝ diues familiaris esse nouit:amicus nunq̃ aut raro. Hic tamen nõ de eo qui habet diuitias sermo est:sed qui amat. Ex quibus liquet:quia quantacũqȝ ex familiaritate potentioris gratia videať/diligentem cautelã exigit subditoꝝ. Alioquin omnis eius illecebra pl⁹ aloes q̃ mellis in exitu habitura est. At expedit plurimũ ad successus esse conscium secretorũ. Quid ni. Reuerentia crescit:inualescit auctoritas:arcentur incommoda:ꝓueniunt vtilitates:amicoꝝ augeť numerus:cultoribus accedit deuotio : & fortuna totius gratie sue & felicitatis auram videť beatulis inspirare. Ceterum istoꝝ omnium nouissima quouis absinthio amariora sunt:& si interim nõ amarescunt:iustã amaritudinis habẽt suspitionẽ †. ¶ Res siquidẽ periculosa est/diuitum aut potentum cõmunicare secretis. Si quid enim eis per incuriã forte elabitur:cui nisi cõscio imponeť? Quod cubicularii/ aut cõfiones mimive aut quicũqȝ nebulonum quibus delicatus diuitis sensus aut furor carere nõ potest in lupanari vel taberna sparserunt/aut vt se vendicarent a familiaritate potẽtis diuulgauerũt in populo:in illius calumniam retorquetur qui in consiliis aliquẽ locum visus est tenuisse. Si motus rerũ prescire desideras: meritoria discute:& lixarum castrensium inquire sententias. Nihil enim adeo occultum est quod eis ex aliqua parte nõ reueletur. Si mihi non credis:vel aquinati nostro aures accommoda:ait eni. O coridon coridon secretũ diuitis nullũ Esse putas:serui vt taceãt iumenta loquẽtur. Et canis:& postes & marmora claude fenestras. Vela tegant rimas: clament prope nemo recumbat. Quod tamen ad gallicantum facit ille secundi.

Prouerbium vet⁹ de amore.

ps.lxi.

i.ad Thi.vi.

Matt.vi.

Nõ pericula cõtra secretarios potentũ vsqȝ ĩ fi.capli.

† al. suspitionem.

Successᵒ singulares ꝓuenietes secretariis potẽtum.



Proximus ante diem campo sciet. Procedo: si terre secretū suū infodiat: vel arūdo succrescens hoc producet ī publicū: & leui flatu in auras pferet: quoniā auriculas asini nudas habet. Pallas quoqꝫ erictoriū suum occultare non potuit quin ipsū iam cognitum cornicis garrulitas publicaret: vnde quia alieni admissi delatrix fuit & cōscia: coloris perdidit venustatē & garrulitatis incurrit notam. Preterea secretarii diuitū quasi quidā tolutarii vel clitellarii sūt: & qui eoꝝ delictis onerentur. Quicquid ab eis delinquit̄ in istorū infamiam cuditur: nisi forte ea sit de potēte opinio: vt nullo possit cōsilio deprauari. Si enī solemnis est malicia eius: si fraudis & doli vulgata opinio toti⁹ familie fama purgatur: ac si capitis languor infirmantium denigret dolorē laterum Alioquin si benignior si ciuilior creditur potentat⁹: omnia deliramenta eius familiares quasi clitellarii/ quibusdā nominis sui humeris portant. Sed recte gestorū nihil nisi benignitati aut ciuilitati potētis asscribitur. Et si quādo calculus grauior imminet: quasi pellem pro pelle/ animā tuam dabit diues ꝓ fama sua Et vt in te retorqueat culpam suam caput tuum meritis criminum penis non verebitur obiectare. Sed quod magis mirabile gratulabit̄ si astutia sua īdustrie tue labores & sollicitudīes hac mercede donauerit: vt te reddat infamē et fecerit aut finxerit te criminibus inauditis obnoxiū. Non est enim malū in ciuitate quod nō in diuitis cōsiliarios impingatur cū inanis sit excusatio eo ꝙ omne officium sibi potentatus conformat: nemoqꝫ sapiens/ diu fluctuat cōsilio imprudētium. Omnia namqꝫ discernit & iudicat. An eum putas in cōscientia sua quiescere securum: cuius turpitudinem producere potes in lucē & proferre ī publicum? Certe omnis qui malus est odit lucem: et omne opus artificis sui videtur habere imaginem. Meretricantium mulierū fucis dum argui veretur a lumine/ petit vmbras: & timet ne se ipsis deformiores sint si īmediata luce videntib⁹ obtutibus pateant. Hoc ergo illarum tota vigilātia querit/ vt quod in eis nō est prestricti oculi videant: & qui vidēt ceci fiant. At in his que natiuo colore confidunt longe aliter est: quia. Hec amat obscurum volet hec sub luce videri. Iudicis argutum que non formidat acumē. ¶ Licet itaqꝫ secretorum communio aliquid felicitatis videatur adiicere/ securitati tamē plurimum demit. Difficile aut potius impossibile est illos percurrere: qui hac via ad inferos descēderūt aut penis nouissimis se ingemuerunt affectos Heu mihi cur vidi: cur noxia lumina feci: inquit ille qui an de cō

Delicta potentū ī cōsiliarios retorquent̄ nisi potētes sint pessimi: ⁊ recte gesta ānis ascribuntur.

Johan.iij.


Nō differētiā inter meretrices q̄ lumine videri nolunt/ et naturaliter pulchras q̄ affectāt in lumine videri. Horatius in poetria.

Ouidius.

ſcientia alieni: an proprii operis noxa deportationem meruerit incertum eſt. Certum tamē eſt ꝙ mala aliena nouiſſe non expedit: veruntamē ſiue ſciātur ſiue non: nihil tutius eſt q̄ propriam innocentiā cōſeruare. Philoſophus ſic inter hoſtes viuendū cenſuit tanq̄ inter amicos & īter amicos ac ſi in mediis hoſtibus viueretur. Et ſatyricus viuendū recte tum propter plurima/ tū his p̄cipue cauſis: vt linguas mācipiorum cōtēnas/ nam lingua mali pars peſſima ſerui. Sed nō modo propter linguas ſeruorum/ verum propter gladios & venena potētum et inſidias omnium p̄cepto ſatyrici eſt parendum.

Homines inter amicos qualiter debeāt viuere

¶ Q꞉ vendicari poſſunt que ſunt adulationibus acquiſita: & de lenonibus & mollibus & pena eorum: & ꝙ pudicitia auferri nō poteſt violenter niſi mens ipſa conſentiat. Caplm. XIII.



T qui adulator ei nequaq̄ parere poteſt qui nihil aliud querit niſi vt placeat. Si poteſt per ſe/ ſin autem perſonā ſuppoſitam querit vxorem forte/ aliamve coniunctā/ vel iure/ vel affectiōe. Affectio tamen efficatior eſt: eo ꝙ ad naturā familiarius accedit. Ipſiꝙ vnit animę quicquid affectiōis federe copulatur. Non eſt vtiꝙ perniciosior aſſētatio q̄ ea que affectiōis inductione procedit. Inde eſt ꝙ mariti ſepe artius amplectuntur: et ſe riualibus ſuis exponunt plenius & ſepius inuitāt ad cenā matrimonii corruptores/ dum vt prouerbialiter dicitur. Amator incautꝰ pudice magis vxori q̄ infidelibꝰ oculis credit. Nōne ſatis deluſꝰ eſt: qui oculis ſuis aſſertionem femineam que ex eo ſolo decipit crebrius ꝙ intercipitur rariꝰ anteponit? ¶ Pica ſiquidem puluinaris efficaciſſima eſt et vt dici ſolet cornix nocturna quouis oratore diſertior: & cuiuſꝙ operis faciē quoꝙ libuerit colore veſtit. Quo ergo cautior eo ſuſpectior habenda eſt. Si dolus dedit cauſam contractui: reſcinditur: & reuocantur omnia que ex eo: vel ob id profecta ſunt. Heredes quoꝙ defuncti inſolidum et imperpetuum tenentur de eo qđ ad eos conſtiterit perueniſſe. Sed quid adulatore doloſiꝰ? At mihi forte obiities: quia non om̄es noui. Verum quidem eſt: ſed a multis mihi didiciſſe videor oīm mores. ¶ Duelliꝰ iā ſenex iam decrepitus corpore cordeꝙ trementi dolens ſibi exprobratum eſſe in iurgio ꝙ oris vitio fetidus eſſet ſe domū contulit: cumꝙ vxori grauius quereretur/ ꝙ nunq̄ eum monuerat huius vitii querere medicinā. Feciſſem inqt niſi putaſſē ora virorū oīm ſic olere: Laudare poteris eiꝰ matrimonii pudicitiā & preferre patiētiam mulieris: que viri vitium tanta patientia tu-

vt. ff. de dolo. p totū. & l. l. tres fres. ff. de pac. vt. C. ex delic. defunc. in q̄tū ſumant heredes. l. j. & ff. de priuatis delic. l. j. cū ſimilibꝰ.

De duellio cui exprobrāt fetorē oris: & vxor ſibi cōquerēti dixit ꝙ credebat oēs viros habere talem fetorem.

sit/vt ille in felicitatem corporis non vxoris fastidio sed maledi
cto senserit inimici. At et ego de adulatorib⁹ aliquid tale video:
q̄a oẽs arbitror sic olere. Oẽs fallaciā & dolū redolēt: & quocūq̧
se vertāt/pudicis narib⁹ hūc īportant nō odorē sed fetorē. Quic=
quid ergo ex ea causa acquiritur: etiam ab herede iuste potest
auelli: nec credo ꝙ possit petitoribus obuiari: si vendicare aude=
ant quod adulatoribus cōtulerunt. Sed quis sapiēs: & intelliget
ista: aut ad hoc quis idoneus cum nō modo in omni domo/aut
cōuiuantiū cetu/adulantiū tanta sit copia: vt si quis modestus
aduersus eos mutire audeat illos defendat numerus iuncteq̧
vmbone phalanges? Certe dum vir honestus innitens cōscien=
tie/virtutū īsistēs officiis: esurit: sitit: alget: & multiplices fortu
ne indignãtis iniurias excipit. Vilis adulator picto iacet ebri⁹
ostro: delitiis ingurgitatur ad crapulam: vino estuat: lautiorib⁹
cibis distenditur: & pro arbitrio variis artificiis celum sibi con=
temperat. Primos habet recubitus in cenis: in conuentibus pri
mos consessus pre electo pre nomine conclamatur: salutationes
excipit primas: primas sententias in iudiciis profert/in demon
strationibus honestissime: in deliberationibus vtilissime sentit
Quicquid loquitur sal merum est: quicquid agit: iustitia aut li=
beralitas. Age ergo & inter istos sapere aude. Ilico multorum
adulatorū: veniet manus: & veluti te iudei cogent in suam con=
sedere turbā. Multitudine itaq̧ tuti sunt & artificio: vt nec ipos
possint etiā reges & principes expugnare. Et miro mō inermis
popul⁹ p̄ualet ī armatos: & mollicie q̄ robustissima sūt/potēter
expugnat. ¶ Disposuerā tñ silere de mollib⁹: qui sicut ignomi=
niosi/ita sūt & videnẽ innominabiles. Silentiū indicit reuerētia
morū: & verecūdus anim⁹ natura dictāte illorū declinat aspectū
Quid multa? Si natura negat facit indignatio verbū. Apud
istos ars est suam pudicitiam ꝓstituere/alienam violare vel op
pugnare. Nec quidem simpliciter suam: cū matrimonii teme=
rentur iura: & cōiugis adulteriū coniunx procuret. Dum egre=
ditur sponsa de thalamo/cōiugem noli maritum credere sed le=
nonē. Producit eam: libidinosis exponet: & si spes dolosi num=
mi refulgeat: affectus callida simulatione prostituit. Filia nāq̧
decentior: aut si quid aliud in familia placeat ditiori publica
merx est: exposita quidem si emptorē inueniat. Sed licet iustus
dolor eos aliq̄tenus cruciet: qui thori participes admittūt vel fa
ciunt: egritudo tamē vtilitatis cōpendio mitigatur: vel saltē do
loris dissimulat cruciatū. Si eni res serio agaẽ: si libera donētur

Mollis q̄s dr eo ꝙ vigorem sexus eneruati corporis dedecoret & q̄si mulier emolliat: & de talibus h̄ loquit.

cūctis iudicia: non est dolor sicut dolor ille: quo corpus suū quis videt aliena libidine pollui. Cetera nāq; peccata extra corp⁹ sūt sed qui fornicat̄ in corpus suū peccat. Hoc (inquit) os ex ossib⁹ meis: & caro de carne mea: vt nō iam duo sint vir et mulier sed vna caro. Hec vtiq; sine dolore nō scinditur: nec sine inuidia cōmunicat̄. Non bene cum sociis regna venusq; manent. Et sicut nulla fides regni sociis ita nec thori. Certe facili⁹ est regni diuitias q̄ affectionē coniugii alii cedere. At qui nec isti cōiuges sūt sed lenones. Tūc demū oīa credūtur exposuisse diuitib⁹ cum fidei fidem faciat fides violata. ¶ Sed qd filias & vxores (quod licet iura ꝓhibeant/tamen quocūq; modo natura permittit) exponi queror aut prostitui? In ipsam naturā quasi gygantes alii theomachiā nouam exercētes insurgūt: filios offerunt veneri: eosdēq; in oblatione puppanā virgines preire cōpellunt. In illis eteni etatis maturitas expectatur. At in his sufficit aliene ipudicitie voluptatē posse expleri. Pudet dicere ꝙ seipsos viri etate ꝓuectiores & sensu/turpitudini tante nō subtrahūt: & cū eos in nobiliori sexu natura creauerit: ad deteriorē quātum in ipsis est ex innata malitia prolabūtur effeminati vitio & corruptela morū cū tamen nature beneficio femine esse non possint. Cum lasciuiētis diuitis luxus libidini vota sua ꝑcingit: recūbentis pedes calamistratus comatulus excipit: nitorē inuidens meretrici: hystrioni habitū: cultū procis/virginib⁹ ornatū: triūphalem quoq; principib⁹ apparatū: & in aliorū ꝯspectu pedes & ne plus dicam teneris manib⁹ tibias tractat. Cirothecatus enī incessit diutius vt manus soli subtractas emolliret ad diuitis vsum. Deinde licentia paululū procedēte: totū corpus impudico tactu oberrans pruriginem scalpit quā fecit: et ignes veneris languētis inflāmat. ¶ Verū hec abominatio non tā ostendēda est q̄ conspuenda/puderetq; eā nugis nostris esse insertā nisi eādem apl's Romanis scribens verbis manifestius expressisset: dicens quia femine eorū immutauerūt naturalē vsum in eū qui est contra naturā: et masculi relicto naturali vsu femine exarserūt in desideriis suis/masculi in masculos inuicē turpitudinē operantes vt darētur in sensum reprobū/facerentq; qd̄ minime cōueniret: & vitiis vniuersis obnoxii indignationē dei & omniū penarum in se aculeos ꝓuocarent. Et tunc quidē in aurib⁹ romanorū hoc tuba apostolica cōclamabat: quādo impiissimus imperator Nero luxurie seuientis sponum puerū exsectis testiculis in muliebrē naturā trāsformare conatus est: ab eo tēpore ꝓuerbiū natū est.

Geneſis.ij.

Uers⁹ ouidij.

Ro. spurcitiā fedā ⁊ actus nefandos sodomiticos.

Calamistrat⁹ dr̄ ꝓprie iuuenis aptus ad sodomitādū.

Nota de hoc plene ꝑ alanū de contemptu nature.

Quia vsus formosorū abusio est. Et illud forme gratia eo minꝰ grata est sapienti: quo corruptio gratior eū corruptori. Difficiliꝰ etenim ab infirmis defensoribus custoditur: qđ plures appetūt. Illud incauto facilius surripit fraudulentus: aut inuito pudicitie ꝑdo violētus extorquet. ¶ A patribus tñ pridem diffinitū est: quia pudicitia auferri nō potest/nisi mentis corruptio añcedat. Qđ eni(vt magnus asserit augustinus)nō precedente libidine violēter patitur corpus/vexatio potius dicenda est/q̄ corruptio Ibi ergo fuari pudicitia pōt vbi nulla nisi volūtaria pōt esse corruptio. In mentis scilicet integritate vbi in eternū seruari pudicitia potest. Nec magnū est integrā esse carnē vbi mens tetra corruptione polluit. At nūc si deceptor amans/aut violentus abest: ita male a teneriori etate instituūtur adolescentes vt oculis lasciuiētibus nutu faciei: corpis gestu: habituq; exteriori & lenocinio/vix ipis meretricibus concesso/sollicitent corruptores. Et legū que in eos iam plurime late sunt: nullā habent reuerentiam vel timorē: licet in eos grauissime animaduertendū decreuerit impator. Ait eni. Cū vir nubit in feminā vires porrecturā quid cupiat: vbi sexus pdidit locū/vbi scelus est/qđ nō pficit scire/vbi venus mutatur in alterā formā/vbi amor querit & nō inuenitur: iubemus insurgere leges armari iura: vt gladio vltore & exqsitis penis subdātur infames/qui sunt/vel futuri sunt rei. Sed neq; consentiētibus parcit quin eis penā irroget capitalem: cū & lege diuina faciētes & consentientes pari pena plectantur. Ipsosq; magno epō auctore(ābrosiū loquor mediolanēsem)consentientes diffiniuit esse: qui notū errorē reticent/aut corrigere cū possint dissimulāt. Sed quid de eis verecundū odiosumq; sermonē ptendimus? Vt sortem eorū condigna conclusione claudamus/procul dubio pluet sup eos dñs laqueos vt non effugiant/ignis/sulphur/spūs procellarū pars calicis eoꝝ: & cū auctoribus suis quos sodoma deuorauit: erūt seculis in fetorē & opprobriū sempiternū. Quid proderit queso eis tūc diuitū fauor: aut quis potest esse tēporalium vsus: aut voluptas quē tantus dolor & tāta erubescentia non absorbeat?


Augustinus. Corruptio nō dr proprie corruptio nisi et mens corruptioni apta sit

Contra sodomitas.

Leuitici.xx. Roma.j.

Ambrosius.

¶ Adulatores puniēdos esse tāq̄ hostes deorū & hoīm. & veritatē gratanter amplectendā/& patientiā custodiendā: tā rationibus q̄ exemplis maiorum. Capitulū. XIIII.



Sed vt vulgari prouerbio dicitur: deus ille pre ceteris colendus creditur/qui subuenit in presenti. Ideoq; non curant quō/dū tamen hoc quod expetunt faciāt. Egre

Cecilij balbi vba ad augustũ ꝯ adulatores pulcherrima.

gie quidem cecilius balbus imperator ĩquit. Auguste tũ in multis tum in eo maxime elucet prudentia tua: ꝙ isti nõdũ te omnino insanum reddiderũt/qui vt tibi applaudant non modo diis/sed tibiipsi & populo iniuriam faciũt. Deorum siquidẽ minuunt reuerentiam/quos parisicant tibi. Te arguunt insipientie/dum conditionis tue repugnante natura/te parẽ numinibus esse/persuadere ꝑsumunt. Nota supstitionis nutriunt populũ: cui mortales deos ꝓ immortalibus ꝑsuadent esse colendos. Sane in eo aliquid diuinũ tibi inesse mõstrabis: si omnes istos qui diuinitati tue fraudulenter applaudunt/rapi feceris ad tormenta. Quis enim deorum ei parcat a quo se deceptũ iri intelligit? Quis nõ irruat in eum qui aureos iouis oculos eruit: aut argẽto/gẽmisq; sublatis vestẽ nititur excecare? Quis de martis capite adamãtinum lumẽ impune temerariis effodit vnguibus? Nẽpe deos inuisibiles & immortales circũuenire: & eis fallacie parare insidias: grauior( culpe est: eo ꝙ ab his visibiliũ deorũ fabrica sustẽtatur & regitur: & honorem aut cõtemptũ qui istis exhibetur illi remunerant. Si sapis ergo auguste: in deorũ hostes insurges: & te si nõ deũ ꝙ nequaq̃ es: vel deorũ te docebis esse cultorẽ: si deceptores istos exterminaueris/excecatores tuos: deorꝝ contemptores/& vtrorũq; iniuriã punias. Hec cecili⁹. Factio tamẽ adulatorũ preualuit qđ & pñtiũ rerum declarat stat⁹: adeo quidem vt si quis populariũ modestie conscius/assentationis & familiaritatis vitio crediderit temperandũ: hostis feliciũ cẽseat aut iuidus. Eorũ siquidẽ aures tenere sũt: & iam obsurduerũt: & liguã seueriorẽ sine offensione grauissima nõ admittũt. In quo quantum a virtute maiorũ etas nostra degenerauerit ꝑspicuum est/cũ sine patiẽtia aut nullũ aut rarũ eẽ opus ꝟtutis: ꝟbis docuerũt & exẽplis. Vñ Aristippus a maledicenti se discedẽs dixisse legitur. Vt tu ligue tue/sic ego mearũ auriũ dñs sum. Antitanes quoq; cuidam dicenti sibi/maledixit tibi ille. Non mihi inquit: sed illi qui in se quod ille culpat agnoscit. Sed & si mihi maledicere curet: non curo: quia auditus lingua debet esse robustior: cũ singulis hominibus lingue sint singule: sed aures bine. Aliquatenus tamen curo: quia eoipso me fatetur esse superiorem: quoniam superioris persone vsus est: detractionibus subiacere inferioris inferre. Gauderem itaq; nisi vrgente humanitate homini compaterer infelici. Item tytus tacius maledicenti sibi metello facile (inqt) in me est dicere cum nec sim responsurus. Quid senephon. Tu inquit quidem maledicere didicisti & ego

cõcor.ĩ. lib. vj. c. xxvij. in pñ.

Nõ de patientia pulchra valde.

Aristipi patientia.

Antitanis patientia.

Titi patiẽtia.

Senophontis patientia.

conscientia teste didici maledicta contemnere. Sed & dyogenes cũ ei nunciasset amicus te amici cuncti vituperant: oportet inquit sapientiam ab insipientibus feriri: esse enim meliorez iudicat mala lingua quem carpit. Quid plato? Toti⁹ philosophie robur patientia est. Cum & socrates non modo verbo neget sapientem posse offendi: sed aduersus omnem fortunã/robore virtutis sue manere immobilem. Et ne philosophis solis patiẽtiã sic placuisse credas: ipsorum imperatorum ad eam publicãdam exempla cõcurrunt. In grecia quis maior/aut clarior alexandro? Ei antigonus pedagogus cytharam fregit/abiecitq; dicẽs. Etati tue iam regnare conuenit: pudeatq; in corpore regni voluptatem luxurie dñari. Quod & ille patientissime tulit/licet plerũq; impatiẽtissimus fuerit/& patrẽ sicut virtute ita vitiis superaret. Eidem quoq; eleganter & ꝓ̃e comp̃hensus pirata scribitur respõdisse. Cum enĩ alexander interrogaret quid ei videretur ꝙ mare haberet infestũ: ille libera contumacia quid tibi inquit: vt tu orbẽ terrarum: sed quia id ego vno nauigio facio latro vocor: quia tu magna classe: diceris imperator. Si solus & captus sit alexander latro erit. Si ad nutũ dyonidi ppl̃i famulentur: erit dyonides impator: nã quo ad causam nõ differunt/ nisi quia deterior est. q rapit improbius: qui iustitiã abiectius deserit: q manifestius impugnat leges. Quos enĩ ego fugio/tu ꝑsequeris/ ego vtcũq; veneror: tu contẽnis. Me fortune iniquitas & rei familiaris angustia: te fastus intolerabilis & inexplebilis auaricia furẽ facit. Si fortuna mãsuesceret: fierẽ forte melior. At tu quo fortũatior/nequior eris. Miratus alexãder constantiã hoĩs eo merito arguẽtis experiar iquit an tu sis futurus melior: fortunãq; mutabo: vt nõ ei ãmodo ꝙ deliqueris: sed tuis moribus ascribat̃. Eum itaq; iussit conscribi militie/vt posset exinde saluis legibus militare. Sed ne a solis grecis mutuemur exempla virtutũ. Scipio affricanus cum eum parũ pugnacẽ quidã arguerent: iperatorẽ (inquit) me mater peperit nõ bellatorẽ. Marius quoq; cum eum theutonus quidã ad pugne certamẽ ꝓuocaret/respondit. Si cupid⁹ mortis esset/se vitam laqueo posse finisse: & sapientem non tam pugnam q̃ victoriam querere. ¶ Primus romanorum imperatorum Iulius cesar: q̃ patientissime multa sustinuit. Cum enim caluicium iniquissime ferret: et deficiẽtem capillum a certice conuocaret ad frontem: ab irato milite ei dictum est. Facilius est cesar te caluum nõ esse: q̃ me in exercitu romano quicq̃ egisse: vel acturũ esse timidi⁹. Idẽ latoclauo vsq; ad manus fimbriato vtẽs

Dyogenis patientia de cui⁹ laudib⁹ .j. li. v. ca. xvij.

Platonis patientia.

Alexandri patiẽtia aduers⁹ antigonũ ei citharã frãgẽtẽ

Alexãdri patiẽtia aduers⁹ dyonidẽ piratam captũ sibi libera voce respondẽtem.

Scipionis affricani patientia.

Iulij cesaris patiẽtia in caluicie a milite exprobrato.

De cesaris pa tiētia aduers⁹ ceciliū ipm de imoderato ap petitu marga ritarū arguen tem.

De patientia cesaris in fa mosis libellis & iocularibus carminibus.

Morsus cice ronis cōtra fa cilitatē cesaris.

laxius cingebatur. Vnde silla optimates sepius ammonēs dice bat/vt puerū male precinctū cauerēt. ¶ Preterea margaritarū cupidissimus erat: quas pondus earꝶ interdum manu conferēs discernebat. Cū ergo cecilio inuito rē vt faceret senat⁹ auctorita te denūciasset: vt ei videbatur iiustā: an te inquit satiaberis mar garitis. At hoc forte: aut aliena videbūtur: & que viri fortis ani mus honestius dissimularet: verū & famosi libelli de eo scripti sunt & iocularia carmina in eum publice diuulgata: vt est illud militū i triūpho gallico celebratū: gallias cesar subegit: nicome des cesarē: nicomedes nō triūphat qui subegit cesarē. Eo ꝙ nico medes rex bithinie ferebatur cesarē stupro subegisse in vlteriorē familiaritatē dū minor esset admissū. Facilitatē quoqꝫ cesaris in allegando senatu cicero nimis acriter irrisit. Nā cum ab hospite suo. p. mallio rogaretur: vt priuigno suo decurionatū expediret/ ait assistente frequentia. Rome si vis habebit pompeis difficile est. Sed & in epl'a ad gaiū cassiū violatorē dictatoris mordacius scripsit. Vellē ydibus martiis me ad cenā inuitasses. Profecto reliquiarū nihil fuisset: nunc me reliquie vestre exercent. ¶ Sed august⁹ fortune fauor/& romani decus imperii auunculo iulio longe patiētior extitit. Cū enī ātonius maternā eius originem despiciens eū affrū genere/& natura panificī diceret. Hec ridēs ꝑtulit/& eundē sorore tradita in affinitat( grām admisit. Cū ve ro idē aduersus priuatū quendā grauius excandesceret. Loque rē inquit auguste qđ placet: quia diligētiā auribus/ligue tacitur nitatē/indixi quietē manibus/ & in oībus his potētiā tuā accu sa: quia nihil aliud argui potest in patiētia mea. Ad hec nō mō in se seruabat patiētiā: sed eandē aliis indicebat. Vñ cū tyberi⁹ quereret̃ ꝑ epl'am ꝙ multi de illo ꝑperā loquerētur: ita rescripsit. Mi tyberi noli nimis indignari queq̄ eē qui de te male loquatur Satis est enī si hoc habem⁹ ne quis nobis malefacere possit. Idē tanta cōmunitate quoslibet se adeūtes excipiebat/ vt quendā io co corripuerit ꝙ sic sibi libellū porrigere verereť quasi elephāto stipem. Et quantū vero adulationibus captus est: tātum iste ab eis auersus est. Vñ appellationē dñi vt maledictū & opprobriū semp exhorruit. ¶ Deniqꝫ cū eidē descendēti per sacrā viā despe ratus quidā diceret o tyrāne. Si essem inqt/nō diceres. Obserua tū etenim est quotiēs ingrediebatur vrbē ne suppliciū de quoq̄ sumeretur. Curcius eques romanus delitiis affluens: cū macrū turdū sumpsisset in conuiuio cesaris: iterrogauit an mittere lice ret. Respōdit princeps. Quid ni liceat? Ille statim ꝑ fenestram

Augusti pati entia aduers⁹ antonium.

De patientia augusti in eū q̄ tacere dice bat ob eius patientiam.

De patientia quā augustus mandauit ty berio.

August⁹ nūq̄ se ꝑmisit dñm appellari.

misit. Miles peritus aucupii: noctuam que cesaris noctes inquietauerat: spe ingentis premii captã: tulit ad cesarẽ. Laudato imperator mille nũmos dari iussit. At ille ausus est dicere: malo viuat/ aueq; dimisit. Abiitq; cõtumax miles non sine ammiratione multorum cesare non offenso. Veteranus cum sibi die dicto periclitaretur cesarem rogauit in publico vt adesset. Ille prestãtissimũ aduocatum quem elegerat sine mora dedit commendauitq; ei litigatorem. Veteran⁹ autem exclamauit voce magna At non ego cesar periclitante te bello acciaco vicariũ quesiui: sʒ pro te ipse pugnaui: detexitq; impressas cicatrices. Erubuit Cesar: venitq; in aduocationẽ/ vt qui vereretur nõ superbus tñ/ sed ingratus etiam videri. Intrauerat vrbem adolescens simillim⁹ cesari: pductũq; ad cesarẽ interrogauit augustus/ dic mihi adolescens/ fuit vnq̃ mater tua rome. Negauit ille: nec contẽtus adiecit/ sed pater meus sepe. Ioci itaq; aspitate vrbana/ noticiã oĩm & familiaritatẽ imperatoris sibi cõciliauit. Augustus in pollionem scripserat fescenninos. At ego (inquit) pollio taceo. Nõ est in eũ leue scribere/ qui potest proscribere. Sicut aũt non facile cõcipiebat iram: ita nec facile admittebat ad amicitiã: & quem semel admiserat/ cõstãtissime retinebat. Eidẽ iter varia dedecora a quodã probrose obiectũ est: ꝙ adoptionem auũculi stupro meruerit/ quia eũ iulius artius admisisse dictus est/ nõ sine rumore ꝓstrate pudicitie. Alius quoq; eidem iratus obiecit: ꝙ solit⁹ eẽt crura ardẽti suburere face/ quo mollior surgeret pilus. Sed & eo tympaniʒãte: vt primo libro dixisse me memini. Vides ne (inquit plebeius quidã) vt cinedus orbẽ digito temperat. Et cũ nanus ob corporis breuitatẽ cõuitiãtis cuiusdã impetu diceret/ sibi calciamẽtis grandiusculis vtendum esse respondit. Tyberius quoq; cũ in multis legatur fuisse culpabilis: tñ aduersus cõuitia satis firmus ac patiẽs extitit/ dicẽsq; in ciuitate libera liguas eẽ liberas & mentes hoim oportebat. Et vt ad peiores transeam. Domicius ꝟborũ satis patiens fuit: i quo sic lusisse fertur orator lucilius: nõ esse mirandum ꝙ eneam haberet barbam: cui os ferreum: cor plũbeum esset: eo ꝙ dura dũtaxat loquebatur: que ex iniquitatis adipe quã corde conceperat procedebant. Iniquitas enim sedere scribitur sup talentũ plũbi. Vespasianus quoq; de quo in libro secundo dũ hierosolymoꝝ destructio describeretur fecimus mẽtionẽ/ etiam infirmoꝝ conuitia patiẽter tulit: adeo vt sene buculo ꝓclamante in improperiuʒ eius vulpẽ pilũ posse mutare nõ animũ: eo ꝙ natura cupidissimus esset pecunie; nec

De modo seruato p cesarẽ circa veteranũ

De adolescẽte simili augusto q̃ rñdit matrẽ nõ fuisse rome sed patrem.

De pollione q̃ dixit nõ scribẽdũ in eũ q̃ põt ꝓscribere.

De tribus magnis ↄuitiis q̃ patiẽter a tribus tulit augustus.

De patientia tyberij.

Prouerbium florẽtinorum.

Domitij patientia.

Vespasiani patientia.

auariciam minueret ꝓcessus etatis: respōdisse dicitur huiusmōi hoībus debemus risum: nobis correctionē: sed penā criminosis. Nā de filio eius tyto qd dicam: qui patris auariciā tanta liberalitate purgauit vt amor & delitie hūani gn̄is ab oīb⁹ diceret̄ cōstantissime tenēs in moribus ne quē postulādi gratia ad se accedentem sine re vel spe quocūqꝫ modo dimitteret. Vn̄ interrogātibus domesticis cur plura polliceretur q̄ prestare posset. rn̄dit nō oportere queq̄ a sermōe p̄ncipis tristē discedere. Idē quoqꝫ recordatus super cenā ꝙ nihil tota die cuiq̄ prestitisset: dolens & gemēs dixit. O amici hunc diē perdidi. Quē in vita offēderit a hierosolimorū reuersus excidio/ nondū legi/ & forte illum vindicē innocētie & crucifixi redēptoris elegit dn̄s qui populum excecatum incolumi conscientia nō modo innocenter/ sed & religiose deprimeret & deleret. Nact⁹ eteni horam qua moriēdū erat: cū lectica veheretur suspexisse dicitur celum: multūqꝫ cōquestus est eripi sibi vitā imerēti. Neqꝫ eni extare vllū factū suū quod sibi penitendū esset: excepto vno dūtaxat/ id quale fuerit: neqꝫ tunc ipse ꝓdidit: nec cuiq̄ notū fuit. Quid de patiētia hui⁹ loquor cuius tanta benignitas erat vt sua iniuria dū a cōciuibus abstineret/ vix crederet queq̄ posse moueri. Tāte quidem ciuilitatis & hūanitatis i impio fuit vt oībus prodesse: nullūqꝫ punire studuerit. Conuictos coniurationis contra se dimisit illesos/ & in pristinam familiaritatē admisit. Sed & domitianus q grauissimam theomachiā exercuit post neronē huius ꝟtutis aliquid plerūqꝫ indulsit ciuibus/ licet in eos gratis qn̄qꝫ insaniret. Homo quidē vsqꝫquaqꝫ inutilis/ & qui nihil aliud habebat virile nisi nomē iperii. Vt tn̄ ignauiā mētis/ & inertiā corporis/ sub pretextu p̄ncipatus occuleret/ quotidie sibi secretū horarū spaciū vēdicabat/ nec quicq̄ interdum facere cōsueuerat nisi captare muscas: & easdem stilo preacuto configere/ vt cuidam interrogāti ne quis intus esset cum cesare/ nō absurde sibi respōsum a metello sit. Ne musca qdē. Qd licet ipiissimo pricipi inotuerit dissimulare maluit q̄ punire. Sed cur patientie exempla ꝓpono cum omnibus liqueat nihil firmum esse & stabile/ qd leui aura flatus ꝯcutitur? Quis virū fortem credat quem verborum mouet impulsus: & ei quietē excitit/ & virtutum compage dirupta/ ipsius anime sāguinem elicit? Vnde & publico iure statutum est/ ne pro verbis friuolis quisq̄ seueritate penarum inuratur. Ait enim impator diuorū theodosii/ archadii/ & honorii statuta cōfirmans. Si quis modestie nescius & pudoris ignarus/ improbo petulātiqꝫ

De laudib⁹ tyti p̄cipue in liberalitate.

Tytus nullū petentē a se sine spe dimisit.

Tyt⁹ dixit se diē ꝑdidisse q nil donauit.

Tytus dixit si bi de vno solo penitēdū esse qd tn̄ tacuit.

C. si qs imp. maledixe. l. vnica.

maledicto/nomina nostra crediderit lacescenda: ac temulentia turbulentus obtrectator temporū fuerit:eū pene nolumus subiugari/neq; durū aliquid neq; asperū sustinere:qm̄ si id ex leuitate ꝓcessit contemnendum est/si ab insania miseratione dignissimū:si ex iniuria remittendum. Vñ integris omnibus hoc ad nostram conscientiam referat̄:vt ex ꝑsonis hominū dicta pēsemus & vtrum pretermitti an exquiri debeant/censeamus. Ex quibus colligitur dictis hominū non moueri eum qui aut virtutis amator est/aut iuris constitutioni obtēperans. Om̄e vaservitiū ridēti flaccus amico Tāgit.et admissus certū ꝑcordia ludit. Familiare siquidem sapienti est:vt magno placet augustino potius a quolibet reprehendi/q̄ siue ab errante siue ab adulāte laudari. Nullus enim reꝑhensor formidandus est amatori ꝟitatis. Eteni aut inimicus reprehensurus est aut amic⁹. Si inimicus insultat/ferendus est. Amicus aūt si errat:docēdus. Si doceat:audiendus. Laudator vero & errans/confirmat errorē:et adulans illicit in errorem. Ait ergo rex fidelis:elect⁹ in beneplacito dñi relinquēs:si sapiāt regibus:& principibus iustitie:hūilitatis exēplū & fortitudinis. Corripiet me iust⁹ in m̄ia:& increpabit me: oleū aūt pctōris nō impīguet caput meū. Cōsonat ei ethicus dicens. Falsus honor iuuat/aut mēdax infamia terret. Q̄ nisi mēdosum & mendacem?

Horatius.

Quis debet velle poti⁹ reꝑhēdi q̄ ab errāte vel adulāte laudari.



ps.cxl.

¶ Q̄ ei dumtaxat licet adulari quem licet occidere: & q̄ tyrannus publicus hostis est. Capitulum. XV



Enītamen cui debetur hoc oleū pctōris qđ reprobat ꝑambulus regū fideliū: & ad qđ emēdum in fatuitate sua:exclusas ꝟgies mittit euāgelicus sermo? Ei vtiq; qui in sordibus est:& iusto dei iudicio sordescit āplius & vulgi opinione potius splendere appetit:q̄ charitatis operiīq; eius feruere incēdio. Vñ & in secularib⁹ litteris cautū est: quia aliter cū amico:aliter viuēdū est cū tyranno. Amico vtiq; adulari nō licet:aures tyranni mulcere licitū est. Ei nāq; licet adulari quē licet occidere. Porro tyrānū occidere nō ſmō licitū ē s; equū & iustū. Qui enī gladiū accipit:gladio dign⁹ est iterire. S; accipere intelligit̄ q eū ꝓpria temeritate vsurpat non q vtendi eo a dño accipit ptātem. Vtiq; qui a deo accipit potestatē/legib⁹ seruit/& iustitie & iuris est famul⁹. Qui ꝟo eā vsurpat/ iura deprimit/& voluntati sue leges submittit. In eū ergo merito armant̄ iura/qui leges exarmat/& publica potestas seuit in eū qui eracuare nititur publicam manū. Et cum multa sint crimia maie

Matth.xxv. Apocal.vlti.

ſtatis: nullū grauius eſt eo/quod aduerſum ipſum corpus iuſti-tie exercetur. Tyrānus ergo nō modo publicū crimen/ſed ſi fie-ri poſſet pluſq̄ publicum eſt. Si enim crimen maieſtatis omnes perſecutores admittit/q̄tomagis illd̄ quod leges premit: que ip ſis debent imperatoribus imperare? Certe hoſtem publicū ne-mo vlciſcitur/& quiſquis eum non perſequitur in ſeipſum & in totum reipublice mundane corpus delinquit.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit prologus in librum quartum.

ARdua quidem res eſt ꝓfeſſio veritatis/& que in incurſantibus errorum tenebris: aut negligē-tia profitentis frequentiſſime vitiatur. Quid enim verum ſit: quis recte examinat rebus in cognitis? Notitia autem rerum eo ꝙ vias nō dirigit contemptoris: iuſtitie aculeos exacer-bat in penam delinquentis. Eſt ergo primus philoſophandi gradus/genera rerum: proprietateſq; diſcutere: vt quid in ſingulis verum ſit prudenter agnoſcat. Secundus vt quiſq; id veritatis quod ei illuxerit fideliter aſſequatur. Hec au-tem philoſophantium ſtrata illi ſoli peruia eſt/qui de regno va nitatis proclamat in libertatem qua liberi fiunt quos veritas li-berauit: & ſpiritui ſeruientes colla iugo iniquitatis & iniuſtitie ſubduxerunt. Vbi enim eſt ſpiritus dei/ibi libertas: metuſq; ſer ij.Corin.iij. uilis vitiiſq; conſentiens exterminator ſpiritus ſancti eſt. Por-ro ſpiritus eſt: qui loquitur veritatē in conſpectu principum: nec erubeſcit/& pauperes ſpiritu regib⁹ āteponit aut equat: & quos ſibi fecerit coherere/docet ſcire loqui/& facere veritatem. Qui vero veritatem non vult audire vel loqui: a ſpiritu veritatis alie nus eſt. Sed hec hactenus/nunc in quo tyrannus differt a princi pe audiamus.

¶ Explicit prologus libri quarti.

¶ Incipit liber quartus.

¶ De differentia principis et tyranni: & quid sit princeps. Capitulum.I.



St ergo tyranni & principis hec differētia sola vel maxima/ꝙ hic legi obtēperat/& ei⁹ arbitrio populū regit cuius se credit ministruꝫ & in reipublice muneribus exercēdis & oneribus subeūdis legis beneficio / sibi primum vēdicat locum. In eoq̧ p̄fertur ceteris/ꝙ cum singuli teneantur ad singula: prīcipi onera imminēt vniuersa. Vnde merito in eo om̄ium subditoꝝ potestas confertur/vt in vtilitate singulorū & oīm: exquirenda et facienda sibi ipse sufficiat: & humane reipublice stat⁹ optime disponatur: dū sunt alter alterius mēbra. In quo quidē optimam viuēdi ducē naturā seqmur: que microcosmi sui.i.mūdi minoris hoīs.s. sensus vniuersos in capite collocauit: & sic ei vniuersa membra subiecit: vt omnia recte moueantur dū sani capitis sequuntur arbitriū. Tot ergo & tātis priuilegiis apex principalis extollitur & splendescit: quot & quāta sibiip̄e necessaria credidit. Recte q̄dem: quia populo nihil vtili⁹ est q̄ vt principis necessitas expleatur: quippe cū nec volūtas eius iustitie īueniatur aduersa. Est ergo vt eū pleriq̧ diffiniunt: princeps potestas publica: & in terris quedā diuine maiestatis imago. Procul dubio magnū quid diuine ꝟtutis declarat̄ inesse principibus dū homines nutibus eorum colla submittunt: & securi pleriq̧ feriēdas prebēt ceruices: & impulsu diuino quisq̧ timet quibus ipse timori est. Q̄d fieri posse nō arbitror: nisi nutu faciēte diuino. Oīs eteni potestas a dn̄o deo est: & cū illo fuit semper: & est ante euū ordinate rō potestatis. Q̄d igitur princeps pōt ita a deo est: vt ptās a dn̄o non recedat: sed ea vtitur per suppositā manū in omnib⁹ doctrinam faciēs clemētie aut iustitie sue. Qui ergo resistit ptāti: dei ordinationi resistit: penes quē est auctoritas conferendi eam: & cum vult auferēdi vel minuēdi eā. Neq̧ eni potētis est cū vult seuire in subditos: sed diuīe dispēsationis ꝑ bn̄placito suo punire vel arcere subiectos. Vn̄ & in p̄secutione hunoꝝ athila īterrogat⁹ a religioso cuiusdā ciuitat( ep̄o quis eēt: cū r̄ndisset: ego sū athila flagellū dei: venerat⁹ in eo vt scribit̄ diuinā maiestatē ep̄us: bene(inquit)venerit minister dei: & illud. Bn̄dict⁹ qui venit in noīe dn̄i ingeminās: reseratis eccl̄ie foribus p̄secutorē admisit. ꝑ quē & assecut⁹ est martyrii palmā. Flagellū autē dn̄i excludere nō audebat: sciēs quia dilectus filius flagellat̄: & nec ipi⁹ flagel

Principis diffinitio.

Ad Rom. xiij

Ibidem.


Exemplum de athila.

Matth. xxi.

ſtatis:nullũ grauius eſt eo/quod aduerſum ipſum corpus iuſti-
tie exercetur. Tyrãnus ergo nõ modo publicũ crimen/ſed ſi fie-
ri poſſet pluſq̃ publicum eſt. Si enim crimen maieſtatis omnes
perſecutores admittit/q̃tomagis illd quod leges premit: que ip
ſis debent imperatoribus imperare? Certe hoſtem publicũ ne-
mo vlciſcitur/& quiſquis eum non perſequitur in ſeipſum & in
totum reipublice mundane corpus delinquit.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit prologus in librum quartum.



RDua quidem res eſt ꝓfeſſio veritatis/& que
incurſantibus errorum tenebris:aut negligē-
tia profitentis frequentiſſime vitiatur. Quid
enim verum ſit:quis recte examinat rebus in
cognitis? Notitia autem rerum eo ꝙ vias nõ
dirigit contemptoris:iuſtitie aculeos exacer-
bat in penam delinquentis. Eſt ergo primus
philoſophandi gradus/genera rerum:proprietateſq; diſcutere:
vt quid in ſingulis verum ſit prudenter agnoſcat. Secundus vt
quiſq; id veritatis quod ei illuxerit fideliter aſſequatur. Hec au-
tem philoſophantium ſtrata illi ſoli peruia eſt/ qui de regno va
nitatis proclamat in libertatem qua liberi fiunt quos veritas li-
berauit:& ſpiritui ſeruientes colla iugo iniquitatis & iniuſtitie
ij.Corin.iij. ſubduxerunt. Vbi enim eſt ſpiritus dei/ibi libertas:metuſq; ſer
uilis vitiiſq; conſentiens exterminator ſpiritus ſancti eſt. Por-
ro ſpiritus eſt:qui loquitur veritatē in conſpectu principum:nec
erubeſcit/& pauperes ſpiritu regib⁹ ãteponit aut equat: & quos
ſibi fecerit coherere/docet ſcire loqui/& facere veritatem. Qui
vero veritatem non vult audire vel loqui:a ſpiritu veritatis alie
nus eſt. Sed hec hactenus/nunc in quo tyrannus differt a princi
pe audiamus.

¶ Explicit prologus libri quarti.

¶ Incipit liber quartus.

¶ De differentia principis et tyranni: & quid sit princeps. Capitulum.I.



St ergo tyranni & principis hec differētia sola vel maxima/ꝙ hic legi obtēperat/& ei⁹ arbitrio populū regit cuius se credit ministrū & in reipublice muneribus exercēdis & oneribus subeūdis legis beneficio / sibi primum vēdicat locum. In eoq; pfertur ceteris/ꝙ cum singuli teneantur ad singula: pricipi onera imminēt vniuersa. Vnde merito in eo omium subditoꝝ potestas confertur/vt in vtilitate singulorū & oīm: exquirenda et facienda sibi ipse sufficiat: & humane reipublice stat⁹ optime disponatur: dū sunt alter alterius mēbra. In quo quidē optimam viuēdi ducē naturā seqmur: que microcosmi sui.i.mūdi minoris hoīs.s. sensus vniuersos in capite collocauit: & sic ei vniuersa membra subiecit: vt omnia recte moueantur dū sani capitis sequuntur arbitriū. Tot ergo & tātis priuilegiis apex principalis extollitur & splendescit: quot & quāta sibiipē necessaria credidit. Recte q; dem: quia populo nihil vtili⁹ est q̄ vt principis necessitas expleatur: quippe cū nec volūtas eius iustitie iueniatur aduersa. Est ergo vt eū pleriq; diffiniunt: princeps potestas publica: & in terris quedā diuine maiestatis imago. Procul dubio magnū quid diuine ꝟtutis declarat̄ inesse principibus dū homines nutibus eorum colla submittunt: & securi plerūq; feriēdas prebēt ceruices: & impulsu diuino quisq; timet quibus ipse timori est. Qđ fieri posse nō arbitror: nisi nutu faciēte diuino. Oīs eteni potestas a dño deo est: & cū illo fuit semper: & est ante euū ordinate rō potestatis. Qđ igitur princeps pōt ita a deo est: vt ptās a dño non recedat: sed ea vtitur per suppositā manū in omnib⁹ doctrinam faciēs clemētie aut iustitie sue. Qui ergo resistit ptāti: dei ordinationi resistit: penes quē est auctoritas conferendi eam: & cum vult auferēdi vel minuēdi eā. Neq; eni potētis est cū vult seuire in subditos: sed diuie dispēsationis ꝑ bn̄placito suo punire vel arcere subiectos. Vn̄ & in psecutione hunoꝝ athila iterrogat⁹ a religioso cuiusdā ciuitat ep̄o quis eēt: cū rn̄disset: ego sū athila flagellū dei: venerat⁹ in eo vt scribit̄ diuinā maiestatē ep̄us: bene (inquit) venerit minister dei: & illud. Bn̄dict⁹ qui venit in noīe dn̄i ingeminās: refatis eccl̄ie foribus psecutorē admisit. ꝑ quē & assecut⁹ est martyrii palmā. Flagellū autē dn̄i excludere nō audebat: sciēs quia dilectus filius flagellat̄: & nec ipi⁹ flagel

Principis diffinitio.

Ad Rom. xiij

Ibidem.


Exemplum de athila.

Matth. xxj.

li esse nisi a dño ptãtem. Si itaq; adeo venerabilis est bonis potestas etiã in plaga electorų/quis eam nõ vereref que a dño instituta est/ad vindictã malefactorų/laudẽ vero bonorũ & legibus deuotione prõptissima famulaf? Digna siquidẽ vox est. vt ait impator maiestate regnantis/se legibus alligatũ principez pfiteri: quia de iuris auctoritate pricipis pendet auctoritas. Et reuera maius impio est/submittere legib⁹ principatũ: vt nichil sibi princeps licere opinetur quod a iustitie equitate discordet.

C.de legib⁹.l. digna vox.

¶ Quid lex. et q; princeps licet sit legis nexibus absolutus: legis tamen seruus est et equitatis/geritq; personam publicaz: & innocenter sanguinem fundit. Capitulũ. II.



Ec in eo sibi principes detrahi arbitrentur: nisi iustitie sue statuta pferenda crediderint iustitie dei: cui⁹ iustitia in euũ est: & lex eius equitas. Porro equitas vt iurispiti asserũt rerų conueniẽtia est: que cũcta coequiparat ratione: & in paribus rebus paria iura desiderat/i omnes equabilis: tribuens vnicuiq; quod suũ est. Lex vo eius interpres est: vtpote cui equitatis & iustitie volũtas inotuit. Vnde & eã oĩm rerų diuinarũ & humanarũ cõpotem esse crisipp⁹ asserũit. Ideoq; prestare omnibus bonis & malis et tam rerũ q̃ hominũ principem et ducẽ esse. Cui papinianus vir quidẽ iuris experientissim⁹ & demosthenes orator ppotens videtur suffragari: & omniũ hominũ subiicere obediẽtiam: eo q; lex omnis/inuẽtio quedam est & donũ dei: dogma sapiẽtum/ correptio volũtariorũ excessuũ: ciuitatis cõpositio/& totius criminis fuga: fm quã decet viuere oẽs qui in politice rei vniuersitate versantur. Oẽs itaq; necessitate legis seruãde/tenẽtur astricti: nisi forte aliquis sit cui iniqtatis licentia videatur indulta. Princeps tamen legis nexibus dicitur absolutus: nõ quia ei iniqua liceant/sed qa is esse debet qui nõ timore pene/sed amore iustitie/equitatẽ colat/reipublice procuret vtilitatẽ/& in oĩbus aliorũ cõmoda puate pferat volũtati. Sed quis in negociis publicis loquef de principis volũtate cum in eis nil sibi velle liceat nisi quod lex aut eqtas psuadet: aut ratio cõmunis vtilitatis indicit? Eius nãq; volũtas in his vim debet habere iudicii: & rectissime quod ei placet in talibus legis habet vigorẽ/ eo q; ab eqtatis mẽte/eius sententia nõ discordet. De vultu tuo (iqt) iudiciũ meũ pdeat: oculi tui videant equitatem. Iudex enĩ incorrupt⁹ est: cui⁹ snĩa ex cõtemplatiõe assidua imago est equitatis. Publice ergo vtilitatis minister: & equitatis seruus/est princeps: & in eo personam publi-

ps. cxviij. Equitas qd ẽ.

l. iustitia. ff. de iustitia & iu.

ff. de legi. l. ij.

ff. de legi. l. j. In preñ. l. ij. ff de legi.

Sumif. ff. de legi. l. j. & ij.

ff. de legibus. l. princeps.

l. j. ff. de cstitu. principum. ps. xvj.

cam gerit: q̄ omniū iniurias & dāna: sed et crimina oia/ equitate media punit. Virga quoq; eius & baculus/adhibita moderatione sapientie/contractus oīm & errores ad viā reducit equitatis: vt merito ptāti spiritus congratuletur dicens. Virga tua & baculus tuus ipā me consolata sunt. Sed & clypeus eius fortis quidem: sed infirmoriū clypeus est: & qui malignātiū iacula p innocētibus potēter excipiat. Officiū quoq; ei⁹ illis qui minimū possunt plurimū pdest: & illis q nocere desiderant plurimū aduersatur. Nō ergo sine causa gladiū portat quo innocēter sanguinem fundit: vt tamē vir sanguinū nō sit: & homines frequenter occidat vt nō incurrat nomen homicidii/vel reatū. Si enim magno creditur augustino: dauid vir sanguinū dictus est/nō pp̄ter bella sed pp̄ter vriam: & samuel nusq̄ vir sanguinū aut homicida scribit/licet agag pinguissimū regē amalech interfecerit. Hic siqdē gladius est colūbe que sine felle rixat: sine iracundia ferit: & cū dimicat nullā omīno concipit amaritudinē. Nā sicut lex culpas psequitur sine odio psonarū: ita et princeps delinquentes rectissime punit: nō aliquo iracundie motu: sed mansuete legis arbitrio. Nā & si suos priceps videatur habere lictores: ipse aut sol⁹/ aut precipu⁹ credēdus est lictor: cui ferire licitū est p suppositaȝ manū. Vt eni ad stoicos accedam⁹ q causas noīm diligētius inuestigant: lictor dicit quasi legis ictor. eo q̄ ad ipsi⁹ spectat officiū ferire quē lex iudicat feriendū. Vn̄ & ātiqtus officialib⁹ quorum manu iudex nocētes punit: cū reo gladius īmineret: obtēpera legis arbitrio dicebatur: vel legem imple. vt rei tristitiam mitigaret vel mansuetudo verborum.

ps.xxii.
ii.Regū.vii.
ii.Regū.xv.
Nō colūbum felle carere.
Legū persecutio qualis est.
Lictor vn̄ dz.

¶ Q̄ princeps minister ē sacerdotum: & minor eis. & quid sit ministerium principatus fideliter gerere. Capitulū. III.

Hunc ergo gladiū de manu ecclesie accipit priceps cū tn̄ ipsa gladiū sanguinis omīno nō habeat. habet tn̄ & istū: sed eo vtitur p principis manū: cui cohercēdorū corporū contulit potestatē: spūaliū sibi ī pōtificib⁹: auctoritate reseruata. Est ergo princeps sacerdotii quidem minister: & qui sacrorum officiorum illam partem exercet: que sacerdotii manibus videtur indigna. Sacrarum nāq; legum omne officium religiosum et pium est. Illud tamen inferius quod in penis criminum exercetur: & quandam carnificii representare videtur imaginem. Vnde et Constantinus Romanorum fidelissimus imperator: cum sacerdotum consilium niceam cōuocasset. Nec primum locum tenere ausus est: nec se presbyte=

habet.xi.q.i. sacerdotibus.

rorum immiscere consessibus:sed sedem nouissimam occupa-
uit. Sententias vero quas ab eis approbatas audiuit ita venera
tus est:ac si eas de diuine maiestatis sensisset emanasse iudicio.
Sed & libellos inscriptionū quos ad inuicē conceptos sacerdotū
crimina continentes imperatori porrexerāt:suscepit quidē clau
sosq; reposuit in sinu suo. Cū aūt eosdē ad charitatem & concor-
diam reuocasset:dixit sibi tanq̄ homini: & qui iudicio subiacet
sacerdotū/illicitū esse deoꝝ examinare causas/ qui non possint
nisi a solo deo iudicari libellosq; quos receperat nō inspectos de
dit incendio/patrum veritus crimina vel conuitia publicare/&
cham reprobi filii maledictiōem incurre re:qui patris verēda nō
texit. Vnde & in scriptis nycolai romani pontificis/ idē dixisse
narratur. Vere si ꝓpriis oculis vidissem sacerdotem dei aut ali
quem eoꝝ qui monachico habitu circūamicti sunt peccantem:
clamydē meā explicarē:& cooperirē eū ne ab aliquo videretur.
Sed & theodosius magnus imperator ob meritam noxā nō ta-
men eotenus grauem a sacerdote mediolanensi a regalium vsu
& insignibus imperii suspensus est:& indictam sibi penitentiaꝫ
homicidii/patiēter & solēniter egit. Profecto vt doctoris gētiū
testimonio vtar/maior ē qui benedicit/q̄ qui benedicitur:& pe-
nes quē est conferende dignitatis auctoritas: eum cui dignitas
ipsa confertur/honoris priuilegio antecedit. ¶ Porro de ratio-
ne iuris/eius est nolle cuius est velle:& eius est auferre qui de iu
re conferre potest. Nonne samuel in saulem ex causa inobedien
tie depositionis sn̄iam tulit:& ei in regni apicem humilē ysai fi
lium subrogauit? Si vero constitutus princeps susceptū ministe
riū fideliter gesserit tantus ei honor exhibendus est & reueren-
tia tāta/quātū caput oībus mēbris corporis antecellit. Gerit au-
t: fideliter ministeriū/cū sue conditionis memor/ vniuersitatis
subiectorū se psonā gerere recordat:& se non sibi suam vitā:sed
aliis debere cognoscit:& eam illis ordinata charitate distribuit
Totum ergo se deo debet/plurimū sue patrie/multum parenti
bus & propinquis. extraneis minimū/non nihil tamen. Sapien
tibus ergo & insipientibus debitor ē:pusillis & maiorib⁹. Que
quidem inspectio communis est omnium prelatorū: & eorum
qui spūaliū curam gerunt/& qui secularem iurisditionem exer-
cent. Vnde et melchisedech quē primū scriptura regēītroducit
& sacerdotē vt ad presēs mysterium taceatur quo ꝑfigurat xp̄m
qui in celis sine matre & in terris sine patre nat⁹ ē:ille inq̄ nec pa
trē nec matrē legitur habuisse:nō ꝙ vtroq; caruerit: sꝫ qa regnū

Marginal notes:
Genes. ix. hoc habetur. xxvi. distinc. in scripturis.
Q8 df hic de theodosio sumi potuit xxvi dist. duo sunt.
Hebr. c. vii.
ff. de regu. iur. l. eius.
i. Regū. xvi.
Quid deo debet. qd patrie qd parentib⁹. qd extraneis.
Genes. xiiii.
Ad Hebr. c. vii

& sacerdotiũ de ratione non pariunt caro & sanguis/ cũ in alterutro creando parentum respectus citra virtutũ merita preualere non debeat: sed salubria subiectorꝶ fideliũ vota. Et cũ alterutri⁹ culminis apicem conscenderit: quis obliuisci debet & affectũ carnis: & id solũ agere quod subditorũ sal⁹ exposcit. Subiectis itaqꝫ pater sit & maritus/aut si teneriorem nouerit affectionem vtatur ea. Amari magis studeat q̃ timeri/& se talẽ illis exhibeat/ vt vitam eius ex deuotione ꝓferant sue: & icolumitatẽ illi⁹ quãdam publicam reputent vitã. Et ei tunc oĩa recte ꝓcedẽt: & paucorũ stipatus obsequio ꝓualebit si opus est aduersus innumerabiles. Fortis eteni est vt mors dilectio: & cuneus quẽ funiculi amoris constringũt non facile rumpitur. ¶ Dorenses cũ atheniẽsibus pugnaturi de euentu prelii oracula consuluerũt: respõsum est superiores fore nisi regẽ atheniensiũ occidissent. Cũ ventum esset in bellũ: militibus ante oĩa regis custodia precipitur. Atheniẽsibus eo tp̃e rex codrus erat: qui responso dei et preceptis hostiũ cognitis/mutato regis habitu sarmẽta collo gerens: castra hostiũ ingreditur. Ibi turba obsistentiũ a milite quẽ falce percusserat iterficiť. Cognito regis corpore dorẽses sine ꝑlio discedũt. atqꝫ ita atheniẽses/virtute ducis ꝓ salute patrie morti se offerẽtis/bello liberantur. ¶ Item ligurgus in regno suo decreta constituens/populũ in obsequia principũ/ꝑncipes ad iustitiã ĩpiorꝶ firmauit/auri argẽtiqꝫ vsũ & oĩm scelerũ materiã sustulit. Senatui custodiã legũ/ populo subeligendi senatũ/potestatem dedit. Statuit ꝟginẽ sine dote nubere: vt eligerentur vxores non pecunia. Maximũ honorẽ ꝓ gradu etatis senum esse voluit: nec sane vsq̃ terre locũ honoratiorẽ senectus habet. Deinde vt eternitatẽ suis legibus daret/iureiurando obligat ciuitatẽ nihil eos de legibus eius mutaturos anteq̃ reuerteretur. Proficiscitur aũt cretã: ibi ꝑpetuũ exilium egit: abiciqꝫ moriens ossa sua in mare iussit: ne relatis lacedemonẽ solutos se religione iurisiurãdi in dissoluendis legib⁹ arbitrarẽtur. ¶ His quidẽ exemplis eo libentius vtor/ꝙ apostolũ paulum eisdẽ vsum dum atheniensibus predicaret inuenio. Studuit predicator egregius iesum xp̃m: & hunc crucifixũ sic mẽtibus eorꝶ ingerere: vt per ignominiã crucis/ liberationũ multorũ exẽplo gentilium ꝓuenisse doceret. Sed & ista persuasit fieri non solere nisi in sanguine iustorũ: & eorũ qui populi gererent magistratũ. Porro ad liberationẽ omniũ simul iudeorum & gentiũ nemo sufficiẽs potuit ĩueniri: nisi ille cui in hereditatẽ date sũt gentes: & prefinita est omnis terra possessio

Cantico. viij. Ecclastes. iiij
Dorenses.
Codrus rex atheniensiũ.
Ligurgus.
Nõ pulchra de beato paulo in exaltatione fidei christiane.

eius. Hunc autem aliū esse non posse q̄ filium omnipotētis dei asseruit/cū preter deum/gentes & terras omnes/nemo subegerit. Dū ergo sic crucis ignominiā predicaret vt gētiū paulatim euacuaretur stultitia: sensim ad dei verbū deiq; sapientiā: & ipsū etiam diuine maiestatis soliū/verbū fidei/& linguam predicationis euexit. Et ne virtus euangelii sub carnis īfirmitate vilesceret/a scandalo iudeorum/gentiūq; stultitia/opera crucifixi que ī fame testimonio roborabantur exposuit: cū apud omnes constaret q ea non posset facere nisi deus. Sed quia multa in vtrāq; partem crebro fama mētitur: ipsam iuuabat famā q discipuli illius maiora faciebant: dū ad vmbrā discipuli a quacūq; infirmitate sanabantur egroti. Quid multa? Astutias aristotelis: crisippi acumina oimq; philosophorum tendiculas/resurgens mortuus confutabat. Decios duces romanorum se pro suis exercitibus deuouisse per celebre est. Iulius quoq; cesar dux inquit qui non laborat vt militibus carus sit/militē nescit amare: nescit hūanitatē ducis in exercitu aduersus hostes esse. Idē nunq̄ dixit militibus. Ite huc: sed venite. Dicebat enī quia pticipatus cū duce labor videtur/militibus minor. Preterea voluptas corporis eodē auctore vitanda ē. Aiebat enī in bello corpora hominū gladiis/in pace voluptatibus vulnerari. Senserat enim gentiū triūphator/voluptatē nullo modo tā facile superari q̄ fuga: eo q ipm qui gētes domuerat/veneris nexibus innodauit mulier impudica.

¶ Qz diuine legis auctoritate constat principē legi iustitie esse subiectum. Capitulum. IIII.

Sed quid ad emendicata gentiū exempla decurro: que tū plurima sunt cū rectius quisq; possit ad facienda legibus q̄ exēplis vrgeri? At ne ipm principē vsquaq; solutū legibus opineris/audi quā legem imponat principibus rex magnus sup omnē terrā/terribilis & qui aufert spiritū principū. Cū (inquit) ingressus fueris terrā quā dominus deus dabit tibi & possederis eam/habitaueris q; in illa & dixeris/constituā sup me regē sicut habent oēs per circuitū nationes/eū cōstitues quē dominus deus tuus elegerit de nūero fratrū tuorum Nō poteris alterius gētis hoiem regē facere: q nō sit frater tuus. Cūq; fuerit cōstitutus nō multiplicabit sibi equos nec reducet populū in egyptū/eqtatus nūero subleuatus: psertim cū dns preceperit vobis: vt nequaq̄ per eandē viā amplius reuertamini. Non habebit vxores plurimas q̄ afficiāt aiam eius: neq; argēti & auri īmēsa pondera. Postq̄ aūt sederit in solio regni sui describit sibi

ps. xlvi.
ps. lxxv.
Deutero. xvii.

Deuteronomiũ legis huius in volumine accipiens exemplar a sacerdotibus leuitice tribus:& habebit secũ. Legetq; illud omnibus diebus vite sue vt discat timere dñm deũ suum:& custodire v̓ba/& cerimonias eius que in lege p̄cepta sũt. Nec eleuetur cor eius in superbiã super fratres suos:neq; declinet in partẽ dexterã vel sinistram:vt longo tempore regnet ipse & filius eius sup israel. Nunquid queso nulla lege artatur quem lex ista ꝯstringit? Hec vtiq; diuina est & impune solui non potest. Singula verba eius si sapiant in auribus principũ tonitrua sunt. Taceo de electione & forma eius:que in principis creatione exigitur. Viuẽdi formulã que ei prescripta est:mecũ paulisper attende. Cũ inq̃t surit constitutus qui totius se populi fratrẽ religionis cultu & affectu charitatis ꝓfiteatur:nõ multiplicabit sibi equos quorũ numerositate sit subditis onerosus. Equos equidẽ multiplicare est: plures q̃ ipsa necessitas exigat vane glorie causa/ vel erroris alterius cõgregare. Multum enim & parũ si paripateticorũ principem seq̃mur legittime quantitatis diminutionẽ in singulis rerum generibus significant vel excessum. Licebit ne ergo canes m̃ltiplicare volucres ve rapaces/aut truces bestias/aut quelibet portẽta nature cũ equorũ qui ad militiã necessarii sunt:& vsum totius vite ex quantitate legittima prefinitus est numerus? Nã de histrionibus/& mimis/scurris/& meretricibus/ lenonib⁹:& hmõi prodigiis hominũ/que principẽ oportet potius exterminare q̃ fouere:non fuit in lege mentio facta/que quidẽ om̃es abhominationes istas nõ modo a principis aula excludit: sed elimĩat a populo dei. Equorũ nomine totius familie & impedimentoꝝ oĩm necessarius intelligitur vsus: cuius legittima quantitas est quã ratio necessitatis aut vtilitatis exposcit. Ita tñ vt vtile & honestũ coequẽtur:& ciuilitas ꝯscribat̃ honestis. Philosophis enĩ iãpridẽ placuit perniciosiorẽ nullã esse opinionẽ illoꝝ opinione q vtile separant ab honesto:& sententiã verissimã & vtilissimã esse honestũ & vtile in se vsq;quaq; ꝯuerti. Plato (vt ferũt hystorie gentiũ) cũ vidisset dionysiũ sicilie tyrannũ corporis sui septũ custodibus:quod tantũ inquit malũ fecisti/vt a tã multis necesse habeas custodiri? Hoc vtiq; pricipem nõ oportet/qui officiis ita sibi omnium vincit affectus vt quisq; subditus pro eo periculis imminentibus caput opponat:cum etiam vrgente natura se pro capite soleant membra exponere.& pellẽ pro pelle & cũcta que habet homo ponat pro anima sua. ❡ Sequitur nec reducet populum in egyptum equitatus numero subleuatus. Magna si

Cõtra principũ pompas ⁊ voluptates.

De equis.

De canibus.
De volucrib⁹ rapacibus.
De bestijs trucibus.
De histriõib⁹.
De mimis.
De scurris.
De meretricib⁹ ⁊ lenonib⁹.

Platonis verbũ ad dyonisium tyrãnũ custodib⁹ circũseptum.

Job.ij.

quidem diligentia precauendum est omni qui i sublimitate cōstituitur/ne inferiores corrumpat exemplis & abusione rerum & per superbie aut luxurie viam/ad confusionis tenebras reducat populum. Frequens est enim vt subditi superiorū vitia imitentur:qa magistratui popul⁹ studet eē ꝯformis:& vn⁹ qsq; libēter appetit in quo aliū cernit illustrem. Celebre est illud versificatoris egregii:sensum & verba magni theodosii exprimentis.

Theodosi⁹.

In cōmune iubes si quid cēses ve tenendū. Primus iussa subi:tūc obseruantior equi. Fit populus/nec ferre negat: cū viderit ipm auctorē parere sibi. Componitur orbis/regis ad exemplū. Nec sic inflectere sensus humanos edicta valēt/q̄ vita regentis. Mobile mutatur semp cū principe vulgus. Verū singulorū facultates nequaq̄ copiis oīm adequātur. De loculis ꝓpriis quilibet sumit:at potestas de archa publica vel ciuulio haurit. Que si forte defecerit:ad singulorū recurrit̃ facultates. At qui priuatū queq; suis necesse est esse contentum. Que si fuerint attenuata q nūc potētis appetebat fulgorē pauptate sordidus/confusionis sue tenebras erubescit. Inde etiam lacedemoniorū decreto/potestatibus in vsu publicorū bonorū ꝑcitas īdicta est:dū tn̄ hereditariis ita & his que pinguiorī fortuna accedūt cōmuni iure vti liceat.

Decretū lacedemoniorum.

¶ Q₂ principē castū esse oportet & auariciā declinare. Ca. V.

ADiecit lex. Nō habebit vxores plurimas que afficiāt animā eius. Licitū quidē fuit quandoq; in populo dei vt ꝓpagande sobolis gratia & fidelē populū dilatādi/plures quis sortiretur vxores. In exemplū licētie hui⁹ occurrūt patriarche:cū sara vsa sit iure suo:corpe.s.abrahe in vtero alieno ancille ministerio de viro suscipiens filiū ysmaelē Iacob quoq; sororū sibi duplicato coniugio: fecūdas earūdē ācillas asciuit. At qui reges ꝑpetue prohibitiōis laqueus tenet & a pluriū vxorū amplexibus arcet:& cum in aliis/plures vnius eē licitum fuerit/in regibus ꝑpetuo vt vna vnius sit obtinet. Nunqd fornicari vel adulterari/stuprū ve licet cōmittere cū pluribus/cū nec etiam generis multiplicandi causa aut ꝓcreandi heredis: liceat vxoribus āmisceri? Quomodo stupra/adulteria: aut quaslibet fornicationes punit potestas: eisdem subiecta criminib⁹? Nec vxores dauid quisq̄ obiiciat/qui forte in hoc sicut & in multis aliis speciali priuilegio gaudet:licet facile concesserim/ꝙ & ipse in hac pte deliquerit. Sane eum affectus ille vxori⁹ ꝓditiōe & homicidio in adulteriū impegit. Nec in illius excusatione laboro qui ꝓphetica conuentus & conuictus parabola/seipm viri

Deutero.xvij.
De sarra/abraham/z ysmaele.
De Jacob.
ij.Regū.xj.
De vxoribus dauid.
ij.Regū.xij.

mortis esse respondit. Habes itaque regē cum regibus delinquentem/ & vtinā cum penitente peniteant & fateantur cū confitente culpam: & satisfaciētes cū satisfaciēte reuertantur ad vitā. Ipsam quoque sapientiam salomonis mulierum infatuauit amor.


iij. Regū. xj. & sequētib.

¶ Sequitur/ nec habebit argenti & auri imensa pondera. Eant nunc & domino prohibente argētum sibi & aurū thesaurizēt facientes ex calumnia questum/ de paupertatibus aliorum abundantiam querāt: de rapinis diuitias/ & singularem sibi beatitudinem statuant in calamitate multorū. Sed copiam salomonis obiicit aliquis. Esto/ principem locupletem fieri nō prohibeo/ sed auarum. Nonne aurum & argentum tempore salomonis viluerunt? Non vtique viluissent si eorum immensa pondera & quę vsum excederent sibi rex cupidus congessisset. Potuerat ea in terra defodiens quo cariora fierent humanis vsibus subtraxisse. Apud petroniū trimalchio refert fabrum fuisse qui vitrea vasa faceret tenacitatis tante vt non magis quam aurea vel argentea frangerentur. Cum ergo fialam huiusmōi de vitro purissimo & solo vt putabat dignā cesare fabricasset/ cum munere suo cesarē adiēs admissus est. Laudata est species muneris/ commendata manus artificis: acceptata est deuotio donantis. Faber ergo vt āmiratio nē intuentiū verteret in stuporē: & sibi plenius cōciliaret grām imperatoris/ petitā de manu cesaris fialā recepit: eāque validius proiecit in pauimētū tāto ipetu vt nec solidissima et cōstātissima eris materia illesa maneret. Cesar aūt ad hec nō magis stupuit quam expauit. At ille de terra sustulit fialā quę quidem non fracta erat: sed collisa/ ac si eris substantia vitri speciem induisset. Deinde martiolum de sinu proferēs/ vitium correxit aptissime: & tanquam collisum vas ereum crebris ictibus reparauit. Quo facto se celum iouis tenere arbitratus est eo quod familiaritatem cesaris/ & ammirationē omniū se promeruisse credebat. Sed secus accidit. Quesiuit enim cesar an alius sciret hanc conditurā vitreorū. Quod cum negaret/ eum decollari precepit impator dicens: quia si hoc artificiū innotesceret/ aurū et argētum vilesceret quasi lutū. An vera sit relatio & fidelis incertū est/ & de facto cesaris/ diuersi diuersa sentiunt. Ego vero sapientiorum nō preiudicans intellectui: deuotionē potentis artificis male remuneratā arbitror: & inutiliter humano generi prospectū/ cum ars egregia deleta sit vt fomes auaricie/ pabulū mortis/ cōtentionū preliorūque causa pecunia/ pecunieque materia seruaretur in precio quod sine diligētia hominis fuerat habitura/ cum sine se esse non possit qui rerum pre

De fabro quod fecit & obtulit cesari fialam vitream nō frangibilē/ et eius remuneratiōe

cium est. Vtiq; in precio precium nunc est dat census honores. Census amicitias paup vbiq; iacet. Longe vtilius quidã omnẽ materiã iurgiorũ: & causam odii a suis rebus publicis exterminare studuerũt vt causa deficiente effectus malicie euanesceret. Quale est decretum ligurgi apud lacedemonios: & in antiqua grecia que nũc pars vertalie est: samii doctrina pictagore qui cõstitutionum suarum robore & virtute traditur totã seruasse italiam. Vtinam aurum cum argẽto vilescat: dum sit sola ꝟtus in ꝑcio/& illa quorum vsum optima dux viuendi natura cõmẽdat. Pauper itaq; nõ iacebit/nec diues solius pecunie bñficio honorabitur dum vnusquisq; suiipsius dote in precio erit vel vilescet. Porro quedam a se/quedã ab aliorũ opinione habẽt ꝑcii dignitatem. Panis siquidem aut victualia que in alimentis aut indumentis necessariis constant dictante natura sunt vbiq; terrarũ in ꝑcio. Que sensus oblectãt naturaliter oĩbus grata sũt. Quid multa? Que nature sũt/nõ modo eadẽ ꝫ vigẽt apud oẽs. Que opinionis arbitriũ sequũtur incerta sũt/& sicut ad placitũ sũt ita & ad placitũ euanescũt. Nõ fuerat ergo timẽdũ ĩpatori ne materia cõmerciorũ deficeret: cũ etiã adhuc apud illos venaliciũ frequẽs sit q pecuniã nõ nouerũt. Scio equidẽ tãte sapiẽtie fuisse salomonẽ: vt nũq̃ timuerit/ne aurũ & argentũ vilesceret posteris quorũ naturam videbat esse famelicã & ꝓ parte maxima nihil aliud q̃ pecuniam esurire. Vnde p inspiratã sapiẽtiam hanc rubiginẽ rex contẽpsit egregius: vt ad contẽptuꝫ pecunie suiip̃ius exẽplo posteros inuitaret. Preterea esse regem expedit copiosũ ita tamẽ vt diuitias suas populi reputet. Non habebit diuitias quas nomine possidet alieno/nec sibi priuata erũt bona fiscalia que publica confitet̃. Nec miꝝ cũ nec ip̃e suus sit/sed subditorũ.

¶ Qꝛ debet legem dei habere pre mẽte & oculis semper. & peritus esse in litteris: & litteratorũ agi cõsiliis. Caplm. VI.



Ostq̃ autem sederit ĩ solio regni sui describet sibi deuteronomiũ legis huius in volumie. Ecce quia ꝑnceps nõ debet esse ignarus iuris/& licet multis priuilegiis gaudeat/nec militie p̃textu legẽ dñi pmittitur ignorare. Describet ergo deuteronomiũ legis.i. secundam legẽ in volumine cordis vt sit lex prima quã littera ingerit/secunda quam ex ea mysticus intellectus agnoscit/ prima siquidẽ scribi potuit lapideis tabulis/sed secunda non imprimitur nisi in puriore intelligentia mentis. Et recte in volumine deuteronomiũ scribit̃ quia sic apud se sensum legis princeps reuoluit/ꝙ ab oculis eius

littera nō recedit. Et sic quidē insistit littere vt nequaq̄ ab intel- lectus discordet puritate. Littera nāq; occidit spiritus viuificat: ij.Corin.iij. & penes ipsum humani iuris & equitatis/ media interpretatio necessaria & generalis extat. Accipiens (inquit) exēpla a sacer- dotibus leuitice tribus/ recte quidem omnium legu͡ȝ inanis est censura/ si non diuine legis imaginem gerat. & inutilis est con stitutio principis/ si non est ecclesiastice discipline conformis. Q; & xp̄ianissimum non latuit principem qui legibus suis indi xit/ ne dedignentur sacros canones imitari. Et non modo sacer- dotum exemplaria peti precipit/ sed ad leuiticam tribū mutuā- di gratia principem mittit. Sic enim legittimi sacerdotes audi- endi sunt/ vt reprobis et ascendentibus ex aduerso/ omnem vir iustus claudat aditum. Sed qui sunt sacerdotes leuitice tribus? Illi vtiq; quos sine auaritie stimulis: sine ambitionis impulsu: si ne affectione carnis & sanguinis lex in ecclesiā introduxit. Nō autem lex littere que mortificat/ sed spiritus q̄ in sanctitate mē- tis/ mundicia corporis/ fidei sinceritate/ & operibus charitatis/ viuificat. Sicut enim vmbratilis lex/ & gerens omnia figurali- ter sacerdotes in singularitate carnis & sanguinis preelegit: sic postq̄ cessantibus vmbris/ veritas patefacta est/ & iustitia de ce lo prospexit: quos vite commendat meritu͡ȝ/ & bone opinionis odor & vnitas fidelium/ aut prelatorum prouidens diligentia/ in opus ministerii segregauit: spiritus applicat ad leuiticam tri bum/ & legittimos instituit sacerdotes. Adiicitur/ & habebit secum/ legetq; illud omnibus diebus vite sue. Attende quanta debeat esse diligentia principis in lege domini custodienda: qui eā semper habere/ legere precipitur/ & reuoluere: sicut rex regū factus ex muliere/ factus sub lege/ omnem impleuit iustitia͡ȝ le- gis/ ei non necessitate/ sed voluntate subiectus: quia in lege vo- luntas eius: & in lege domini meditatus est die ac nocte. Q; si ille in hac parte non creditur imitandus/ qui non regum gloriā: sed fideliū amplexus est paupertatē/ & indutus forma seruili re clinatorium capiti nō quesiuit in terris/ & interrogatus a iudice regnum suum de hoc mundo non esse confessus est: ꝓficiāt vel exempla regum illustriū: quoꝝ memoria in benedictione est. Procedāt ergo de castris israel dauid/ ezechias & iosyas & cete ri q in eo sibi regni gl'ia͡ȝ cōstare credebāt: si dei querētes gloriā: se & subditos diuīe legis nexib⁹ innodarēt. Et ne illoꝝ remota videāt exēpla: & ex eo seq̄nda min⁹ q; a lege eoꝝ & ritu opū & religiōis cultu & fidei ꝓfessiōe aliquātisp videmur abscedere: l͡ȝ

Nō de ꝓroga- tiua legis diui ne et canonice sc͡ȝ ciuilē legē.

Hebre.x. Jo.j. ps.lxxxiiij.

Ad gala.x. ps.j.

Philip.ij. Luce.ix. Joan.xviij.

nobis & illis eadem fides sit:ita tamen vt quod illi futurũ expectabant:nos ex pte magna gaudeamus & veneremur expletũ/ abiectis tñ vmbris figurarum/ex quo veritas de terra orta est/ & in conspectu gentiũ reuelata. Ne inq̃ illoꝝ quasi aliena aut ꝓphana contẽnantur exempla/constantinus noster/theodosius/ iustinianus/& leo/& alii xp̄ianissimi principes/principẽ possũt instruere xp̄ianũ. In eo nãq; precipuam operã dabãt vt sacratissime leges que constringunt omniũ vitas scirentur & tenerẽtur ab hominibus/nec illarum esset quisq̃ ignarus/ nisi aut publica vtilitate/erroris dispendium cõpensaret/aut miseratione etatis aut sexus infirmitate/legittime acerbitatis euitet aculeos. Illorum itaq; gesta/virtutum incitamenta sũt: verba quot sunt: tot institutiones morũ. Deniq; vitam vitiis subiugatis et captiuatis/quasi arcum triumphalem consecratum posteritati/magnifice virtutis titulis erexerunt fideli confessione predicantes in omnibus/quia non manus nostra excelsa sed dominus fecit hec omnia. Et quidem constantinus romana ecclesia fundata & dotata (vt cetera eius taceantur egregia) benedictiõe perpetua insignis est. Iustinianus & leo qui fuerint/ex eo claret ꝙ totum orbem sacratissimis legibus enucleatis quasi quoddam templum iustitie sacrare studuerunt. Nam de theodosio quid dicam? quẽ isti virtutis habuerunt exemplar: & ecclesia dei ob religionis & iustitie venerabilem notã/& sacerdotibus patientissime tamen & humillime indignantem nõ mõ vt impatorem venerata est: sed vt antistitem qui leges tulerat q̃ patienter tulit sententiã sacerdotis mediolanẽsis. Et ne sententiam emolliti presbyteri & principibus applaudẽtis fuisse teneram putes a regaliũ vsu suspensus est princeps/exclusus ab ecclesia & penitẽtiã coact⁹ est explere solemnẽ. Sed quid eum tãte necessitati subiecerat? Voluntas vtiq; subiecta iustitie dei:& legi eius vsq;quaq; obtẽpans Et nisi que metrica leuitate scribũtur duxeris habenda contemptui ex his quibus filiũ instruit & apud claudianũ quis ipse i sacrario moꝝ extiterit paucis agnosces. Ceteꝝ cum p̃misse legis ꝟba reuoluo/singula mihi videtur onusta/ & quasi spiritu intelligẽtie fecundata/menti occurrunt. Habebit ergo inquit secũ legem/ꝓuidẽs ne ad dãnatiõem suam cũ eam habere necesse sit/ habeat contra se. Potentes etenim potẽter tormenta patientur. Et adiecit. Legetq; illud. Legẽ siquidẽ habere in mantica parũ ꝓdest nisi fideliter custodiatur in aĩa. Legẽda ergo est omnib⁹ diebus vite sue. Ex q̃bus liquido cõstat q̃ necessaria sit ꝓncipib⁹

Ps. lxxxiiij.

vt. C. de legi. l. leges sacratissime.

Iustinian⁹ et leo leges sparsas redigerũt in vnũ.

Theodosi⁹ imperator q̃liter obediuit Ambrosio mediolanensi.

Sapiẽtie. vj.

peritia litterarũ qui legẽ dñi quotidie reuoluere lectiõe iubent. Et forte ꝙ sacerdotes legem quotidie legere iubeant nõ frequẽter inuenies. Priceps vo quotidie legit & cũctis dieb⁹ vite sue. Quia qua die nõ legerit legẽ/ei nõ dies vite sed mort[is] est. Hoc vtiq; sine difficultate illitterat⁹ nõ faciet. Vñ & in litteris quas regẽ romanorũ ad francorũ regem transmisisse recolo: qb⁹ hortabatur/vt liberos suos liberalibus disciplinis institui pcuraret: hoc ĩter cetera eleganter adiecit/quia rex illitterat⁹ est q̃si asin⁹ coronatus. Si tamen ex dispensatione/ob egregie virtutis meritũ principẽ contingat esse nõ litteratũ eundẽ agi litteratorum cõsiliis vt ei res recte procedat necesse est. Assistant ergo ei nathan ppheta & sadoch sacerdos/et fideles filii pphetarum/qui eũ a lege dei diuertere nõ patiãtur/ & quã ipẽ oculis animo nõ ostẽdit/linguis suis introducant quasi quodã auriũ hostio litterati. Legat itaq; mens principis in lingua sacerdotis: & quicqd egregiũ videt in moribus/quasi legẽ dñi veneret. Nã vita & ligua sacerdotũ quasi quidã vite liber est ĩ facie populorum. Eo forte spectat ꝙ exemplar legis a sacerdotibus leuitice tribus iubetur assumi/quia predicatione eorum deb3 positas cõmissi magistratus gubernacula moderari. Nec exps oĩno lectiõis ẽ/q & si ipse non legit que legũtur ab aliis fideliter audit. Qui vero neutrũ facit qũo incrementũ precepti qd̃ pcipitur fideliter adimplebit? Concursus nãq; desiderabiliũ omniũ sapientie accessio est. Ptholomeus ad cumulũ beatitudinis nõne sibi deesse aliquid credidit donec assitis septuaginta interpretibus licet gentilis esset lege3 domini grecis communicauit? Nihil enim refert an interp̃tes in eadẽ cellula clausi cõtulerint an pphetauerit in diuersis dum cõstet regẽ in veritatis inquisitiõe sollicitũ legẽ dñi in greciã traiecisse. In acticis noctibus legisse me memini ꝙ cũ philippi macedonis morũ legantur insignia/inter cetera litteratoriũ studiũ quasi belli negocia/& victoriarum triũphos liberalitatẽ mẽse/humanitatis officiũ & quecũq; lepide conuicũq; dicta sũt colorauit. Verũ & hoc ipsum in quo se aliis excellẽtiorẽ nouerat: quasi bonorũ hereditariorũ fundamentũ ad vnicũ quẽ sperabat regni & felicitatis futurũ heredẽ/transmittere curauit. Ob hanc causam epl̃a eius destinata aristoteli nup nati alexãdri/vt sperabat magistro visa est exscribẽda. Est igitur concepta ad hanc ferme sententiã. Philippus aristoteli salutẽ: filiũ mihi genitũ scito: q̃ equidem diis habeo grãm/nõ pinde quia nat⁹ est: q̃ pro eo ꝙ eũ nasci ꝯtigit tẽporibus vite tue. Spero eteni fore vt educatus erudi



Nathan.
Sadoch.

Sacerdotes q̃les eẽ debent

Ptholomeus

In lib. noctiũ acticarum q̃ fuit Agellij.

tuſq͡ꝫ a te dignus exiſtat/& nobis/& rerũ iſtarũ ſuſceptione. Romanos iperatores/aut duces/dũ eorũ res publica viguit: illitteratos extitiſſe non memini. Et neſcio quõ contigit ꝙ ex quo in pͣncipibus v̾tus lãguit litterarũ/armate quoq͡ꝫ militie ifirmata eſt man⁹ : & ipius principatus quaſi preciſa radix. Nec mirum cũ ſine ſapiẽtia/nullus ſtare aut eſſe valeat pͣncipat⁹: qa ſapiẽtia dei dixit. Sine me nihil poteſtis facere. Socrates apollinis oraculo ſapiẽtiſſim⁹ iudicatus eſt: & qui ſine ꝓdictione ſepté illos q dicti ſũt ſapiẽtes icõpabiliter anteceſſit/ nõ in opiniõe ſapiẽtie: ſꝫ v̾tute. Tũc demũ res publicas fore beatas aſſeruit: ſi eas philoſophi regerent/aut rectores earũ ſtudere ſapientie contigiſſet.

Socrates ſapiẽtiſſimus.

Et ſi tibi ſocratis videtur cõtẽnẽda auctoritas. Per me (inquit) ſapiẽtia/reges regnant: & conditores legũ iuſta decernũt: ꝑ me pͣncipes imperãt & potẽtes decernũt iuſtitiã. Ego diligẽtes me diligo/& qui mane vigilant ad me inenient me. Mecũ ſunt diuitie/& gloria opes ſuperbe: & iuſtitia. Melior eſt fructus me⁹ auro & lapide precioſo genimina mea argẽto electo. In viis iuſtitie ãbulo/ĩ medio ſemitarũ iudicii: vt ditem diligẽtes me/ & theſauros illorũ repleã. Itẽ meũ eſt conſiliũ & equitas/mea eſt prudẽtia/mea eſt fortitudo. Et alibi. Accipite diſciplinã: & non pecuniã: doctrinã magis q̃ aurũ eligite. Melior eſt enĩ ſapiẽtia cũctis opibus precioſiſſimis/& om̃e deſiderabile ei nõ põt cõparari. Cũ gẽtes nihil ſine nutu numinũ crederẽt faciendũ/ vnum tamen quaſi deũ deorũ & omniũ principem excolebant. ſ. ſapiẽtiam: eo ꝙ ipſa oĩbus preeſt. Vnde & philoſophi veteres imaginem ſapientie pre foribus omniũ templorũ pingi: & hec v̾ba ſcribere debere cenſuerũt. Vſus me genuit/peperit memoria: ſophiã me vocant graii: vos ſapientiã. Et hec itẽ. ego odi hoĩes ſtultos/& ignaua opa: & philoſophicas ſñias. Et quidẽ elegant illi iſta finxerũt licet veritatẽ ipam plene non nouerit ad eã tamen aliquatenus accedentes/dũ ſapiẽtiã oim que recte fiũt/ducem ac pͥcipem arbitranẗ: cũ & ipa veraciter glorietur ꝙ in oĩ gente & populo a principio primatũ tenuit/ ſuperborũ & ſublimiũ colla ꝓpria virtute calcans. Salomõ quoq͡ꝫ ſe/eã ſup ſalutẽ/ & oĩa pulchra dilexiſſe fateẗ: & ad ipꝫ cũ ea bona oĩa acceſſiſſe.

Prouerb. iiij.

Opes hoĩem ſupbire faciũt

Prouer. viij.

Philoſophorũ veterũ verba q̃ ad ſtatuã ſapiẽtie ſcribi cenſuerunt.

Eccĩ. xxiiij.

Sapiẽtie. vij.

¶ Qꝫ timorẽ dei docere debet/& hũilis eſſe/& ſic ſeruare humilitatem ꝙ auctoritas publica non minuatur: & ꝙ preceptorũ alia mobilia/alia immobilia. Capitulũ. VII

Deutero. xvij.

SEqtur vt diſcat timere dominũ deũ ſuũ/ & cuſtodire v̾ba eius que in lege precepta ſunt, Cauſã legittie ob-

seruationis lex ipa subiungit. Vt discat (inqt) Diligēs nāq3 lector legis discipulus est/nō magister. Nec ad sensum suū captiuatam retorquet legē:sed menti eius & integritati sensus suos accōmodat. Sed discipulus iste quid discit? Vtiq3 timere dn̄m deū suū. Recte quidem/eo q sapiētia parit/ & firmat pricipatū. At qui initiū sapiētie timor dn̄i. Qui ergo timoris non initiat gradu/frustra ad legittimi principatus culmē aspirat. Legittimi inquā/quia de quibusdā dū alleuant deiectis & miserius deiiciēdis/scriptum est. Isti regnauerunt & nō ex me: pricipes extiterunt/& ego ignoraui. & alibi. Tenētes legē nesciērūt sapientiam. Timeat ergo princeps dn̄m & se prōpta humilitate mentis/& pia exhibitione operis seruū profiteatur. Dn̄s eteni/serui dn̄s est. Seruit itaq3 dn̄o priceps:dum conseruis suis subditis.s. fideliter seruit. Sed & dn̄m deū esse agnoscat/cui non pl⁹ timoris ex maiestate/q̄ amoris ex pietate exhibendū est. Pater etēi est & cui nulla creatura/ipsius faciente merito/ negare pōt dilectionis affectū. Si ego (inquit) domin⁹ sum/vbi est timor me⁹? Si pater sum:vbi est amor me⁹. Verba quoq3 legis custodiēda sūt q ex primo timoris gradu quadā quasi v̄tutū scala felici procedit ascensu. Dilectio (inqt) illius/custodia legū est:quia oīs sapiētia timor dn̄i. Porro qui timet deū faciet bona/ & qui continēs est iustitie apphendet illā/& obuiabit illi quasi mater honorificata. Sed que v̄ba tanta diligētia custodiet? Vtiq3 que precepta sunt in lege/vt apud iudicem iota vel apex legis nō cadat in terrā:q nō ille ppriis vel manibus subiectorū excipiat. Sūt aūt p̄cepta quedā ppetuā habentia necessitatē. Apud oēs gēs legittima:& que oino impune solui nō possunt. Ante legē:sub lege. sub gratia:oēs lex vna constringit. Qd tibi nō vis fieri aliis ne feceris/& quod tibi vis fieri faciendū/hoc facias aliis. Procedāt nunc dealbatores potentiū/susurrēt/ aut si hoc parū est publice preconentur p̄ncipem nō esse legi subiectū:sed qd ei placet non modo in iure s̄m formam equitatis cōdēdo:sed qualitercūq3/ legis habere vigorē. Regem quem legis nexibus subtrahūt si volunt & audent exlegem faciant / ego nō modo his renitētibus: sed mundo reclamāte/ipsos hac lege teneri confirmo. In quo enim (inquit qui nec fallit nec fallitur) iudicio iudicaueritis/ iudicabimini. Et certe iudicium grauissimum in his qui presūt fiet eo q mēsura bona:pferta/coagitata:et supeffluēs reddet in sinus eo⁊. Nec tn̄ dispensationē legis subtraho manib⁹ ptātū: s3 ppetuā p̄ceptionē aut phibitionē hn̄tia/libito eo⁊ nequaq̄ ar

Prouer.i.⁊.ix. Et Eccī.i.

Osee.viii.

Hiere.ii.

Malach.i.

Ibidem.

Sapiētie.vi. Eccī.xix. Eccī.xv.

i.dist.in p̄n decre.

ix.dist.iustū et insti.de iure na.gen.⁊ ciuili.§.qd̄ principum.

Matth.vii. Sapientie.vi. Luce.vi.

Legis dispensatio.

bitror supponenda. In his itaq; dũtaxat que mobilia sunt/dispẽsatio verborũ admittitur/ita tñ vt cõpensatione honestatis aut vtilitatis/mẽs legis integra conseruetur. Nec eleuet (inqt) cor eius in superbiã super fratres suos. Quod pcipue necessariũ est/sepius replicat/eo q hũilitas nunq̃ satis cõmendata videtur principibus: & difficillimũ est vt gradus honoris tumorẽ non pariat in aĩo imprudẽtis. Supbis vtiq; resistit deus: & hũilibus dat gratiam. Proinde ergo rex oret ne veniat ei pes supbie/ quia in eo ceciderũt qui opantur iniqtatem expulsi sunt/ nec potuerũt stare. Nõ itaq; superbiat sup fratres: sed cũ fratrũ meminerit/fraternũ subiectis omnibus impendat affectum. Et quidẽ prudenter: humilitatẽ/cũ discretione & charitate/idicit pncipib⁹: quia sine istis omnino subsistere nõ põt principatus. Quisquis ergo gradum proprie celsitudinis amat: humilitatis cultũ in moribus diligẽtissime teneat. Nã qui ab humilitatis opib⁹ recedit/a dignitatis sue fastigio tumoris pondere cadit. Obtinet enĩ perpetuo/ quia qui se humiliat exaltabitur: & vice versa qui se exaltat deprimet. Regẽ romanorũ nouissimũ tarquiniũ/fecit esse supbia: & ei ab hũilitate magis necessarios substituit magistratus. Deniq; quẽ superborũ legisti regnare diutius? Eorũ nãq; qui per superbiam ceciderũt/hystoria copiosa est. Nec tamen eatenus superbiã vitet vt incidat in cõtẽptũ/ quia sicut elatio ita et abiectio declinanda est. Vñ & in iure romano cautũ est/vt q ius reddit se quidẽ in adeundo facilẽ prebeat: cõtẽni tamen nõ patiat. Mandatis quoq; adiicitur ne presides puinciarũ in vlteriorem familiaritatẽ prouinciales admittãt/ eo q ex conuersatione eq̃li contẽptio nascitur dignitatis. Veneretur ergo in publico populi maiestatẽ: & apud se priuate conditionis statũ pariter metiatur. Hoc ipsũ antiquis philosophorum documentis faciendũ agnosce. Ad philosophũ taurũ/ athenas visendi cognoscendiq; eius gratia venerunt pariter crete puincie preses/& pater eius sed priuatus. Taurus veniẽtib⁹ placide assurrexit/reseditq; post mutuã salutationẽ. Allata est mox vna sella que in prõptu erat: & dũ alie promebantur apposita est. Inuitauit ergo taurus patrem presidis vt sederet. At ille. Sedeat hic potius qui romani populi magistratus est. Absq; preiudicio (inquit) taurus/ tu interea sede dũ cõspicim⁹ q̃rimusq; qd cõueniat. te ne poti⁹ sedere qui pater es/an filiũ qui gerit romani populi magistratũ? Cum pater assedisset appositũq; eẽt aliud filio: super eadem re: taurus his qui cõuenerant verbum fecit cum sũma boni; equi: honorũ

Deutero. xvii. Jacobi. iiii. j. Petri. v. ps. xxxv. Luce. xiiii. Tarquinius. Abiectio vitanda. ff. de offi. psi. l. obseruandũ. in pn. vsq; ibi. veneret ergo. Taurus philosophus. Inter filium/ magistratũ/ & patrẽ priuatũ qualiter sit faciendum.

atq; officiorum ppensatione. Eorũ verborũ sententia hec ꝟe fuit In publicis locis atq; muneribus: patrũ iura: causa filiorũ qui in magistratu aut potestatibus sunt collata: interquiescere paulu-lũ & cõuenire: sed cum extra rẽpublicam in domestica re & vita sedeatur: ambuletur: in cõuiuio quoq; discũbatur familiari: tũc ĩter filiũ magistratũ: & patrẽ priuatũ/publicos honores cessare: naturales & genuos exoriri. Hec ergo inquit taur⁹ ꝙ ad me venist(: ꝙ nũc loqmur ꝙ de officiis dissertam⁹ p̃uata actio est. Itaq; tu pater vtere his honorib⁹ p̃us: quib⁹ quoq; domi vestre te vti priorũ decet. Hec ergo generaliter mgr̃atibus ꝑsuadenda arbitror: vt in splendore publice dignitatis memores sint ꝓp̃e cõditionis/& sic attendant ꝓprie conditionis statũ: vt nõ deuenustẽt publice dignitatis gradũ: sic collati sibi honoris integritatẽ seruẽt vt aliorũ nõ minuãt dignitatẽ: & sic p̃uata quisq; polleat dignitate: vt nõ fiat iniuria publice potestati.

Tauri philosophi verba.

## ¶ De moderatione iustitie & clementie principis que debent in eo ad vtilitatem reipublice cõtemperari. Ca. VIII.

Obtineat ergo in principe qđ debet in oĩbus obtinere Nemo que sua sunt querat: sed que aliorũ. verũtamẽ ipsius affectionis modus: quo charitatis brachiis: subiectos vt fratres amplexatur moderatiõis limitibus clauditur: sic eteni fratres diligit: ꝙ errores eorũ medicinalit̃ corrigit: sic in eis carnem agnoscit & sanguinẽ: vt ea sp̃us subiiciat ditioni. Medicorũ vtiq; consuetudo est vt morbos quos fomentis & leuioribus medicinis curare nequeunt: grauioribus adhibitis: igne puta vel ferro curent. Nec vnq̃ vtuntur grauibus: nisi cũ leuiũ beneficio desiderata sanitas desperatur. Sic et potestas cũ inferioꝝ vitia mansueta manu curare non sufficit: penarum acrimoniã dolẽs recte vulneribus infundit: & pia crudelitate seuit in malos dum bonorũ ĩcolumitas procuratur. Sed quis sine dolore: proprii corporis mẽbra valuit ãputare? Dolet ergo cũ exigẽtib⁹ culpis vindicta exposcitur ea tñ peragit in vita dextera. Sinistram nãq; non habet princeps: & in cruciatu mẽbroꝝ corporis cuius ip̃e caput est: legi tristis & gemẽs famulat̃. Philippus cũ audisset phisiciã quendã bonũ pugnatorẽ alienatũ aĩo ei fore inimicũ eo ꝙ tres filias inops vix aleret: nec a rege adiuuaretur: monẽtibus amicis vt eũ caueret: qđ (inqt) philippus si haberẽ ꝑtem corporis egrã: abscinderẽ ne poti⁹ q̃ curarẽ? Deide familiariter secreto illicitũ phisiciã: accepta difficultate necessi-

Ad Philip. ij

Medici non vtunt̃ grauib⁹ nisi cum leuia nõ ꝓsunt.

Phisicia bonus pugnator fuit.

tatũ domesticarũ/pecũia sufficiẽter instruxit: & meliorẽ fidelio rẽq; habuit q̃ fuerit ãteq̃ crederetur offensus. Vt eni ait lucius. Principẽ senẽ moribus esse oportet: & qui moderatiora sequat cõsilia: & vicẽ gerere medicorũ: qui morbos curãt nũc exinanitione in repletis nunc refectione in vacuis: & dolorẽ sedãt/nunc cauterio nũc somẽtis. Preterea sit in verbo affabilis: munificus in bñficiis: & integre auctoritatis: seruet in morib⁹ dignitatem famã nãq; benignitatis/cõciliat sermo bon⁹: & lingua gratiosa: amorem fidelissimũ & constantissimũ etiã a durioribus extorquent beneficia: & quẽ fecere fouẽt & solidant: & morũ dignitati debetur reuerentia subditorũ. Egregie quidã traianus gẽtiliũ optimus augustorũ: arguẽtibus eũ amicis ꝙ in oẽs nimiũ & vltra q̃ impatorẽ deceat ratiõis esset: respondit se talẽ velle impatorẽ esse priuatis: quales imperatores sibi esse priuatus optasset Vnde & relatu plinii secundi ãmonitus: qui tunc inter ceteros iudices ꝑsecutor ecclesie destinat⁹ erat: a nece martyrũ persecutionis gladiũ reuocans: edictũ tẽperauit. Et forte cum fidelibus egisset mitius nisi decessoꝝ suoꝝ legibus & exẽplis & prudẽtium vt putabatur consilio & auctoritate iudicum ad delẽdã sectam hominũ opinione publica supsticiosam & vere religionis inimicã inuitaret. Nec tñ vsq;quaq; cõmendo iustitiã hoĩs qui xp̃m ignorabat: sʒ culpã ip̃ius extenuo qui alioꝝ excedebat impulsu: & ad bñficiũ miserendũq; ꝓprie pietatis agebatur instinctu: natura clemẽs in omẽs: austerus in paucos: quibus ꝑcere ne phas esset: adeo vt totius imperii sui curriculo nisi vn⁹ dãnatus sit senatorũ: nobiliũ ve vrbis: licet inueniantur plurimi in ipsum grauiter deliquisse. Hic aũt a senatu dãnatus est ignorãte traiano. Dicebat eni insanũ eẽ eũ qui oculos si habeat lippiẽtes eos malit effodere q̃ curare. Aiebat & vngues si acriores fuerĩt resecandos esse non auellendos. Si eni cytharedus aliiq; fidicines multa diligẽtia ꝓcurant qũo oberrantis corde cõpescant vitiuʒ & eandẽ aliis vnanimẽ reddãt: faciãtq; dulcissimã diffidentium consonãtiã: cordis nõ ruptis sed tensis ꝓportionalit᷑ vł remissis/ q̃nta sollicitudĩe oportet principẽ moderari: nũc rigore iustitie: nũc remissione clemẽtie: vt subditos faciat quasi vnanimes esse in domo/& quasi discordantiũ in ministeriũ pacis et charitatis opibus vnã faciat ꝑfectã & maximã armoniã. Hoc aũt certum est quia tutius ẽ cordas remitti intensius q̃ ꝓtendi. Remissarũ nãq; intensio artificis peritia conualescit: & debitã soni reddit gratiã; sed que semel rupta est/nullo artificio reparat᷑. Profecto si

De traiano et laudib⁹ eius.

Comparatio pulchra de citharedo.

ſonus exigitur quem non habent: fruſtra tenduntur: & ſepe citius venitur ad nullum q̄ ad ſonum: ſcilicet qui nimis exigitur. Ait ethicus. Eſt piger ad penas princeps/ad p̄mia velox. Quiq; dolet quotiens cogitur eſſe ferox. Alterum namq; iuſtitie: alterum pietatis eſt: que adeo principi neceſſaria ſunt vt quiſquis ſine illis non modo prīcipatum ſed quemlibet magiſtratum vendicat: fruſtra ſeipſum irrideat: ſed & aliorum in ſe prouocat riſū contemptum & odiū. Mia (inqt) & ꝟitas non te deſerāt: circūda eas gutturi tuo & ſcribe eas ī tabulis cordis tui: & īuenies gratiā & diſciplinā bonā corā deo & hoībus. Gratia nāq; debetᷣ mie: iuſtitie diſciplina. Vtiq; gratia & amor ſubiectorū quā diuina ꝓducit gr̄a: inſtrumentū optimū eſt oīm gerendorū. Sʒ & amor ſine diſciplina nō proficit: quia ceſſāte iuſtitie ſtimulo: populus ſe in illicita reſoluit. Meditatur ergo iugiter ſapientiā: & de ea ſic iuſtitiā opatur ꝙ lex clemētie ſemꝑ eſt in lingua ei⁹: & ſic clemētia tēperat vigore iuſtitie: ꝙ lingua eius iudiciū loquitᷣ Officio nāq; eius iuſtitia in iudiciū vertitur: ea quidē neceſſitate: vt vacare nō liceat quin ſeipſum ſibi collato deſtituat honore Honor eteni regis iudiciū diligit: & delinquētium culpas tranquilla mētis moderatiōe cōpeſcit. De magiſtratuū moderatione librū fertur ſcripſiſſe plutarchus qui inſcribitᷣ archigramatō: & magiſtratū ſue vrbis ad patiētiā: & iuſtitie cultū/ꝟbis inſtituiſſe dicitᷣ & exēplis. Hic aūt ſeruū habebat hominē neq̄ & cōtumacē: ſed liberalib⁹ diſciplinis eruditū egregie: & exercitatuʒ ſatis in diſputationib⁹ philoſophicis. Contigit vt ob neſcio quā noxam ei tunicā detrahi cediq; iuberet plutarch⁹: loro cepat verberari duriuſcule. Cū tamē viſiciaretᷣ culpā dicens: ſe nihil egiſſe mali: nihil ſceleris admiſiſſe: & obloq̄batᷣ ſe multis demeruiſſe obſequiis vt vapularet. Poſtremo cū non ꝓficeret: vociferari cepit: & īter vapulādū iā nō q̄rimonias & gemit⁹ eiulatuſq;: ſʒ ꝟba ſeua & obiurgatoria iaculabatᷣ: nec ita ſe habere plutarchū vt philoſophū deceret: iraſci turpe eſſe ei p̄ſertim q de malo ire ſepi⁹ diſcertauerat/librūq; pulcherrimū ſcripſerat de patientia. Adiiciebat eē ꝓbroſū ꝙ doctrinā ſuā morib⁹ īpugnabat: eo ꝙ a mētis ītegritate ꝓlapſus: effuſus & prouolut⁹ in irā: plurimis plagis mulctaret innoxium. Ad hec plutarchus/lente quidē: et leniter & ſumma cum grauitate. Nūqd ꝙ vapulas tibi iraſci videor? eſt ne ira mea ſi a me debitū recip(? ex vultu ne meo an ex voce/an ex colore/an ēt ex ꝟbis ira me corruptū ītelligis aut correptū? mihi qdē neq; oculi opior truces ſūt: neq; os turbidū: neqʒ

Prouerb.iij.

Prouerb.xj.

De plutarcho q̄ fecit librum archigramaton ⁊ ei⁹ moderatione diſcipline.

Plutarch⁹ librū ſcripſit de patientia.

ĩmaniter clamo. neq; in spumã ruborẽq; feruesco: neq; pudenda dico aut peniteda: neq; oĩno trepido ira/aut gestio. Hec oĩa qppe (si nescis) signa irarũ esse solẽt. Et simul ad eũ q cedebat conuersus. Interi (inquit) dũ ego atq; hic disputamus: tu hec age: & sine iracundia mea retũde seruilẽ contumaciã/& iniquũ magis penitere doceas q̃ iurgare. Sic plutarch⁹. In quo non nihil eruditionis relictum est omnibus qui in sublimitate sunt.

¶ Quid sit declinare ad dexteram vel sinistram quod prĩceps prohibetur. Capitulum. IX.

Deutero. xvij. Sequitur. Neq; declinet in partem dexterã vel sinistrã Ad dexterã declinare ẽ ꝟtutib⁹ ipis vehemẽter ĩsistere: ad dexterã declinare ẽ: in ꝟtutis opibus: q̃ in modo cõsistit: modũ excedere. Oĩs ꝟovehemẽtia salutis inimica est: & excessus oĩs in culpa: bonarũq; rerũ ꝯsuetudo nimia pessima est. Vñ ethicus. Insani sapiẽs nomen feret: equus iniq. Vltra q̃ satis est/ꝟtutũ si petat ipam. Et philosoph⁹. Caue qđ ẽ nimiũ: quia si hec ipsa cautela modestiã deserit: eo ipo a tramite ꝟtutis incaute recedit. Salomon quoq;. Noli (ĩquit) nimis eẽ iustus. Quid ergo nimiũ prodest si regina virtutum iustitia: in sui nimietate obest? Alibi quoq;. Nimia hũilitas maxima ps superbie est. Ad sinistrã declinare est per abrupta vitioꝝ a via ꝟtutũ deuiare. Item. deflectitur ad sinistrã: qui in subiectorũ culpis nimis ꝓnus est ad vindictã: & ad dexteram gressũ torquet q delinquentib⁹ ex mansuetudine nimis indulget. Iter aut vtrũq; deuium est: sed qđ ad sinistram vergit perniciosius est.

Nimietas in oĩ re fugiẽda.

Ecclesiastes. vij.

¶ Quid vtilitatis de cultu iustitie pncipes ꝯsequanť. Ca. X.

Deutero. xvij. Iustitie vtilitas. Sed legittime huius obseruantie: quenã erit vtilitas? Eã vtiq; ꝓpheticus ſmo protinus subdit. Ait enĩ. Vt lõgo tẽpore regnet ipse & filius eius super israel. Ecce quenã tãte difficultatis: futura sit merces: dum regna paterna: filiis longo tempore protelantur. De virtute nãq; parẽtũ protenditur successio filiorũ: & succedẽtium felicitas ex decedẽtium iniquitate preciditur. Nã spiritus sancti certũ est testimonio: quia iniusti dispenbunt simul: & reliquie impioꝝ interibunt. Salus aũt iustorũ a dño est qui protegit eos in tẽpore tribulationis. Sed cũ eternitas totius tẽporis quãtacũq; sit p minutissima momenta deficiat: & in eo toto non nisi ad modum breue momentum subsistat: quid in eo poterit esse longum: cuz ea omnia si colligantur in vnum vere eternitati collata: nec pũcti quidẽ locũ obtineant eo ꝙ finitoꝝ ad ĩfinita oĩno nulla est cõpa-

ps. xxxvj.

Finitorum ad infinita nulla cõparatio.

tio? Certe centri ad periferiā vel circūferētiam: & si exigua aliqua tamen (vt pluribꝰ placet) proportio est. Eternitatis & temporis nulla. Quid ergo longū erit in eo quod totū breue est. aut que beatitudo temporis/anime videbitur diuturna/ si ea fidelis & perpetua anima/ est quantolibet emenso tempore caritura? Sed ego in loco isto vt tamen sine preiudicio sententie sanioris dictum intelligatur: longi tēporis regnū dici arbitror/ ipsius anime indeficiētis etatē q̄ pro bene āministrato regno/ eterne beatitudinis gloria coronabit. Cum enim certum sit ꝙ deus remunerabit opera singulorum et omniū ī misericordia vberi/ vel iustitia pleniori/ quos lumine clariori respiciet/ q̄ illos qui oēs ad iustitiā exercent/ vel secū traxerunt ad mortē? Sicut ergo potentes potenter tormenta patiētur/ sic & iustitie premiis fruentur plenius/ si recte exercuerint potentatū: & tantū in futuro p̄ subditis habebunt gloriam/ quanta virtute eos in magna delinquendi licentia/ precesserūt. Potuit enim (inquit) trāsgredi & nō est trāsgressus/ facere mala et nō fecit/ ideo stabilita sunt bona illiꝰ in dn̄o. ¶ Ad iustitiam nāqꝫ principibus reputatur etiā cū temperant ab iniuriis: & facultas delinquendi est eis materia meritorū. Declinare a malo in eis magnū est/ etiā si magna bona nō faciūt: dum tamen subditos indulgētia malorū non perimant. Nōne magnū est ꝙ beatitudinis quam habere videntur/ eis si recte egerint/ ꝓmittitur continuatio?. Impossibile dicunt qdaꝫ & hic florere cum mundo: & in eternū gaudere cū xp̄o/ & sententia quidē v̄a est/ si inter mundi flores repute lenocinia vitiorū. At qui et reges florere possunt: & mundialiū florū dulcissimos & vtilissimos in eternum carpere fructus. Quid autem beatiꝰ est q̄ si de diuitiis ad diuitias/ de delitiis ad delitias: de gloria ad gloriam/ principes transferantur de temporalibus ad eterna?

Periferia est linea vl' pūctꝰ

Sapiētie. vj. & cōcor. sup: a li. e. ca. vj.

Ecc̄i. xxxj.

## ¶ Que sit alia merces principum. Capitulum. XI.

Nec tamē ꝙ littere prima facies ꝓmittit excludo que & longi temporis regnum promittit patribꝰ & eiusdem successionem protendit ad filios: qui sicut tēporalis regni/ ita erunt & eterne beatitudinis successores. Scio eniꝫ quia lex carnali populo loquebatur qui cor adhuc habens lapideum/ incircumcisus mente non carne: vitā ex magna parte nesciebat eternam/ magnifaciens si ei bona terre darentur vel ꝓmitterētur in cibum. Carnaliter itaqꝫ sapienti facta est ꝓmissio carnis/ & ei ꝓmissa est diuturnitas temporis/ q non dū spem conceperat eterne beatitudinis/ & tēporale in successio

nem filiorū protenditur regnū: illis qui nondum querebant eter num. Patri ergo temporaliter succedit filius si iustitiam patris
Prouer. xxv. imitatur. Aufer (iquit salomon) impietatem de vultu regis/& firmabitur iustitia thronus eius. Si enim a vultu id est a volun tate recedit impietas/toti⁹ regni opera/virga equitatis & cultu
Prouerb. xx. iustitie dirigūtur. Vnde illud. Rex q sedet in solio iudicii/dissi pat omne malū intuitu suo/Ecce quanto priuilegio gaudeāt pn cipes: quibus vt de eterna beatitudine taceam: ppetuatur regni
j. Regū. xiij. gloria: etiam in carne & sanguine suo. Gloriatur dominus se vi rum inuenisse fm cor suum: & cū eum in regni apicem post mo dum sublimasset: succedentiū sibi filiorū curriculo/regnū ei ppe
ps. cxxxj. tuū pollicetur. De fructu ventris tui (inquit) ponā super sedē tu am. Si custodierint filii tui mandata mea que iam dedi: & testi monia mea que per me vel vicarios meos docebo illos: et ipi & filii eorum sedebunt super sedē tuam. Et ponam in seculum secu li sedem eius: & thronū eius sicut dies celi. Si autē dereliquerit filii ei⁹ legē meā: & in iudiciis meis nō ābulauerint. Si iustitias meas pphanauerint: & mādata mea nō custodierit: visitabo in virga iniqtates eorum: vt translato regno de gente in gentem: & deletis his heredibus qui fm carnem esse videntur in semi ne transferatur successio ad illos qui fidei & iustitie inueniūtur heredes. In eoq; promissionis subsistit veritas: & rata pmanent q̄ ex ore altissimi pcesserunt: q iustis regibus: successione fideliu3 semē pmanet in eternū. Hoc aūt vt ad pn̄s de xp̄o qui factus ex semine dauid fm carnē rex regū est: & dn̄s dn̄antiū: nulla sit mē tio/etiam fm litteram ppetuo arbitror obtinere: vt succedāt pa rentib⁹ filii si eos in mādatis dn̄i fideliter fuerint imitati. Adeo quidem vt si hominib⁹ recte dispositis & in eo manentibus: nul la videatur esse sollicitudo vel officiū presidētis. constat his qui semel pncipem admiserunt de semine illius successorem nō de futurū: & si nō ob aliud vel ad conseruandā sanguinis claritatē. Qd & hystoriarū liquet exemplis. Fertur enī q cū magn⁹ ale xander vltimū litus occeani plustrasset: bragmanorū insulā de bellare parabat. Ad quē illi in his vbis epistolā miserunt. Audi uimus inuictissime rex prelia tua et felicitatē victorie vbiq; sub secutam. Sed quid erit hoī satis: cui totus nō sufficit orbis? Di uitias non habemus quarum cupiditate nos debeas expugna re. omniū bona oibus cōia sunt: esca est nobis pro diuitiis: p cul tibus & auro vilis & rara vestis. Femine autē nostre non ornā tur vt placeant: quē quidē ornamētorum cultum poti⁹ oneri de

Qd sequitur habet in. ps. lxxxviij. vsq ibi: in virga iniqtates eorum.

Bragmanorū vita: et qualiter cū alexandro fecerint.

putant q̃ decori. Etenim nesciunt in augenda pulchritudine pl⁹ affectare q̃ ꝙ nate sunt. Antra nobis duplicem vsum p̄stant tegumentum in vita: in morte sepulturā. Regem habemus non pro iustitia: sed pro nobilitate conseruanda. Quē enī locum haberet vindicta vbi nulla fit iniustitia? His verbis motus alexāder nullam ratus victoriā si eorum pacem perpetuam turbaret in quiete sua dimisit. Et forte si eos bello fuisset aggressus minime preualuisset aduersus innocētes: eo ꝙ innocētia nō facile superat: & ꝟitas suis viribus constans de malicia quātūuis armata triūphat. Sed quia nichil est qđ magis desiderēt hoīes q̃ vt in bonis suis habeant filios successores. vt qui ꝓpriam ex conditione p̄uident mortem: in ꝓpagine carnis sue ꝑpetuent vitā. Hoc p̄ncipibus est ꝓmissum. vn̄ maxime possunt ad cultū iustitie inuitari. Contingit enī eos qui de seipsis securi sunt/de statu filiorum iugiter esse sollicitos. In eoq; nimiū charitatis ordo fuatur: ꝙ amorem qui patrie parentibus precipue debebatur pater trāsfundit in filios: dū filialis affectus paterni pectoris cellā sol⁹ exhaurit. Condigna quoq; vice respondent parentibus filii eundē suis imptientes affectum quo a parētibus accepti sunt. licet aliū ordinē exigat charitas ordinata quē poetarum doctissimus prudenter expressit. Senem nāq; anchisem euersa troia in humeris pii filii collocauit: parentis enee dexterā dedit aschanio: & marito cōiūx: creusa cohesit. an̄cedentiū ꝓ muliebri īfirmitate legēs vestigia. Cōpatriotis omnibus ducem dedit: virū armis & pietate p̄signem. Alias enim dux esset inutilis cum sine virib⁹ regna acquiri non valeant: aut sine iustitia retineri. Nūc vero vnica omniū sollicitudo est liberos qualescūq; sint diuitiis & honoribus potius q̃ virtutibus insignire: negligitur etenim ꝙ on⁹ rei publice imponatur. Expulso superbo tarquinio qui regnauit in vrbe nouissim⁹: cum brutus primus consul liberos suos de reuocandis in vrbem regibus agere cognouisset/eos ꝓtraxit in forū: & in media concione virgis cesos tandem securi percuti iussit. vt plane publicus parens in locum liberorum videretur populum adoptasse. Ego quidem & si parricidiū perhorrescā: cōsulis nō possum nō approbare fidē: q maluit salutē liberoꝝ suorū periclitari q̃ populi. Recte ne fecerit iudicēt sapiētes. Ego enī capū istū oratorib⁹ late patere cognoui/& in eo declamatores in ancipiti materia sepi⁹ desudasse: dū in absolutione parricidii fides laborat/ & parricidalis ipietas meritū fidei conat̄ extinguere. Q; si me ad sentētiā vrges respondeo qđ in causa smimēsi ario:

Innocētia nō facile superat̄.

Parentes de filiis qđ facere debeant. s. bn̄. et qđ faciunt nō ꝟtuose

Aliud exēplū.

Aliud exēplū

Superb⁹ tarquinius.

pagitas:gneio dolobelle/inuenio respōdisse. Ad quem prouinciam aziam proconsulari imperio obtinentem mulier smirnensis adducta est:confitens se maritū & filiū datis clā venenis occidisse:eo ꝙ illi filium eius ex altero matrimonio optimū & innocentissimū iuuenē exceptum īsidiis nequiter occidissent: sibi licitum esse asserens ex indulgentia legū:et ius ignorare/ & suā & suoꝝ & totius reipublice tam atrocē iniuriam vindicare. Ius extra causam erat cum de facto constaret & de iure quereretur. Cū ergo dolobella rem in consiliū deduxisset:non fuit qui ī causa vt putabatur ancipiti manifestū veneficiū & parricidiū auderet absoluere:vel vindictam que in impios & parricidas processerat cōdemnare. Rem itaqꝫ ad ariopagitas atheniensium tanq̄ ad iudices grauiores exercitatoresqꝫ reiecit. At illi causa cognita actores & ream mulierem centesimo anno abesse iusserunt. Sic autem neqꝫ veneficiū quod de lege non licuit absolutum est: neqꝫ nocens punita mulier/cui ex sentētia multorū venia poterat indulgeri. Hoc ita fuisse nonus liber memorabilium dictoꝝ vel factorū valerii maximi docet. Ceterum et brutū & mulierē

Vers⁹ lucani. deliquisse consentiā facile:eo ꝙ excesserit medicina modum:nimiūqꝫ secuta est:qua morbi duxere manū. Et licꝫ magna fuerit crimina:prestantius fuerat eadē/sine punientis crimine vindicari. vñ & īfelicitatis testimoniū bruto ꝑhibet etiā poeta laudator. Ait enī ī. vi. ṽgil. Natosqꝫ pater noua bella mouētes Ad penam pulchra ꝑ libertate vocabat. Infelix vtcūqꝫ ferēt ea fata minores At infortuniū parricidii sic versu sequenti excusat:vt inanis glorie arguat veritatē/dicens. Vincet amor patrie:laudūqꝫ immensa cupido. Sed ne quis amodo brutū imiteť: populū liberis preferens:frustra sollicitaberis:cum vel vitia liberorū saluti reipublice ꝓferantur:licet certum sit ꝙ salutem populi liberis omibus oporteat anteferri. In libro regnoꝝ arguitur saul ꝙ cū voto facto de ieiunio diurno sub discrimine illius q ante noctem contra votū sumeret cibū:ionathas filius eius mel quod ceptro id est hasta tetigerat ꝓgustasset:paterno motus affectu: contra religionis votum/pepcit filio/cuius preuaricatione populus israel ea die visus est corruisse. Hely quoqꝫ licet sanctus in se fuisse legatur:quia filiorum pepcit vitiis auersa sella fractis ceruicib⁹ corruens expirauit. Vt de ceteris taceam quantum queso publicam hominū dilexit & quesiuit salutē/qui proprio filio suo nō pepercit:sed pro nobis omnibus tradidit illū: vt que meruerauus vincla/flagellū/crucem sustineret immunis innocēs mor

Margin notes: Virgil. in. vj. eneid. — j. Regū. xiiij. — j. Reg. iij. & x. — Ad Rom. viij

re turpissima condẽnatus. Regũ scrutare hystoriam/ ad hoc petitũ regem a deo iuenies/ vt precederet faciẽ populi/ & preliaretur bella eorum/ & ad similitudinẽ gentiũ toti⁹ populi onera sustineret. Qui tamen non fuerat necessarius nisi & israel preuaricatus esset in similitudinem gẽtium/ nisi deo rege sibi non videretur esse contentus. Si enĩ per se iustitiam coluisset: si in mãdatis domini fideliter ambulasset: pro nihilo humiliaret de⁹ hostes eorum: & super tribulantes eos mitteret manũ suam: vt solito dei auxilio vnus persequeretur mille/ & duo fugarẽt decem milia. Hospitẽ meũ placentinũ dixisse recolo/ virũ vtiqꝫ sanguine generosũ habentẽ prudentiam mundi huius in timore dñi: hoc in ciuitatibus ytalie vsu frequenti celeberrimũ esse: qđ dum pacẽ diligũt/ & iustitiã colũt/ & piuriis abstinent: tante libertatis & pacis gaudio ꝑfruũtur: ꝙ nihil oĩno est qđ vel in minimo quietẽ eoꝝ concutiat. Cũ ꝟo ꝓlabũtur ad fraudes: & per varias iniustitie semitas scindũtur in semetipĩs/ statim vel fastũ romanũ/ vel furorẽ theutonicũ/ aliud ve flagellũ inducit dñs sup eos: & pmanet manus dñi extẽta/ donec ipĩ ab iniqtate p pniam reuertanť. Quo solo remedio apud illos oĩs cessat tẽpestas. Adiiciebat etiã ꝙ merita populi oẽm euacuant ṕncipatũ/ aut euꝫ faciũt esse mitissimũ: cũ ecõtrario certũ sit/ ꝙ ꝓpter pctã ppl̄i permittit de⁹ regnare ypocritã: & impossibile eẽ vt diu regno gaudeat: qui in populi hũiliatione & ꝓprio fastigio supbe nimis exultat. Sed illius dicebat ꝓtendi principatũ: qui apud se de cõsciẽtia hũilitatis semp in se angiť q̃si regnet inuit⁹. Hec mihi placẽtinus hospes & vt credo fidei consentaneũ est. Tale aliqd inuenitur in scriptis maiorũ. Cũ enim helius rome p̃fecturã splendidius ageret: ex senatore impator creatus est. Qui cũ obsecrãte senatu/ vt filiũ cesarẽ quem habebat augustũ appellaret/ sufficere (inquit) debet ꝙ ego ipẽ iuitus regnaueri cũ nõ mererer. Pricipatus enĩ nõ sanguini debeť: sed meritis. & inutiliter regnat q rex nasciť: nõ mereť: & ꝓculdubio parẽtis affectũ exuit: q paruulos suos importabili mole supiecta extĩguit. Hoc qdeꝫ est suffocare liberos/ nõ ꝓmouere. Alendi prius sũt & in ꝟtutibus exercẽdi: & cũ in eo ꝓfecerit vt ꝓbẽtur/ illos ꝟtutibus ãtecedere q̃s debẽt honorib⁹ ãteire iuitati ascendãt: & se ciuiũ suorũ nequaq̃ sub trahãt votis. Quis enĩ illos ãbigit aliis p̃ferẽdos/ qui quasi naturali ꝓbitat( ṕuilegio ãpliati/ maiorũ titulis inuitanť ad ꝟtutem & eorũdẽ beneficio future bonitat( aliis faciũt fidẽ? Hec ille. Et qdẽ eleganť priuilegiũ exp̃ssit principis/ cui an ex antiq̃ munere

I. Regũ. viii.
Causa quare popul⁹ iudeorũ petiit regẽ.

Mos ciuitatũ Italie.

Cause afflictionis populoꝝ italie.

Job. xxxiiii.

Helius senator imperator factus.



dei succedũt filii indubitanter nisi iniquitas subuertat ṗncipatũ.

## ℭ Ex qbus causis transferantur ṗncipatus regna. Capitu. XII.

Eccl.x. Elebre est illud sapiẽtie/quia regnũ a gente in gentẽ transferetur ꝓpter iniustitias & iniurias/& cõtũelias: & diuersos dolos. Nõne vides q̃ breui subuersũ sit so=

i. Regũ. vlti. liũ ṗmi regis in pplo dei? Saul & ionathas cũ ceteris filiis/exigẽtibus culpis in mõtibus corruerũt vt thron⁹ illi⁹ qui de postfetantes elect⁹ est firmaretur. Oim hystoriarꝫ percurre seriem/& regum successiones in breui videbis: & quasi in exordio tele/dño ṗscindẽte succisas & quo reges fuerint clariores: eo

Prouer. xxi. citius si aduersus deũ intumuerint cõculcaꝛ semẽ eorꝫ. Non est sapiẽtia/nõ prudẽtia: nõ est consiliũ cõtra dñm. Certe nec fortitudo si ille insurgit: si persequiꝛ: ad emẽdicata sacramẽtorũ suf=

Job. x. fragia: ad ṗsidia munitionũ frustra decurriꝛ: quia non est qui de manu illi⁹ possit eruere. Quis alexãdro maior in grecia? Ei tñ nõ su⁹ legiꝛ successisse: sed filius saltatricis. Quis cesaree dom⁹ seriẽ nescit? Rarus eorꝫ: aut nullus filiũ reliquit heredẽ: & oms in breui post varia pericula & cedes sui & suorũ plurimas: diuersis mortibus & fere ignominiosis quasi in momẽto deleti sunt/ & descendẽtes ad inferos: successores habuerunt aut hostes aut ignotos. Quid obsecro tã potẽtia regna tã cito subuertit & trãstulit? Certe indignatio dei quã in se multiplex iniustitia ꝓuoca

Iniustitia qd est fm stoicos. bat. Est aũt (vt stoicis placet) iiustitia mẽtis hitus que a regiõe morũ exterminat eqtatẽ: animã nãq; priuare iustitia/vel expriuatiua ṗticula nominis declaraꝛ. In eo aũt maxiẽ ꝯstat iustitia/ si non noceas/& ex officio hũanitatis ꝓhibeas nocẽtes. Cũ vero

Iniuria qd ẽ. noces: accedis ad iniuriã: cũ nocentes nõ impedis: iniustitie fa=

Contumelia quid est. mularis. Est aũt contumelia qñ tumorẽ mẽtis in lesione alteri⁹ manifesta operis sequela comitaꝛ: eoq; iiquitati seruit: q; in euꝫ cui reuerẽtia pro conditione officii: vel nature consortio debeꝛ:

Dolus qd est. insolẽter ĩsurgit. Dolus aũt est (vt diffinit aquili⁹) cũ aliud agiꝛ & aliud simulaꝛ. Malus vtiq; quotiens fit intentione nocendi.

Dolus ꝛ cõtumelia in quo differunt. Differt aũt plurimũ dolus a cõtumelia: qm̃ hic superbe & ĩ manifesto: ille fraudulenter & quasi ab insidiis nocet. Hec sunt que cum incurrunt: cathedras subuertũt oim potestatũ: quia a cõtra

Dolus aduersaꝛ fortitudini riis ꝑpetuatur ṗncipiũ gloria. Dolus nãq; ex timiditatis imagiẽ infirmitatis notã habet/& fortitudini plurimũ aduersatur. Cõ=

Prudẽtia repmit ꝯtumeliã. tumeliã prudẽtia reprimit ingeminãs iugiterq; in terrã & cine

Tẽperãtia iniuriã repellit. rem superbit terra & cinis. Iniuriã tẽpantia nõ admittit nolens inferre alii quod sibi nollet ab alio irrogari. Et iniustitiã iustitia

...stitia iniu=

excludit: vsquaque faciens alii quod faciendo nõ vellet ab alio fie ri sibiipsi. He sunt quattuor virtutes quas philosophi cardiales appellant: eo ꝙ a primo fonte honestatis quasi primi riuuli ema nare credãtur: & de se bonorũ oim fluẽta ꝑpagare. Hec forte sũt quattuor flumina qui de paradiso delitiarũ dei egrediũtur: vt ir rigent oẽm terrã: quo fructũ desiderabilẽ afferat in tpe suo. Vti nã & ad me de fõte vite (diuinã grãm loquor) hui⁹ pleitudinis ꝑtrãseãt riuuli: ariditat( mee inebriãtes terrã: vt succrescẽte fru ctu bonoꝝ operũ: saltẽ declinare valeã iminẽtis securis ictũ que exigẽtibus culpis meis ad radicẽ meã quasi ad radicẽ ĩfructuose arboris posita est. Quodcũq3 lignũ secus aquas istas positũ3 est nõ arescit. Qđ vero vl radicitus nõ humectãt: dissoluitur & ari dũ perit tanq̃ puluis quẽ ꝓiicit vẽtus a facie terre. Hic quidẽ nõ duces exceptos arbitror: nõ potentes: quia regũ gloria transfere tur: si iniusti iniuriosi cõtumeliosi inuẽti fuerint: aut dolosi. Os siquidem domini locutum est. Verũtamen saluo intellectu sa pientiorũ nõ ab re est vt opinor: ꝙ noĩa vitiorũ locatione plura li exposuit: & in ipsa pluralitate diuersitatẽ quandã prudẽter in seruit. Ait enim (vt predictũ est) quia regnũ de gente in gẽtem transferetur ꝑpter iniustitias: & iniurias/ & ꝯtumelias/ & diuer sos dolos. Qꝫ autem diuersos in fine subiecit: puto cõiter ad oĩa referendum: & tã pleno concipiendum intellectu: vt non mõ re feratur ad diuersas vitiorum species: sed & varias figuras ꝑso narum cõplectatur: & modos omnes quibus a quocũq3 & hec vitia cõmittunt. Princeps enim tenetur de oĩbus: & omnium autor esse videtur: quia cum oĩa possit corrigere: eorum merito particeps est que noluit emẽdare. Cum enim potestas publica sit (vt prediximꝰ) omnium vires exhaurit: & ne ĩ se deficiat/ in columitatẽ omnium debet procurare mẽbroru3. Quot aute3 in amministratione principatus extant officia: tot sunt prĩcipalis corporis quasi mẽbra. Dum autem singuloru3 officia in integri tate ꝟtutis: & suauitate opinionis conseruat: quandã quasi mẽ bris sanitatem procurat & decorẽ. Cum vero ex negligẽtia aut dissimulatione potestatis circa officia fit virtutis aut fame dis pendium: quasi in mẽbra eius morbi & macule incurrunt. Nec diu subsistit incolumitas capitis: vbi languor membrorum in ualescit.

stitiã excludit

Genes.ij.

ps.j.

ps.j.

Eccli.x.

¶ Explicit liber quartus.


¶ Incipit prologus libri quinti.



On solet ad vnguē grandia sine mora lustrari. Nec facile est ꝓuinciarū lōgitudinē/& latitudinem in momēto trāscurrere. Sic res magna succincte quidem a sapiente interdū proponitur/sed nunq̄ pfecte sub angustia nimia sermonis explanatur. Quid autem in humanis rebus maius est ꝑncipatu/cuius officium quodāmodo omnia circuit/implet/& penetrat/& quasi robore ꝟtutis sue totius reipublice molem portat? Eius itaq; contēplatio tractū habꝫ & morē exigit/ tū pre magnitudine sui: tum pre venustate quā in capite reipublice iocūdū est omnib⁹ cōtēplari. Modesta ergo breuitate in inspiciendo corpore eius immoremur. Et quid plutarchus super hoc censeat audiatur. Nam deducta superstitione gentiliū fidelis est in sententiis/in verbis luculentus/& in sacrario morū tantus arbiter/ vt facile p̄ceptoreꝫ traiani possis agnoscere. Si quid autē apud eum a fide dissētit/ aut moribus/tempori potius q̄ viro ascribatur. Si enim virgilio licuit aurū sapiētie in luto ennii querere: que inuidia est ea q̄ ad eruditionē nostram a gētilibus scripta sunt nostris ꝯmunicare? His ergo omissis/ad reliqua procedamus.

Cōmēdat plutarchum.

¶ Epistola plutarchi instruentis traianū. Cap̄. I.



Xtat ep̄la plutarchi traianū īstruētis que cuiusdā politice cōstitutiōis exp̄mit sensū. Ea dicit̄ eē hmōi. Plutarchus traiano salutē dicit. Modestiā tuā nouerā nō appetere pricipatū quē tñ sēp morū elegātia ꝓmereri studuisti: quo quidē tāto dignior iudicaris/ q̄to a crimine ambitionis videris esse remotior. Tue itaq; ꝟtuti cōgratulator/& fortune mee: si tñ recte gesseris quē ꝓbe meruisti. Alioqn te piculis/& me detrahentiū linguis subiectū iri nō dubito/cū & ignauiā īperatorū roma nō ferat: et sermo publicus delicta discipulorū refūdere soleat in p̄ceptores. Sic seneca neronis sui merito: detrahentiū capitur liguis. Adolescētiū suorū temeritas in qntilianū refundit̄: & socrates in pupillum suū fuisse clementior criminatur. Tu ꝟo quid vis rectissime geres si nō recesseris a te ip̄o. Si primū te cōposueris: si tua omnia disposueris ad virtutē/recte tibi procedent vniuersa. Politice ꝯstitutiōis maioꝝ tibi vires exscripsi/ cui si obtēperas plutarchū viuendi habes auctorem. Alioquin presentem epistolā

De Socrate/ Seneca/et qntiliano criminatis propter errores discipulorum.

in teste iuoco/qa in pnicie impii no pergis auctore plutarcho.

¶ Quid res publica fm plutarchum. & quid vicem anime in ipsa obtineat: aut membrorum. Caplm.II.

Sequutur eiusde politice constitutionis capitulo in libello qui iscribitur institutio traiani: que p parte psenti opusculo curaui inserere: ita tame vt sentetiaru vestigia potius imitarer q passus verboru. Est ergo primu omniu vt priceps se totu metiat & qd i toto corpe reipublice cuius vice fruat diligeter aduertat. Est aut respublica sicut plutarcho placet quodda corpus qd diuini muneris bnficio animatur: & sume equitatis agit nutu: & regitur quoda moderamine rationis. Ea vero que cultu religionis in nobis istituut & iformat & dei (ne fm plutarchu deoru dica) cerimonias tradunt/vicem aie in corpore reipublice obtinet. Illos vo qui religiois cultui psunt quasi aiam corporis suspicere & venerari oporteret. Quis eni sanctitatis ministros dei ipius vicarios esse abigit? Porro sicut anima totius corporis habet pricipatu: ita & hii quos ille religionis pfectos vocat toti corpori presut. August9 cesar eo vsq sacroru pontificib9 subditus fuit: donec & ipse ne cui omino subesset vestalis creatus est pontifex: & paulo post ad deos relatus est viuus. Princeps vero capitis in republica obtinet locu/ vni subiect9 deo/& his qui vices illi9 agut in terris: qm i huano corpore ab aia vegetat caput & regitur. Cordis locu senat9 obtiet a quo bonoru operu & maloru pcedunt initia. Oculor aurium & lingue officia sibi vendicant iudices & psides puinciaru. Officiales & milites manibus coaptant. Qui semper assistunt pncipi: laterib9 assimulatur. Questores & cometarienses no illos dico q carcerib9 presunt: sed comites reru priuataru ad vetris & intestinoru refert imagine. Que si immensa auiditate cogesserint: & congesta tenaci9 reseruauerit inumerabiles & incurabiles generat morbos vt vitio eor/toti9 corporis ruina imineat. Pedibus vero solo iugiter iheretibus/agricole coaptant. Quibus capitis puidetia/tato magis necessaria est: quo plura inueniut offendicula du in obsequio corpis in terra gradiutur. Eisq iustius tegumetoru debet suffragiu qui totius corpis erigut sustinet & pmouet mole. Pedu amicula/robustissimo corpori tolle/suis viribus no procedet/sed aut turpiter iutiliter & moleste manib9 repet/aut brutoru aialium ope mouebit. Ponit in huc modu more suo q plurima que diligetius diffusiore tractatu prosequitur ad informationem reipublice & magistratuu eruditio

Res publica quid est.

Ueneratio habeda religioni

August9 fact9 est pontifex vestal' vt nulli subesset q pus potificib9 subiect9 extiterat.

Imago corporis rei publice fm plutharcum.

nem/q̃ oĩa sillabatĩ exequi seruilis interp̃tationis est/ que poti⁹ affectat speciem q̃ vires autoris exp̃mere. Et quia apud ip̃m de cerimoniis & cultura deorꝝ plura que religioso p̃ncipi putabat ingerenda sup̃stitiosius disputata sunt: his omissis que ad idolatrie cultũ ptinent/pstringam⁹ breuiter sensum hoĩs: quo principem & officia reipublice ad cultum iustitie informabat.

¶ Que precipue versentur in intentione plutarchi. & de reuerentia exhibendo deo & rebus sacris. Cap. III.



N sũma ergo q̃ttuor sunt que nitit̃ reipublice p̃ncipibus inculcare. Reuerẽtiã dei: cultũ sui: disciplinã officialiũ & ptãtũ: affectũ & ptectionẽ subditorꝝ. Deuʒ ergo asserit in primis honorandũ: deinde seipsũ colẽdum vnicuiq; vt s̃m qđ apostolus sentit/ licet ille apostolum nõ agnoscat. Vnusq̃sq; vas suũ possideat in sanctificatione & honore. Post vt doctrinã p̃positi totius disciplina dom⁹ redoleat: & tãdem vniuersitas subditorꝝ de capitis prepositorũ sibi incolumitate letetur. Magnorꝝ quoq; virorum strategẽmaticis & strategẽmatib⁹ vtitur: que si p singula inserant̃ tediosa erũt lectori & ꝑ pte a fidei nostre sinceritate recedẽt. Ceterũ quia sãcti patres & principũ leges/illius (deducta tñ pfidia) videtur inherere vestigiis/doctrinã eius sermone catholico & succĩcto/ adiectis ex pte strategẽmaticis eius attingam⁹. Porro ei initiũ a reuerẽtia numinũ est: nobis a deo q ab oĩbus gñaliter amandus est & colendus ex toto corde: ex tota aĩa: ex totis viribus suis. Probatio ṽo dilectiõis exhibitio est operis. Et licet per seip̃m possit amari tanq̃ qui citra opem medii se infundat amanti: tñ ad cultũ exteriorẽ/alicui⁹ medietatis interuentus necessarius est: eo q deũ nemo viderit vnq̃. Videndi vero nomen ad appellationẽ oĩm sensuũ vtriusq; nature dilatabis: quia presentialiter & pure non sentiet eũ homo & viuet/nisi forte ea sensuũ pte que corpis nescit ãgustias: nec defectũ tẽporis sentit: sed viuacitate sui ex grã pmanet in eternũ. Charitatẽ loquor que non euacuat̃: sed pficit q̃to ad eũ quẽ desiderat familiari⁹ accedit. Nã fides velũ habet: & spes de gratie meritiq; fomẽto consciẽtiã demulcẽte/ voti sui letitiã in futura protendit. Fides itaq; & spes imitant̃ quidẽ sensum: subsistũt tñ citra/agẽtes interim q̃si p speculũ & in enigmate/donec carnĩ specie inmutata ṽitatis substantia plenarie illucescat. Qui ṽo nullo põt sensu pspicue videri: facile nequit agnosci. Qđ autẽ non cognoscit̃/diligẽter coli nõ põt nisi per mediũ. Vñ numã pompiliũ cerimonias quasdã legimus indixisse ro-

Marginal notes: i. ad Thess. iiij. — Matth. xxij. — i. Joan. iiij.

manis & sacrificia: vt sub immortaliū deorū ptextu/ad colendā pietatē religionē & fidē: & cetera que eis intimare volebat ipos facili⁹ inuitaret. Testātur hec ancilia atq; palladiū sacra quedā īperii pignora. Ianus bifrons belli & pacis arbiter. Focus veste ꝟginibus cōsecratus quo in honore celestiū syderū flamina cu-stos imperii iugit' vigilaret. Sed & annus in mēses duodecī dilatatus: fastorū & nefastorū varietate dierū depict⁹: pōtifices: augures & sacerdotiorū varii ritus: quibus ita barbariē occupauit/ vt ab iniuriis temperarent: feriarētur ab armis: iustitiā colerēt/ & ciuilē sibi inuicē imptirēt affectū. Eoq; ferocē redegit populū vt imperium quod vi (vt dicit') & iiuria occupauerat: iustitie & pietatis legibus feliciter gubernaret. Sed quid profero numam cum & patres fidei nostre/veteris legis sacrificia afferant instituta/ne in demoniorū cultu populus occupatus/ ꝟe religiōis dedisceret cultum: ritu gentium sacrificia sua demoniis immolās & nō deo? Colitur ergo deus aut affectu mētis: aut exhibitione operis: sed affectus dilectiōis ipm pure attingit licet aliq̄ sensu corpis vel aīe dū pegrinatur a dño/& mens mole corporis pgrauat': plene nequeat cōprehendi. Et certe eo amat' ardēti⁹/ & studiosius querit': quo altitudo & īmensitas diuitiarū potentie sue & sapiētie oēm exuperat intellectū/ virtute tn̄ tāta oēm creaturam circuit penetrat implet & protegit: vt nequaq̄ latere valeat quālibet rationalem creaturā. Ipsa quoq; irrationabilia ipm eē/ & talē esse & tantū/plurimis indiciis protestantur. Miro itaq; mō sic intelligētiam sui infundit: vt subtrahat: sic subtrahit/vt infundat: & sm mēsurā beneplaciti sui sic operatur in singulis/vt cum intētionis & remissionis vices ignoret/& si nō per essentiā qua omnem replet vniformiter creaturā: plus vel minus videatur inesse per grām. Nā per vnionē/in solo vnigenito virginis filio esse fideliter approbatur. Est itaq; nunc quasi singula in singulis: futurus vt scriptum est: omnia in omībus electis. Et sicut natura ignis/collatione tamen dispari (quoniam ei nihil potest pariliter comparari) a sole diuersos/pro corporum diuersitate producit effectus. Sic illa si tamen magna maximis conferre liceat/in multis multipliciter lucet. Solaris siquidem radius si forte incidat in carbunculum egrediens aut reuerberans rutil⁹: vicinum facit aerem rutilare. Idem ignis in smaragdo virescit. firmamēto puriori in saphiro cōformat'. Iacincti quoq; specieb⁹ efficit' concolor. In topazio qui quo rarior eo pciosior est: oī fere colore superbit. Si ei irim obiicias thaumāciadis rēpresentabit

j. Co:in. xv.
Ad ephe. iiij
Carbūculus.
Smaragdus.
Saphirus.
Iacinctus.
Topazij pciositas quomō agnoscitur.

imaginẽ. A que superiectus vndat in lacunari. Sed & ignẽ cele
stem in supposita traiicit per berillũ. Vides igiť ĩ multis q̃ mul
ta sit ignis natura. Sic in aliis est prudentia/fortitudo/in aliis tẽ
perantia/in quibusdã iustitia. In nõnullis fides/ longanimitas/
spei in aliis. In his feruor est charitatis. Hic patiẽtia laborũ/illic
dolorũ consolatio/alibi pseuerantia bonorũ operũ: qui tñ singu-
la in singulis est vnus & idẽ deus. At ĩ futuro qñ immediata fa
cie p grãm eius videbimus eũ sicuti est oĩa in omnibus erit: qñ
nulli ad beatitudinẽ/alicuius ꝟtutis substantia deerit: cũ ipse in
oĩbus futuris sit plenitudo ꝟtutis & cumul⁹ beatitudinis: adeo
quidẽ vt iuxta traditionẽ pr̃m/tãta maiestatꝭ sue plenitudine vi
deatur adesse electis: vt nihil eis desit in vlla gratia: & ipse fere
solus videatur in illis & illius noĩe censeãtur/ salua veritate sub
ps.cxlix. stantie: & sine omni ꝟsibilitate nature. Hinc forte est illud. Ex-
ultabũt sancti in gloria: letabunť in cubilib⁹ suis/cũ sibi tũc ppria
credanť esse corda sanctorũ: & vnusquisq̄ nõ modo in sua sed &
in oĩm consciã gľietur. Sicut enĩ ignis (vt in p̄dicta moremur si-
militudine) ferri naturã penetrat: & accẽdit vt nihil cernať ĩ eo
nisi ignis. & sicut solaris radius illustrãs aerẽ: solis vel radii cen
setur noĩe: sic deus oẽs replebit electos: vt om̃i ĩfirmitate & mu
tabilitate absorta: cũ mortale ĩmortalitatẽ/& corruptibile incor
ruptibilitatẽ induerit/deus fere solus in om̃ibus agnoscať. Ad
hanc nõnulli sentẽtiã referũt/ꝙ angeli iã future beatitudinis no
stre pticipes visi ab hoĩbus adoranť: eo ꝙ in eis visa est quedaꝫ
pñtia deitatis/cũ tamẽ creatura a creatura adorari oĩno non li-
ceat. Sic etiã in facie saluatoris aliquid deitatis resplẽduit quã-
Jo.ij. Lu.xix. do de funiculis facto flagello vẽdentes & emẽtes eiecit e tẽplo/
docẽs oẽm negociationẽ exterminandã esse a domo orõnis. In
aliis ꝟo & si adsit diuinitatis pñtia/plenitudo eius in presẽti ne-
quaq̃ adest/sed vsq̄quaq̄ latere non potest. Est igitur in maiesta
te mirabilis/venerabilis a sapiẽtia/a bonitate amabilis: & hũc
cultũ citra oẽm medietatẽ/potest ei fidelis impẽdere creatura.
Quid enim necesse est ad hoc vt eũ timeam⁹/veneremur & di
Ecclesiastes.iiij ligam⁹? Et hic est forte funiculus triplex ĩter creatorẽ & creatu-
ram qui facile solui nõ potest. Sed omniũ tenacissima est vis a-
j. Corin.vj. moris. Charitas siquidẽ nũq̃ excidit: qua si q̄s adheret deo/vni-
tur ei & cum eo vnus spiritus est vtiq̄ qui vnitur ei et sic vt vn⁹
spiritus/sic familiaris est: & ab obsequio eius qđ est in spũ arceri
non potest. Ille autem cultus qui in exterioris operis exhibitio
ne consistit/medio indiget: eo ꝙ ad spiritũ corporalis nobis nõ

patet accessus. Quod & illum planū est docuisse qui in samaritania ecclesiam instruens ait. Spiritus est deus et eos qui volūt adorare in spiritu & veritate oportet adorare. Vt tñ ad thronuꝫ illius quocunqꝫ modo humilitatis nostre cōscendat infirmitas/ & aliquā habeat materiā meritorum: sēsualiter coli voluit/ qui sensum dedit: & qui animā glorificabit & carnem/ vtriusqꝫ fidelem expetit famulatum. Se quoqꝫ voluit etiam corporaliter honorari: vt q̄tauis tarditas infidelitatis/ aut negligentie excusationem non habeat. Joan.iiij.

¶ De reuerentia rerum & personarum: & quot modis persona sit venerabilis. Capitulum. IIII

Reuerentia ergo que corporaliter impenditur aut in p̄sonis consistit aut in reb⁹. Personarum vero ratio habetur/ aut a natura: aut ab officio: aut a morib⁹: aut a cōditione: aut a fortuna. Natura parētes veneramur & liberos: & quos nobis caro coniunxit: vtputa vxorē: cognatos & affines. Vnde & gentiū iure receptū est/ eo ꝙ peque fit apud omnes gentes. Ad hoc etiam & diuino iure vrgemur quo scriptum nouimus. Honora patrem tuum & matrē tuā vt sis lōge uus super terram. Et qui patri vel matri maledixerit morte morietur. Liberos non multū oportuit cōmendari: eo ꝙ nemo carnem suam odio habuerit. Sed nec vxorem propter quā hō relinquit patrem & matreꝫ: adherens vxori sue: vt sint duo in carne vna. Nō tamen in hac parte diuine legis mandata desunt. Et si ꝓpter nature stimulū qui satis vrget rari⁹ inserantur: protenduntur tamen ad cognatos & affines quos per se natura cōmēdat. Officiū vero est debitum exequendi que vnicuiqꝫ ex īstitutis & moribus agenda sunt. Ex eo nāqꝫ personis singulis ꝓprii congruunt actus. In his auteꝫ que sic agēda sunt alia ad publicū alia ad suū cuiusqꝫ pertinēt statū. Ex quo liquet officiorum quedam publica: quedam priuata conuenienter dici. Priuatorū vero tanta est multiplicitas q̄ta fere est diuersitas personarū. Publica quidem omnia referuntur ad duas species. Aut enim a diuino aut ab humano iure descēdūt. Hec autē ex libris officiorū latius patēt: sed ad presentem articulū: vt publicis officiis reuerentia impendatur. Tāta nāqꝫ debetur eis: q̄ta est eminentia cuiuslibet magistratus. Hanc quidem aut facit: aut indicat vniuscuiusqꝫ cōpetens iurisdictio: cum reuerentia magistratuū aut cōtemptus redundet in honorem aut contumeliam subditorum.

Hoc mēbrū declarabit.j.c. ꝓxi.xvii. illa vo. in princi.

Exodi.xx. Deutero.v. Ad idē Mat. xv. Marci.vij. et Eccli.iij.

Prolensis est figura grãmaticę.

Vnde in constitutionibus principum magistratuũ edictis: aut promulgationibus per prolensim fit pluriũ conceptio personarum: vt non tam persone q̃ vniuersitatis tota constitutio videatur esse: vel queuis alia promulgatio. Hoc etiam iura vel canones ignoranti/ex vsu quotidiano perspicuum est. Porro ratione officiorum/non modo canonum & legum scita: sed & ethicorũ omniũ precepta exequuntur. ¶ Mos autem est mentis habitus ex quo singulorum operum assiduitas manat. Non enim si quid fit semel aut amplius/statim moribus aggregatur: nisi assiduitate faciendi vertatur in vsum. Hic aut virtutes & vitia eq̃ complectitur licet vitia non mores esse: sed a plerisq; dicant̃ moribus obuiare. In quo planum est solas virtutes censeri noie morũ. Cum bonos tamen aut malos dicimus mores vitia distiguimus & virtutes. Vnde moratos a bono siue morigeros: morosos vero a vitijs nominamus. Quod & ipsum plenitudinis nomen videtur innuere cum nulli in carne cõtingat adesse satietatem morũ: & multis assit superfluitas vitiorum. Cũ itaq; a moribus quis reuerentiam cõtrahere dicitur/ei virtutes quibus honor exhibendus est/inesse significatur. Quis enim non veneretur & vereatur illum quem prudentem forte tẽperantem credit & iustum?. Hinc est etiã consiliũ sapiẽtis/ei qui timeri appetit: amari: honorari: & preferri vt deuz timeat/ amet/veneret̃: & ei se tota deuotione submittat. Cõditionem quidẽ esse diffiniunt: fortuitũ persone statum/quo aut aduersis deprimitur/ aut extollitur prosperis & alterutrius sortis naturã/ suiipsius facie protestatur. Quale est ꝙ alios veneramur ingenuos: aliis seruiles cõtumelias irrogamus. Istorũ diuitias colim⁹: illorum cõtẽnim⁹ paupertatem. Naturã diffinire difficile esse asserit tullius : ego difficilius credo diffinire fortunã: eo ꝙ huius nulla/illius aliqua substantia est. Natura siquidem reb⁹ originẽ prebet/qđ nequaq̃ esset si in vitate ipsa non esset. Qđ eni omnino nõ est: alicui prestare nõ potest vt sit. At fortuna cum non sit: nõ potest diffiniri In eo siquidẽ qđ non est/non potest cuiq̃ ꝓstare quid sit. Efferãt epicurei precipuas sententias suas /quas kyriadoras vocãt/ quibus totius phie putant seruire processum/ & more suo fortune subiiciant vniuersa. Ego in hoc sicut & in plurimis plutarchum censeo audiendum: qui deam cecam colendam esse negat/asserens eam nisi a cecis coli non posse. Multa quoq; proponit exẽpla: quibus liquet omnes cece dee cultores cecatos & precipitatos tandem in foueam exterminii. Testatur hoc gabba qui to=

tam etatem luculenter producens in seniū:huius dee familiari-tate & cultu in breui elatus/& in breuiori precipitat⁹ est. Quali ter auté/apud suetonium.quere. Queritur tamen prefatus phi losophus & in aure predicti principis lacrimabiliter ingemiscit ꝙ hoc vitio cecitatis & temeritatis probrosa dea & oībus igno miniosa numinib⁹/oīm deorū tépla fedauerit: & deorum om-nium preripuerit cultum/vt preter edes priuatas/quas in orbe & vrbe passim habet/rupem etiam tarpeiam occupauerit/ supͤ-mo ioui coequata & publice fortune/ imago aurea in capitolio ab aduenis cōuenis & indigenis publice adoretur/& tantā pͤ ce teris habet auctoritaté/ꝙ in tota ratiōe mortaliū (vt dici solet) sola vtrāq; paginam videtur implere. Videas eam ibi rotā ver sare volubilem/quodq; magis mirere/eiusdeꝫ rote impulsu: de pectore iouis/sororum pensa/precipitat & conculcat. Quisquis enim fortunam statuit fata conuellit. Fata (inquit stoic⁹) regūt homines. Fatum est in partib⁹ illis quas sinus abscondit. Huic paradoxe stoicorum kyriadoxa epicuri reclamat. Fatalem (in-quit) tolle necessitatem: quia si fortuna volet fiet de rhetore cō-sul. Si volet hec eadé fiet de consule rhetor. Ceterum vt cuꝫ for-tuna minus agamus sit inopinatorum euentuum forma. Et li-cet conditioni videatur plurimum vicinari: eo ꝙ fortuitorū con cursus statum efficiat/ quem conditioné esse prediximus. In eo tamen plurimum differt/ꝙ conditio nunc a natura/nunc ab of-ficio/nunc a moribus est. nunc a variis figuris euentuum: fortu na semper consistit in his que improuisa emergunt. Eam vsq-quaq; nititur euacuare plutarchus: & ex premissis quattuor lo-cis/nature/officii/morum/conditionis/totius reuerentie ema-nare credit originem. Superstitiosius tamé hoc infideliū more exequitur. Vnde nonnullas sentētias eius/sensu & sermone ca tholico curaui inserere. Ille quidé in cultu deorꝫ eos pͨipue asse rit venerandos qui ei familiarius & vicinius accedunt. Aut na tura: vt liber indorum domitor hercules: qui eoīpō in se iouem protestatus est ꝙ angues iugulauit in cunis. Aut officio/vt pon tifices: sacrorumq; prefectos. Aut moribus: vt philosophos qui métis diuine haustum/inuestigatione & dispensatione sapien-tie indicant. Aut conditione/vt quos fauor numinis extulit. vt aliis precessent ex causa poti⁹ familiari q̄ officio publico. Sermo quidem perfidus est: & omni reprobatiōe dignus: sensusq; ꝟbo-rū qui philosophū nē deceret. Sed forte qd de natura deorꝫ séti-ret/in aurib⁹ corrupti populi ꝓloqui nō audebat/q̄ legerat com-

Cōcor. supra lib. iij. c. viij.

bustos eẽ libros philosophi pithagore:& ipm̄ actũ esse in exiliũ ab atheniẽsibus eo ꝙ dubitauerat an de diis vera essent que vulgo dicebantur. Quis ergo contrariũ auderet asserere:qui nec ipsam dubitationẽ erroris nouerat impunitã? Est itaq; verisimile ꝙ morẽ auditoribus gesserit:& vt eos ab illicitis reuocaret: aliquid indulsisse errori. Nã in doctrina morũ luculentissimus est:

j. Corin.ix. eoq; huic opinioni facilius acqesco ꝙ apl's gẽtium/ fide tñ & religione incolumi:oibus oia factus:vt om̄es lucrifaceret. Nos aũt quibus de celo veritas illuxit nõ deoꝝ qui nulli sunt sed veri dei ministris & amicis:reuerentiã magnã credim⁹ exhibendã:sed & inimicis eius interdum:quoniam hoc ipse precepit: qui sepe maximã ad eruditionẽ suorũ pessimis hoibus contulit potesta-

j. Petri.ij. tẽ. Vñ illud. Subiecti estote oi humane creature ꝑpter deũ:siue regi quasi p̄cellenti:siue ducibus tanq̃ ab eo missis ad vindictam malefactorum laudem vero bonorũ. Et illud. Serui subditi estote dñis vestris:nõ tm̃ bonis & modestis sed etiã discolis. Amici quidẽ dei fiũt aut gratia cessantib⁹ meritis. vt hieremyas & iohãnes sanctificati anteq̃ nati:& gẽma sacerdotũ Nicolaus q̃rta & sexta feria semel lactẽs in cunis. Aut meritis ex gratia: vt q facili via bonorũ operũ sicut penitens latro: vel difficili & felici transitu merentur regna celorũ velut apostolorũ chorus & mar-

Jn.vj.eneid. tyrũ. Hos aũt tres ordines innuit maro. Facilis descensus auerni:noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradum superasq; euadere ad auras. Hic opus hic labor est pauci quos equ⁹ amauit. Iupiter aut ardẽs euexit ad ethera virtus. Diis geniti potuere. Quos ergo morũ elegantia:diuine videmus bonitati conformes:debemus tãq̃ verissimã & fidelissimã dei imaginem venerari. Ministri vero sunt quos dispositio diuina vocauit:vt corripiẽdo & corrigẽdo vitia:aut ꝟtutes inserẽdo & ꝓpagãdo:suã & aliorũ ꝓcurent salutẽ. Qui vero ei in iure humano ministrant tanto inferiores sunt his qui ministrãt in diuĩo:quãtum diuinis humana cedunt.

¶ Que pena ĩmineat his q ministris eccl'ie locorũq; venerabiliũ iniurias inferũt.& de ꝓuilegiis locorũ venerabiliũ.& ꝙ absolutio nec p vim extorqueri:nec surripi põt p fraudẽ. Ca. V.



N his autem qui iura diuina ministrant: deus pre ceteris honoraꝭ aut spniꝭ cũ illorũ honorẽ/ aut cõtẽptũ

ps.lxxx. propriũ reputet. Hic est illud. Ego dixi dii estis:& la-

Malachie.ij. bia sacerdotis custodiũt sciẽtiã: & legẽ reqrũt ex ore

Luce.x. ei⁹:q a ãgel⁹ dñi exercituũ est. Ipa quoq; ꝟitas ait. Qui vos au-

dit/me audit:qui vos recipit me recipit. Et qui vos spernit/sper nit eum qui me misit. Et qui tangit vos tāgit pupillā oculi mei. Illa vero reuerētia que in rerū veneratiōe cōsistit multiplex est. Aut eni corporales res sunt vt edes/& loca sacra/ & que piis di cantur vsib⁹/& sacrificia que visibiliter exercētur/aut incorpora les vt iura que sacris rebus cōpetūt/que temerare sacrilegiū est morte piādum/alia ve pena grauissima ꝑ qualitate admissi. Re rum vero sacrarū immunitates conuellere/insurgere in deū est: & quasi vendicare eū in seruitutē. Et quidē de iure diuino pro se possent multa proponi/sed vt emule ꝑtātis nō obloquaꝛ auda- cia/in hac parte statuta principū latius & benigni⁹ patēt/ q fidē xpianam venerātur & approbant/& ecclesiarū & ministrorum oimq; locoꝝ venerabiliū/ꝓuilegia vniuersa confirmant. Quis eni principis cuius memoria in bn̄dictōe est (archadiū loquor) constitutionē nō audiuit? Si quis in hoc genus sacrilegii proru- perit vt in eccl'ias catholicas irruēs sacerdotib⁹ & ministris vel in ipso culto loco aliquid īportet iniurie/quod geritur a prouīcie rectoribus aiaduertatur/atq; ita prouīcie moderator/sacerdotū & catholice eccl'ie/ministroꝝ/loci quoq; illoꝝ & diuini cult⁹ in- iuriā capitali in cōuictos siue cōfessos reos sn̄ia nouerit vindicā dam/nec expectet vt eṗs iīurie ꝓprie vltionē deposcat:cui san- ctitas ignoscēdi gloriā dereliqt/sitq; cūctis laudabile factas atro ces sacerdotibus aut ministris iniurias/veluti publicū crimen ꝑ sequi/ac de talib⁹ vltionē ꝓmereri. ¶ Itē placet clemētie nostre vt nihil cōmune clerici cū publicis actionib⁹ habeāt: vl' ad curiā ꝑtinētibus cui⁹ corpi nō sunt annexi. Et alibi si eccl'ie venerabil' ꝓuilegia cuiusq̄ fuerint vel temeritate violata/ vl' dissimulatio ne neglectū:cōmissū quinq; librarū auri condēnatione plectaꝛ. Que vero priuilegia eccl'iaꝝ locorūq; venerabiliū & ministro rū sunt/diuino & hūano iure notissima/cū vl' vsu iā liqueat q nō possūt nisi apud iudices ecclesiasticos conueniri. Et si quis in aliquē de clero violētas manus iniecerit anathemate feriaꝛ/ vt nisi per romanum pontificem absolui non possit. Huius cri- minis frustra alibi queritur venia:nisi articul⁹ mortis forte im- mineat/quia nec ꝑ vim extorqueri:nec ꝑ fraudē surripi pōt. Au ctore claudiano theodosius ait. Nō extorquebis amari. Hoc al- terna fides hoc simplex gr̄a donat. Nihilomin⁹ verū est/ qa nō extorquebis absolui/quod sola contritio cordis: cōfessio oris/ & satisfactio operis promerentur. Vtiq; non vis sed sola gratia iu stificat impiū:& fraus peccatori nō ꝓdest:quia spiritus sanctus

Matth.x. Zacharie.ij.
Eccl.xlv.
Lex est q̄ ha- bet. C. de epis. et cleri. Si qs in hoc.
Hoc est princi piū.l.placet. C.de episco.et cler.⁊ fuit hec lex honoꝛij vt pꝫ ex supꝛascri ptione. Libi. pꝛece. q̄ inci- pit. quisquis. xvij.q.iiij.si qs suadēte.
Ad Titū.iij. Sapiētie.j.


discipline effugit fictum: nec habitat ī corpore subdito peccatis. Alibi me dixisse recolo/quia teste patre magno augustio simu

Innocentia simulata.

Equitas simulata.

lata innocentia nō est innocētia/sed duplex malicia: quia malitia est & simulatio. Equitas quoq; simulata nō est equitas: sȝ duplex iniquitas/quia iniquitas est & simulatio. Vñ immoderato stupore confundor: cum frequentissime videā (nescio fideles an infideles dicā) in sacrilegio hmōi deprehēsos/ad hoc totis viribus anhelare/vt minis & terroribus vrgeāt sacerdotes ad absolutionē prestādā: quā nec isti fideliter dare/ nec illi in cōtumacia vtiliter accipere possūt. Sane facili⁹ est vtrūq; iuolui/ q̄ alterum istorū expediri. vtrius tñ sit culpa grauior/ nō facile dixeri. Hec de his q̄ in politica ↄstitutione plutarchi vicē aīe obtinent.

¶ De principe qui caput est reipublice: & electione eius & priuilegiis & premio ꝟtutis & culpe/& ꝙ beatum Iob debeat imitari & de virtutibus beati iob. Capitulum. VI.



SEquitur vt eius imitātes vestigia de mēbris reipublice disseramus. Dictum est aūt principē locū obtinere capitis/& qui solius mētis regatur arbitrio. Hūc itaq; vt iā dictū est/dispositio diuina in arce reipublice collocauit: & eū nūc archano ꝓuidentie sue mysterio/ceteris p̄fert nunc quasi suoꝝ iudicio sacerdotū/nunc ad eū preficiendū toti⁹

Nūeri. xxvij.

populi vota cōcurrūt. Vñ & ī veteri testamēto legitur. qa moyses ordinatur⁹ eū qui p̄esset in populo cōuocauit oēm synagogā vt eligeretur astante pplō. ne q̄ postmodū retractio cuiq̄ ne quis

j. Regū. ix.

scrupulus resideret. Legitur in libro regnoꝝ ꝙ saul rex futurus apparēs in facie populi ab hūeris sursum supeminebat vniuersū populū. Quare queso nisi quia quē oportet preesse aliis/pectore

viij. q. j. licet ergo. et ca. seq̄n. Si ergo.

debet & ore preminere/vt quasi bonorū operꝝ vlnis/toti⁹ populi latitudinē amplexari valeat & ꝓtegere tanq̄ doctior/ sanctior circūspectior: & omni virtute prestantior? Dicit enī domin⁹ ad

Nūeri. xxvij.

Electionis forma p moysem de principe.

moysen. Assume ad temetipsum iesum filiū naue hominē qui habet spiritum dei in semetipso: & impones man⁹ tuas sup eū. & statues corā eleaȝaro sacerdote: & precepta ei dato in conspectu totius synagoge/& precipe de ipso corā eis/& dabis claritatem tuā super illū: vt audiāt illū filii israel. Audis euidenter ordinationē principis populi tam manifeste descriptam: vt pene

Auctoris īterpositio.

expositione non egeat. Si eam tamen manifestius queris/eam tibi auctore domino/loco suo & tēpore cū p̄ceperis explanabo/ adiiciens indumētorum & quorūdam sacramētorū significationes. Hic autem plane nulla est populi acclamatio: nulla consan

uinitatis ratio/nulla propinquitatis habita contemplatio est. Mortuo salphaat/filie paternā apud moysen vēdicabant heres itatem.petitionem earum iustam esse deus ipse testatur. Pro inquis nāq3/agrorum & prediorum hereditas relinquenda est & vt plurimum actionum. Gubernatio vero populi illi traden a est quem deus elegerit homini/scilicet tali qui habet spiritū ei in se & precepta dei in conspectu eius sunt:qui moysi valde otus sit & familiaris.i.in quo sit claritas legis & sciētia vt pos nt eum audire filii israel. Nec tamen licitum est fauore nouo um recedere a sanguine principū quibus priuilegio diuine pro nissionis & iure generis debetur successio liberorum/ si tamen vt prescriptum est)ambulauerit in iustitiis domini. Si vero a ia paulisper deflexerint non statim vsq3quaq3 deiiciuntur: sed atienter corripiuntur in iustitia donec fiat conspicuum eos per inaces esse ī malo. Neq3 enim roboam statim excussus est a so io patris ex quo senior3 contempto consilio recessit a via salo nonis.onus importabile volens imponere in humeris filioru3 srael. verūtamen scissū est regnū eius decedentibus.x.tribubus ost ieroboā seruū salomonis. Fuerunt q3 regna diuisa dū regnū abuit iuda & israel. Sensit ergo de contumacia penam:de gra ia dei & priuilegio sanguinis misericordiam vt rex quidē ma eret:sed magna regni parte mutilatus. Vnde hoc illi? Quia dheserat consiliis iuuenū contēnēs vias & precepta prudentie. mpossibile enim est vt salubriter disponat principatū qui non git consilio sapientū. Ve(inquit)terre cuius rex puer est: & cu us consiliarii mane comedūt. Beata terra cuius rex nobilis est. & cuius principes vescuntur tempore suo/ad refectionē non ad uxuriā. Ibi eteni sapientia esse nō potest. Hinc sanctus iob. Sa pientia vbi inuenitur:& quis est loc⁹ intelligētie? Nescit homo reciū eius:nec inuenitur in terra suauiter viuentiū. Nō equabi tur ei labentiū quicq̄: trahitur eni sapientia de occultis. Longe vtilius iuuenes repulisset/acquiescens cōsilio seniorū/vitā beati iob hn̄s regnandi formā. Audi ergo quid de se fateatur. Qn̄ p cedebam ad portā ciuitatis/& in platea cathedrā parabāt mihi Videbāt me iuuenes & abscondebant:& senes assurgētes sta bant:principes cessabant loqui:& superponebāt digitū ori suo. Vocē suā cohibebāt duces/ & lingua eorū gutturi suo adhere bat. Auris audiēs btificabat me/& oculus vidēs testimōiū red debat mihi/eo q liberassem pauperē vociferantē/& pupillū cui nō erat adiutor. Bn̄dictio pituri super me veniebat:& cor vidue

Nūeri.xxvij.

Principis ele ctio nō ex suc cessione sed ex ordinatione di uina pcedit.

Regni succes sio pot⁹ ex ele ctione debet eis q ex sāgui ne regali sunt q alijs.

iij.Regū.xij. ij.Paral.x.

Iuuenū consi lia reprobant.

Ecclastes.x.

Iob.xxviij.

Iob.xxix. Regnādi for ma a btō iob.

consolatus sum. Iustitia indutus sum:& vestiui me sicut vesti=mento & dyademate/iudicio meo. Oculus fui ceco & pes clau=do. Pater eram pauperũ:& causaȝ quam nesciebã diligẽtissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui/& de dentib⁹ illius auferebam predam. Dicebãq̧ ĩ nidulo meo moriar:& sicut pal=ma multiplicabo dies. Radix mea aperta est sec⁹ aquas:& ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innouabitur:& arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant sententiam expectabant/& intenti tacebant ad consiliũ meuȝ: verbis meis nihil addere audebant:& super illos stillabat eloqũ meum. Si quando ridebam ad eos non credebãt:& lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluissem ire ad eos sedebã pri=mus. Cũq̧ sederem quasi rex exercitu circunstante: eram tamẽ merentium consolator. Ecce regnandi in viro iusto ex magna parte expressa est formula:quam si per singula exequi volueri=mus integri libri magnitudinem insertarum virtutũ series vel sola complebit. Diligens lector singula verba discutiet: quia in his omnibus nec iota/nec apex a mysterio salutis vacat. Pauca tamen que in ipsa superficie verborum eminent quanta potero breuitate perstringam. Quando (ĩquit) lauabã pedes meos bu tiro:& petra mihi fundebat riuos olei cũ in parata cathedra re=siderem in platea abscõdebãtur iuuenes/& mihi senes astabãt. Innuit ergo quia rerum affluentia/gratiarũq̧ concursio: ei pru=dentiam non excusserint:sed in his oĩbus ex conscientia/& te=stimonio bonorũ operũ auctoritas inconcussa ꝑmãsit. Egredie=batur enĩ ad portã qui latebris non egebat/& qui docendi ꝑme=ruerat sedem/senũ prudentiã erigebat/leuitate iuuenili abscon=dita. Cessabant loqui principes:& lingua ducũ gutturi adhere=bat non audẽtes grãdia loqui:& imponere humeris hoĩm one=ra importabilia/que nec in superficie digiti tãgi solẽt. Docebat enim omnẽ virtutis laudem in actione ꝯsistere:cassũq̧ esse splẽ=
Prouer. xiiij. dorem verbi cui non subest soliditas operis. In omni opere (ĩqt salomon) erit abundantia:vbi autem verba sunt plurima ibi fre=quenter egestas. Principũ vero & ducũ est:alios in via morum precedere:non que faciẽda sunt aliis tumide ĩtonare. Auris au=diens & oculus videns beatificabat me. Instrumenta corporis eleganter exꝑssit:quibus sensus anime maxime cõualescit. Ex=teriorũ nãq̧ notitia:oculi & auris obsequio fidelissime trãsit ad animã:& thesauros cordis sepius lingua incauta dispergit. Q̃d vero audiens & videns adiecit/sapiẽtis iudiciũ exprimit. iuxta

illud Beatus qui loquitur in aure audientis. Non itaq; beatifica tum se dicit linguis hominum que in alterutram partem vel amore vel odio frequenter impelluntur. Sufficit ei testimonium conscientie: presertim cum roboratum sit iudicio sapientum/ eo (inquit) q liberassem pauperem: pupillum et periturum & consolatus sum cor vidue. In his enim maxime pricipalis claret auctoritas que a domino instituta est ad iniurias ppulsandas. Hec quidē sunt opera misericordie/& erit nomen agentis ea benedictum in secula. Sed ne credas eū remissiore clemētia: vitiis audaciam prestitisse. Iustitia (inquit) indutus sum & dyademate iudicio meo/causam quā nesciebā diligentissime inuestigabam. Oportet enī iudicē cuncta rimari & ordinē rerū plena inquisitione discutere/nec ante obuiare alicui q̄ causa sit legittimis rationibus plenissime limitata. Vt enī ait ethicus. Ad penitendum pperat quisquis cito iudicat. Conterebā molas iniqui. Iniquus est quisqs in iudiciis sequitur nō causā/sed predam: qui sic munera diligit vt sequatur retributiones. Et licet equum sit quod discernit ad precium/auaritie seruiens/pgit in mortem. Vnde sequitur. Et de dentibus illius auferebam pdam: dicebāq;. In nidulo meo moriar. Mētem itaq; composuerat qui rerū suarū āplitudine contentus erat. Nec auaritie aut ambitionis stimulo vrgebatur vt domū domui: agrū agro cōiungeret/vsq; ad termios loci ac si solus habitaturus esset in supficie terre. Et sicut palma multiplicabo dies. Rem ammirandā aristotiles in septimo pbleumatū & plutarchus in octauo memorabiliū dicit. Si super palme inquiunt arboris lignū magna pōdera imponas/ ac tam grauiter vrgeas & oneres vt magnitudo oneris sustineri neque at nō deorsū cedit/nec in terrā flectit: sed aduersus pōdus resurgit & sursū nitit recuruatq;. Propterea (inquit) plutarchus/placuit palmā signū esse victorie in certaminib⁹ qm̄ ligni ingenium hmōi est vt vrgentibus & opprimētibus nō cedit. Fertur item q ramus eius palme que grece dicitur basileros auelli non pōt si trahatur deorsum: sed si sursum producas cedit. Constat autem quia truncus palme vel stipes a radice contrahitur: sed in superioribus dilatat. Secus autem est in quauis arbore que tāto magis turgescit/quo ad terrā stipes/vicinius accedit. Per palmam ergo significat iustitia inuincibilis/q̄ descēsū nō nouit sed solū ad superiora processum. Vn̄ iustus vt palma florebit. Radix mea aperta est secus aquas/scripturarū vtiq; & virtutum. de quib⁹ supra/& ros scilicet gratie morabit in messione mea/intellige bo

xxx.q.v.iudica.

Palma q̄re habet in certamine p signo victorie.

Cōcor.xlvij. dist.omnes.

ps.xxj.

norum operum: quorum manipulos electis reponet apud se in illa die iustus iudex. Vnde sequitur. Gloria mea semper innouabitur: & arcus meus instaurabitur: quia est aliquid quo tẽdit & in quo dirigit arcũ iustus. Nec passim sequitur/coruos testaq̧ lutoq̧. Qui me audiebant expectabant sententiam &c̄. Sepe dictum est: sententiam in bono semper accipiendam esse: iuxta

Prouer. xxvi. illud. Sapientior videtur sibi piger septem viris loquentibus sẽtentias. Audis in sapiente tria concurrere. Intenti (inquit) tacebant ad consiliũ meũ: verbis meis nihil addere audebãt: stillabat super eos eloquium meum. Res ardua desiderat attẽtionẽ: & virum grauem decet consilia meditari: vt quicquid agit: quicquid loquitur: sit pro consilio homini affectanti sapientiam. Est autem oris circumcisi illa proferre: quibus nihil demi liceat vel apponi. Est aũt viro graui turpissimũ: si iugiter se nugis & fabulis immisceat: & inter congarriẽtes pstrepat: veluti raoulus anser ãmixtus oloribus: & oẽm materiã credit aptam esse litigiis Ambigitur quid eni castor sciat an docilis pl⁹. Brũdusiũ inimici melius via ducat an apii. Preterea que habundãt sui copiositate vilescunt: & cũ multiloquio pctm̃ non desit: pauca prudẽter

Tria in loq̃la sapiẽtis attendenda.

Socratis notabile verbũ p loq̃ndo pauca

loquẽtis sermo est p̃ciosus. Vnde socrates querenti qũo quis famã optimã compararet. Si gesserit (inqt) optima & locut⁹ fuerit pauca. Hoc est qđ vir iustus & ꝟitus delinquere in sermone: dicit stillasse eloquium suum. Qui enim nõ delinquit in ꝟbo: hic

Iacobi. iii. pfectus est vir. Si quando ridebã ad eos non credebant. Ris⁹ le-

Nõ de risu. uitatis indicium & quo patentior eo impudentior & reprehẽsibilior est. Ait enim: stultus in risu exaltat vocem suã. Et saluator fleuit qui vtiq̧ risisse non legitur. Nec eum facile crediderim

Ecc̃i. xxi. pronũ esse ad cachinnum: qui sub tanta ambiguitate de risu loqtur/vt & si riserit non credatur. Et lux vultus mei nõ cadebat in terram. Risit forte vir iustus: sed eum in hylaritate tempalis ineptia nulla resoluit. Et quicquid terrenum erat in moribus vultũ verebatur austerũ. Si voluissem ire ad eos: sedebam prim⁹. Prima siquidem cathedra dignus erat qui alios tantarum ꝟtutum itinere p̃cedebat. Cũq̧ sederet quasi rex famulantib⁹ aliis: lachrymas merẽtium abstringebat. Iocũda quidẽ conclusio: cũ ptãs publica sic studet preesse vt in vniuersitate sua tristẽ aliquẽ esse nõ patiat. Qua ꝟo arte id fiet moralis cãpus subiectus exequitur. Tanta quidem amenitate florum & fructuũ vbertate/ vt si quis eum ingreditur paradisi delitiis se gaudeat interesse. Miraris forte & attonitus obstupescis queq̃ in exilio carnis hu

ius:tante dulcedinis pticipem esse:& celestiū ciuiū esse conciuē sed an ita esse possit ex opibus viri iusti tu ipe diiudica. Si nega uiqđ volebant paupib⁹ & oculos vidue expectare feci. Si come di buccellā meā solus & non comedit pupillus ex ea:quia ab in fantia creuit mecū miseratio: & de vtero matris mee egressa est mecum. Si despexi pretereuntē eo ꝙ non habuerit indumē tum:& absq operimento pauperē. Si nō benedixerint mihi la tera eius:& de velleribus ouiū mearum calefactus est. Si leua ui super pupillū manum meam:cum viderē me in porta supio rem:humerus meus a iunctura sua cadat: & brachium meū cū ossibus conteratur. Semper enim quasi tumentes fluctus super me timui deum:& pondus eius ferre non potui. Si putaui aurꝫ robur meū:& dixi obrizo fiducia mea. Si letatus sū super mul tis diuitiis & quia plura repperit manus mea. Si vidi solē cum fulgeret/& lunam incedentem clare:& letatum est in abscondi to cor meum & osculatus sum manum meam ore meo que est iniquitas maxima:& negatio contra deum altissimum. Si ga uisus sum ad ruinam eius qui me oderat:& exultaui ꝙ inuenis set eum malum. Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius vt saturemur. Foris non mansit peregrin⁹:ho stium meum patuit viatori. Si abscondi quasi homo peccatum meum/& celaui in sinu meo iniquitatē meaꝫ. Si expaui ad mul titudinē nimiā/& despectio propinquorum terruit me/& nō ma gis tacui:nec egressus sum hostiū. Si aduersuꝫ me terra clamat & cū ipa sulci ei⁹ deflent. Si fructus eius comedi absq pecunia/ & animā agricolarū eius afflixi: ꝑ frumento oriatur mihi tribu lus:& pro ordeo spina. An nō credis eum ambulare in latitudi ne delitiarum dei qui de corde puro & conscientia bona & fide non ficta sub imprecatione tāta de se ista fatetur? Quis istoꝝ verborū desiderat interpretationem:aut in tanta virtutum lu ce non videt? Nimiū plane ebes est & obtusi ingenii cui per se ista non lucent. In vnum hic plurima congeruntur:quorum vel vnū:orbem quendam illustrare sufficeret. Si principes plura le gere vel audire fastidiunt:saltem hoc tantillum legāt:audiant: & inquisitione diligenti discutiant dum imitantur. Sequiť enī in eodem. Si audierint reges & obseruauerint vocem dñi:com plebunt dies suos in bono/& annos suos in gloria. Si autē non audierīt transibūt per gladiū & cōsumenť stultitia:vides ne inu tiliū regū duplicē exitū? Aut enī ꝑ gladiū trāseunt: aut stultitia consumūť. Et recte dicitur ꝑ gladiū trāsire:nō finiri eo ꝙ gladi

Job.xxxi.

j. ad Thim. j.

Job.xxxvi.
Premium re gū bene agen tium/et male agentiū pena

us quasi quidẽ transitus est eis ad locũ vbi ſm multitudinem ini quitatũ suarum potentes potẽter puniuntur. Sed & stultitia cõsumit impios/quia in depressione populi/ robur principis eneruatur. Populus nãq; contritus/erigere vires principis nõ potest aut non vult.

Sapiẽtie.vj.& supra.lib.iiij. ca.vj.et.x.

¶ Que mala vel bona subiectis proueniant de moribus pricipũ qđ & aliquorꝫ strategematicis roborat̃ exẽplis. Ca.VII.

Prouerb.xxvj.



O Vasi(inquit)qui mittit lapidẽ in atriũ mercurii/sic qui dat insipienti honorẽ. Hoc a diuersis diuerso mõ exponitur. Ego sapientiorũ venia impetrata aceruũ credo mercurii in quo consistit ratio calculandi: quia mercurius numen eorum est qui negociationẽ exercẽt & ratiociniis suis diligẽter inuigilant. Mittere ergo lapidẽ in aceruuꝫ quo regitur ratio calculãdi est totũ turbare calculi rationẽ:& honorẽ conferre insipiẽti est reipublice subuertere vitam. Et impossibile est vt alios vtiliter regat quẽ propri⁹ subuertit error. Ait enim. Vbi nõ est gubernator/populus corruet. Et alibi.rex insipiẽs perdet populũ suũ:& ciuitates inhabitabũtur super sensum prudentiũ. Omnis potẽtatus/breuis vita:lãguor prolixior grauat medicum:breuem languorem precidet medicus. Sic & rex hodie est & cras morietur. Cũ enim morietur homo hereditabit serpentes & bestias & vermes. Nũqđ queso pauperes opprimuntur iniuriis/attenuãtur exactionibus: rapinis multiplicib⁹ exspoliant̃:iubẽtur in se cõcurrere populi & orbẽ cõcutere vt potẽtibus isti succedant heredes? Isti nãq; succedũt oĩbus iure suo: nec desideratur solẽnitas testamenti. Ab intestato emergũt:velis nolis hos habebis heredes. In secularibus litteris fertur dixisse plato/perĩde est cum subditos opprimit magistratus ac si caput corporis intumescat/vt a mẽbris aut oĩno aut sine molestia non possit. Hanc aũt passionẽ sine grauissimo dolore mẽbroruꝫ tolerari:vel curari impossibile est. Si ꝟo incurabilis fuerit passio/sic viuere q̃ mori miserius est. Miseris autẽ nichil vtili⁹ est/ q̃ vtrũq; finire miseriam. Idẽ quoq; dixisse legit̃ cũ in subiectos potestas seuit/idẽ est ac si tutor pupillũ ꝓsequat̃:vel eũ suo mucrone iugules/ob cuius defensionẽ ab eodẽ traditũ tibi gladiuꝫ accepisti. Rem nãq; publicaꝫ/frui iure pupilli percelebre est/ & eam tunc demum recte procedere:cum caput eius se inutile eẽ cognoscit/nisi fideliter membris cohereat. Hec ille: Et quidem eleganter & vere. Sed vt mihi videtur coherentia fidelis & firma esse non potest:vbi nõ est tenax vnio voluntatũ: & quasi ip

Prouerb.xj.
Eccĩ.x.

Platonis verba de magistratu opprimẽte populũ.

vt patet.C.l. xj.de iure rei publice.l.rem publicam.
Populi vnio ad vnũ & ecõuerso.

sonū animorū cōglutinatio: que si defuerint hominū frustra sibi congruūt opera: cum dolus in pniciē pgat sine affectu proficiendi. Simulatores (inquit iob) & callidi puocant irā dei. neq; clamabunt cum vincti fuerint: morietur in tempestate aīa eorum & vita eoꝝ inter effeminatos. Opibus nāq; causaꝫ prestat / nūc pudor / timor interdū: sed iunctura illa solidissima est que ex adipe fidei & dilectionis pcedit: & in solo ꝟtutis fūdamento subsistit. Opa tñ / quia morū argumēta sunt grām pariūt: qua nichil vtilius nihil efficacius est ad statū magistratuū & pcessū. Inde illud est impatoris / vel si mauis ꝟsificatoris egregii: dū tamen idem eos sensisse non ambigis. Sis pius in primis: nā cū vincamur in oī Mune / sola deos equat demētia nob(. Neu dubie suspectus agas neu falsus amicis. Rumorū ne auidus: qui talia curat / inanes Horrebit strepitus / nulla nō anxi⁹ hora. Nō sic excubie / nec circumstantia pila. Q̄ꝫ tutatur amor nō extorq̄bis amari Hoc alterna fides: hoc simplex grā donat. Alexāder cū hyeme ducens exercitum resideret ad ignē / recognoscere preterentes copias cepit. Cūq; conspexisset quendā prope exanimatū frigore iussit eum sedere in loco suo dicens. Si in persis natus esses / in regia sella residisse capitale foret: sed in macedonia nato conceditur. Fertur & aliud de eodē / ꝙ cum virgo eximie pulchritudinis finitime gentis principi desponsata inter captiuas adesse nunciaretur / ei abstinentia sūma pepercit / vt ne illā quidē aspexerit. Qua mox ad spōsum remissa vniuerse gētis per hoc beneficium sibi mentes conciliauit. Sic humanitate suorū alienoruꝫ aīos sibi iustitia deuinxit. Simile est qd̄ scipio affricanus in hispania fecisse legitur / cui cum ꝟgo nobilis oīm in se decoris āmirationē / cōuertēs oculos / adducta eēt: eā spōso noīe alitio reddidit / adiiciēs & aurū qd̄ parētes in redēptionē captiue attulerant vt esset ꝟgini in dotē aut marito in munus nuptiale. Itaq; multiplici magnificentia vniuersa gēs victa que forte alias cessura non fuerat: romani imperii populo accessit. Camillo faliscos obsidenti magister ludi liberos faliscorum tanq̄ ambulandi causa extra murum eductos tradidit dicens: retentis obsidibus ciuitatem necessario facturam imperata. Camillus vero non solū spernit pfidiam / sed restrictis manibus post terga magistruꝫ virgis agendum ad parentes pueris tradidit adeptus bñficio victoriā quam fraude non conceperat. Nam falisci ob hanc iustitiaꝫ spōte se dediderunt. Extat quoq; eiusdem camilli non ignobilior titulus: cum enim post subactas ciuitates & triumphos insignes

Job.xxxvi.

De gratia per magistratus querenda.

Alexandri cōmendatio de hūanitate erga militem frigore afflictū.

Alexādri cōmendatio de abstinētia erga virginē pulcherrimam captiuam.

Scipionis humanitas erga virginem pulchram captā.

Camilli magnanimitas.

militaris manus/inuidia concitata dānatus & expulsus e ciuitate fuisset/quasi preda cōi iniquius distributa/irruentibus senonibus gallis in vrbē/& romanis vndecimo miliario victis apud flumen albani/nec in ipsa vrbe quicq̄ preter capitolium seruari posset:& hoc auro dato vt galli recederent/camillus etiā ingrate compatiēs patrie/eosdem cecidit/aurum abstulit/romanorū aquilas reportauit. Vnde in sexto virgilii īter ceteros eneadas Predicit eneas referentem signa camillū. Itaq3 ab exilio reuocatus tertio triumphans vrbem est ingressus & appellat⁹ est secūd⁹ romulus/q̄si alter patrie cōditor. Iulius igni⁹ in libro.vi.de vita rebusq3 illustriū virorū refert quod de fabricio sequit̄. Nam precedentia plutarchi in institutione traiani & iulii frontini i libro strategemmatum sunt. Venerunt ergo secundo legati sānitum ad gaium fabriciū/multas & magnas res memorantes:q̄s bene ac beniuole post redditam pacem samnitibus fecerat offerentes dono grandem pecuniam: & orātes vt eam acciperet/& vteretur eo q multa ad necessitatem victus & splēdorem dom⁹ tanto viro deesse constaret. Nihil enim lautum paratūq3 erat p amplitudine hominis & dignitate virtutis. Fabricius v̇o planas manus ab auribus ad oculos & infra & deinceps ad nares & ad gulam:& ad os/& deinde ad vētrem & ima deduxit/& legatis in hec verba respondit. Dum omnibus his membris que attigi/resistere atq3 ipare potero/mihi nihil omino deerit: ideoq3 vobis reseruate pecuniā necessariā vsibus vestris.nec eam quibus necessaria aut grata non est/ingeratis. Romani siquidē nō curant habere aurū:sed imperare volunt habentibus aurū. Hec iulius ignius. Frontinus vero refert:quia ad fabriciū ducem romanorum medicus pirri epirotarū regis peruenit pollicitus se venenū daturū pirro dū merces sibi in qua opere p̄ciū foret constitueretur. Quo facinore fabricius egere victoriam suam non arbitratus regi medicum detexit atq3 ea fide meruit vt ad amicitiam romanorū appetendā cōpelleret pirrū. Pace mea decertent in casu isto/valerius maximus & claudius quadrigarius cōtendentes de nomine & officio proditoris. Antimocares fuerit iuxta valerium pater illius qui in regis cōuiuio pocula ministrabat:an sm quadrigarium nicias medicus non multum curo dū modo constet consules romanorum eo subegisse pirrū q perfidiam fuerant aspernati. Epistolam vero consulum ad pirrū hāc fuisse quadrigarius refert. Cōsules romani salutem dicūt pirro regi. Nos pro tuis iniuriis continuo animo commoti īimiciter

Virgil.in fi. vj.lib.eneid.

Fabricij commēdatio ad legatos samnitū q̄ sibi aurū detulerant.

Fabricij cōstātia cōtra medicū pollicētem se venerare pirrū regem.

Quadrigari⁹

tecum bellare studemus/sed cum muniis exempli & fidei: ergo visum est vt te saluum velimus: quo fit quem armis possimus vincere. Ad nos venit nicias familiaris tu⁹ qui sibi a nobis precium peteret si te clam interfecisset. Id nos negauimus velle/ne ue ob eam rem quicq̄ expectaret commodi denunciauimus. Simul etiam visum est/vt te certiorem faceremus/ne quid huiusmodi si accidisset nostro consilio factum putarent ciuitates/ scitote ꝙ nobis non placet promissis aut precio aut dolis pugnare Tu nisi caues iacebis. Quid referā? Qz cum ei regni medietatē pyrrus obtulisset/vt pacem conditionibus equis admitteret cōtemptus est. Sed nec regni medietatem acquieuit accipere. vt amicitiam promitteret regi. Cum vero cineas vir prestantissimus qui romam missus fuerat reuersus interrogatus qualis roma esset. Respondit se regum vidisse patriam/eo ꝙ fere omnes tales essent illic/ qualis esset solus pyrrus in epiro & reliqua grecia. Audita ergo constantia fabricii inquit rex. Hic est vtiq; ille fabricius qui difficilius a ṽtute q̄ sol a cursu suo auerti potest.

Fabricij cōmēdatio q̄ partē regni a pirro sibi oblatam repudiauit.

Imperator cesar augustus germanicus eo bello quo vict⁹ hostibus germanici cognomen meruit cum in finibus copiarum castella poneret pro fructibus locorū que vallo comprehendebat precium solui iussit: atq; ita iustitie fama omnium fidem astrinxit. Quid de continentia dicam: rerumq; contemptu quādoquidem plutarchi strategemmatica nonnulla promisi? Marcum cathonem eodem vino quo remiges contentum fuisse traditur. Athilius regulus cum summis rebus prefuisset adeo pauper fuit/ vt se cōiugem liberosq; tolleraret agello/ qui colebatur per vnum villicū/cuius audita morte scripsit senatui de successore sibi creando. & destitutis rebus obitu serui necessariā esse presentiam suā. Gneius scipio post res prospere ī hyspania gestas in summa paupertate decessit/ne ea quidem relicta pecūia/que sufficeret in dotem filiarum quas ob inopiā publice dotauit senatus. Idem prestiterunt athenienses filiis aristidis post amplissimarum rerum āministrationem in summa paupertate defuncti. Hanibal de nocte surgere solitus non requiescebat āte noctē crepusculo demum socios ad cenam vocabat: neq; āplius q̄ duobus lectis discumbebatur apud eum. Idem cum sub hasdrubale militaret imperatore/plerūq; super nudam humū sacculo tect⁹ somnū capiebat. Emilianum scipionem traditur in itinere cū amicis ābulātē accepto pane vesci solitū. Idē & de alexādro macedone dr̄. August⁹ cesar minimi cibi erat atq; vulgar fere secu

Augusti cōmēdatio ꝙ solui fecit p̄ciū fructuū ꝓ locis intra vallū comprehensis.

Marci cathonis tēperātia in vtēdo eodē vino quo remiges.

Commēdatio paupertatis gnei scipionis cui⁹ filias dotauit senatus.

Hānibalis tēperantia.

Alexandri tēperantia.

Augusti tēperantia in cibo

larium panem & pisciculos minutos: & caseum bubulū manu pressum / & ficus biferas virides maxime appetebat. Vescebaturq͡ʒ ante cenā quocūq͡ʒ tempore & loco stomach⁹ desiderasset. Unde ipse in quadā epistola. Nec iudeus quidē͡ʒ nutiberi tam diligenter sabbatum seruat q̄ ego hodie seruaui qui in balneo post horā primā noctis duas buccellas manducaui priusq̄ vngi inciperē. Iram quoq͡ʒ citissime remittebat dū iniuriantis animū videret immutatū. Et sicut ipē dicebat celeri⁹ q̄ asparagi coquātur. Hoc enim v̄bo rei festinate velocitatē͡ʒ solebat exprimere. In sermone siquidē & hoc & quedam alia notabiliter vsurpauerat: qđ littere eius ātigraphe ostendunt / in quibus cū aliqđ nūq̄ futurum credebat: illud fore dicebat ad kalendas grecas. Masinissam nonagesimum etatis annū agētem meridie ante tabernaculum stantem vel ambulantem capere cibos solitū legim⁹.

Augusti tēperantia in ira.

Masinisse tēperātia ī cibo.

Gaiū curiū continentia.

Gaius curius cū victis ab eo sabinis ex senatuscōsulto ampliaretur ei modus agri quem consummati milites accipiebāt: gregalium portione contētus fuit malum ciuem dicens cui non esset idem quod ceteris satis. Uniuersi quoq͡ʒ exercitus sepe notabilis continentia fuit sicut eius qui sub marco scauro insignē gloriam meruit. Nam memorie tradidit scaurus continētiam militarem: pomiferam (inquit) arborē quam in pede castrorū͡ʒ fuerat complexa metatio / postero die concinentibus eneatorib⁹ & abeuntibus nobis / intactis fructibus exercitus reliquit indēnē.

De cōtinentia exercitus sub scauro ī dimittendo arborē existentē intra castra oneratā fructibus.

Cōtinentia exercit⁹ in gallia q̄d ꝓfuerit.

Auspitiis ergo imperatoriis cesaris domitiani augusti germanico bello qđ iulius ciuilis in gallia mouerat lingonū opulētissima ciuitas que ad ciuilem desciuerat / cum aduenientem ab exercitu cesaris populationem timeret ꝙ preter spem inuiolata nihil ex rebus suis amiserat ad obsequium redacta septuagita milia virorum armatorum tradidit mihi. Lucilius mūminus qui corintho capta non italiam solum / sed etiam prouinciam tabulis statuisq͡ʒ exornauit adeo nihil ex manubiis tantis in suū conuertit vsū: vt filiā eius inopē senatus ex publico dotauerit. Constantia quoq͡ʒ cū ex plurimis strategēmatibus pateat / in virtute romanorum maxime claret. Eorū siquidem magnificētia & virtutes si omnium gentium historie reuoluantur / nihil clarius lucet. Declarat hoc amplissimi splēdor imperii / quo nulliū maius ab exordio neq͡ʒ maioribus incrementis processu continuo dilatatum humana potest memoria recordari. Nā & quiete libertatis / iustitie cultu: reuerentia legum / finitimarumq͡ʒ gentiū amicitiis: maturitate consiliorum / & grauitate verborum & operū

Lucilii continētia in captione corinthi.

Commēdatio virtutis ꝛ magnificētie romanorum.

Nō bona ꝓꝑ q̄ romani subiugauerūt orbem.

obtinuerunt: vt orbem sue subiicerent ditioni. Sed quia de constantia eorum cepimus/ vnum de strategemmatibus iulii frontini pro multis ponatur in medio. Cum itaq͡ʒ vrbis menibus hanibal assideret ostentande fiducie gracia: supplementum exercitibus quos in hispania habebant diuersa porcia miserunt. Idem agrum in quo castra hanibalis erant/ defuncto forte domino venalem ad id precii licẽdo perduxerunt: quo is ager ante bellum venierat: hii dũ a hãnibale obsiderẽtur & ipsi obsiderẽt capuam decreuerũt ne nisi ea capta reuocaretur inde exercitus.

Romani hãnibale existẽte ĩ menibus miserunt in hispaniã supplemẽtũ exercitib⁹ suis.

¶ Quare traianus videtur oĩbus p̄ferendus. Caplm. VIII.

NVnc aũt vt in traiano plutarchi strategẽmaticis ponatur modus tãte fortitudinis & ciuilitatis fuit/ vt romani imperii fines/ qđ post augustum defensum magis fuerat q̃ nobiliter ampliatum: lõge lateq͡ʒ diffũderet. Gloriã tamẽ militarẽ moderatione superauit/ rome & per prouincias omnibus se equalem exhibens/ amicos salutandi causa frequentans. vel egrotantes: vel festis diebus cum eisdem indiscreta vicissim hñs cõuiuia. Vehiculis eorũ & vestib⁹ indifferẽter vtens publice & priuatim/ ditans omnes: immunitates ciuitatibus largiens. relaxans tributa prouĩciis: nulli grauis/ carus oĩbus. adeo vt vsq͡ʒ ad nostram etatẽ in senatu nõ aliter principibus acclamaretur. Felicior augusto: melior sis traiano. Sic itaq͡ʒ memorie eius delatũ est: & opinio bonitatis eius intantuʒ preualuit: vt amicis laudãtibus vel assentantib⁹/ occasionẽ magnificẽtissimi prestet exẽpli. Recte laudatur in iulio animi magnitudo inuicti/ & efficacia operis: cũ illius mens & manus ad fere impossibilia sibi suffecerint. Quantus in armata militia extiterit/ non modo galli britonesq͡ʒ primũ ab eo subacti: sed tota ciuilis belli fortuna & cesaree domus series protestatur. In litteratorio studio tantus erat vt quaternas simul dictaret eplas. Quis ĩ iuris ciuilis peritia fuerit: veteres romanorũ indicãt leges. Potentis ingenii vires q̃ iugiter in philosophia exercuit: predicat & extollit vel sola inuentio bissexti. Qđ aũt oĩbus mirabili⁹ est amorib⁹ & negociis simul operam dabat: & in singulis que aggrediebatur tantus erat vt ei solis vacare crederetur. Simul totus erat singulorũ & omniũ. Laudes vero augusti: tot⁹ orbis cõ celebrat: & citũ amorẽ humani generis/ suas. s. delitias iocunda memoria veneraẽ. Ego his oĩbus p̄ferre traianũ nõ dubito: q̃ in solius ꝟtutis cultu regni constituit maiestatẽ. Ethicũ iuxta/ qui recte fecerit regẽ arbitratur. Tale est illđ quod sub noĩe theodo-

Traiani imperatoris laus.

Cesaris ĩperatoris laus.

Cesar fuit inuẽtor bissexti.

Laudes augusti & titi imperatorũ.


ſii precipit claudianus. Tu licet extremos late dominere per indos. Te medus te mollis arabs te ſeres adorẽt. Si metuis/ſi praua cupis/ſi duceris ira. Seruitii patiere iugum tolerabis iiquas. Interius leges/tunc omnia iure tenebis. Cũ poteris rex eſſe tui ꝓcliuior/vſus In peiora datur ſuadetq; licẽtia luxũ. Illecebriſq; effrena fauet tunc viuere caſte. Aſpius cũ prõpta ven⁹:tũ duri⁹ ire. Cõſulitur cũ pena patet:ſed cõprime mot⁹. Nec tibi qd liceat:ſed quid feciſſe decebit. Occurrat mentẽq; domet reſpect⁹ honeſti. Vt vero in laude traiani facilius acquieſcant qui alios ei preferendos opinantur/virtutes eius legitur cõmendaſſe ſãctiſſimus papa gregorius:& fuſis ꝑ eo lacrimis inferorũ compeſcui iſſe incendia dño remunerante in mĩa vberi iuſtitiã quã vidue flenti exhibuerat traianus. Cũ enim memoratus imꝑator iam equũ aſcendiſſet ad bellũ ꝓfecturus/ vidua apꝓ̄henſo pede eius miſerabilit̃ lugẽs ſibi iuſtitiã fieri petiit de his qui filiũ eius optimũ & innocentiſſimũ iuuenẽ iniuſte occiderant. Tu (inqt) auguſte ĩperas/& ego tam atrocẽ iniuriam patior. Ego (inquit) ĩperator ſatiſfaciã tibi cum rediero. Quid inquit illa/ſi nõ redieris? Succeſſor me⁹ ait traianus/ſatiſfaciet tibi. Et illa. Quid tibi ꝓderit/ſi alius bñfecerit? Tu mihi debitor es ſm opa mercedem recepturus. Fraus vtiq; eſt nolle reddere qđ debetur. Succeſſor tuus iniuriam patiẽtib⁹ pro ſe tenebitur. Te nõ liberabit iuſtitia aliena. Bene agetur cũ ſucceſſore tuo ſi liberauerit ſeipſ; His verbis motus imperator deſcendit de equo:& cauſam pꝛ̄ſentialiter examinauit:& condigna ſatiſfactione viduã conſolatus eſt. Fertur aũt beatiſſimus papa tã diu pro eo fudiſſe lacrimas: donec ei in reuelatiõe nũciatũ ſit traianũ a penis inferni liberatum. Sub ea tñ conditiõe ne vlterius pro aliquo infideli deũ ſollicitare preſumeret. Vnde merito ꝓ̄fertur aliis/cuius ꝟtus p̄ ceteris ita ſanctis placuit:vt eoꝝ meritis ſolus ſit liberat⁹. Et hec quidem de capite reipublice dicta ſunt.

Commẽdatio traiani in pſonam vidue.

Intercеſſio bti gregorii ꝓ ſalute traiani.

¶ De his q in republica obtinẽt locum cordis.& ꝙ iniq arcendi ſũt a cõſiliis ptãtũ.& de timore dei & ſapia & phia. Cap. IX.

Senatus vñ dicatur/et vbi ꝑmũ nomen cepit.



Cordis locum auctore plutarcho ſenatus obtiẽt. Senatus vero ſicut maioribus placuit officii nomen eſt & habet etatis notam. Siquidem ſic dicitur a ſenectute. Eum vero athenĩẽſes ariopagũ dicebãt/ eo ꝙ in illis totius populi virtus conſiſteret. Et cũ ab eis preclara plurima inuenta ſint/nihil ſalubrius/nihil glorioſius inſtitutũ eſt q̃ ſenat⁹. Quid enĩ nobilius eſt cetu ſenũ:qui emeriti a vulgarib⁹ officiis

ad cōsilii & regiminis officiū trāseunt: & in marcido corpore exeunt mentis vires? Esto sapientie magis apti negociis/quo in exercitiis corporis minus possūt. Eorū vtiq; tantus honor extitit apud grecos: vt duces reipublice nusq̄ pcederent/ nihil egregiū ageretur/ qđ senes instituti non inducerēt aut pbarēt. Et qđ magis est ab initio vrbis cōdite noīa eorū aureis litteris scripta sunt. Ipsiq; patres conscripti ab oībus appellati qui alios sapientia etate & affectu paterno precedebant. Penes istos consiliorꝝ erat auctoritas & omnium publice gerendorū. Ceterū licet ab etate noīs videatur esse origo: hāc ego arbitror tā corporis esse q̄ mentis. Etas nāq; mentis sapientia est: in qua omnium officiorū consistit distributio & artificium totius vite. Ars nāq; recte viuendi vt stoicis placet/ars artiū est. Nullam vero esse artē maximarū rerū: cū in minimis quoq; artē esse nullus ignoret. opinio est hominū parū considerate loquentiū & ī maximis rebus errantiū/omnia magis p libito statuentium q̄ pro veritate. Est aūt (vt antiq̄s philosophis placet) sapiētia rerū diuinarū & humanarū princeps: & gerēdorū omittēdorūq; sciētia. Huic vo insistere philosophari est/eo q̄ philosophia sit studiū sapientie: vt ergo antiquis placuit ad hostiū sapientie philosophia pulsat. Et cū ei apertum fuerit/anima/rerū luce dulciter illustrata/nomen philosophie euanescit/ aut sicut pspicacioribus visum est/ volūtatis appetitus implet/cū flos studii vergit in fructum. nā philosophie finis sapiētia ē. Sꝫ nescio q̄ nā pacto iā versamur in fine illius cuius initiū nōdū agnouim⁹: qđ in reb⁹ oībus potētissima ps esse censet/verūtamē qui finē nouit/initiū ignorare nō pōt: cū radix initii per multiplices vtutis tramites vsq; ad coronam finis: fructusq; dulcedinē: viuacitatis sue solidate ptrāseat. Ecce (inquit beatus iob) timor dñi ipa est sapiētia/& recedere a malo intelligētia. Aliā vero radicē sapientie nusq̄ inuenio cū in eo cōsentiāt oēs/q̄ initiū sapiētie dñi est timor. Timor ergo initiū et in timore pcessus est/& oīm virtutū culmē/siue illud charitatē/siue sapientiā dicas/nō vsq; quaq; alienū est a tiore. A filiali seruilem diuide/in hoc initium: in illo sapientie constitue pfectum/& ex inde perfectionem. Quocūq; mō se luxus verborum extollat/verum est: quia sapiētia iniciatur in timore: & q̄ sanct⁹ timor dñi pmanet in seculū seculi. Manet itaq; radix: & incremētis gr̄e inualescens in ramos vtutū pficit/& vis ei⁹ ad fructū pfecte charitat̄ vsq; ptigit/q̄ penarū nescit aculeos: cū nō sit met⁹ in charitate/qui penā habet/& ē timor̄ indiciū q̄ bona

Sapiētie diffinitio.

ff. de origi. iur. l. j.

Job. xxviij.

Eccl. j.

ps. xviij.

Differētia metus a timore.

opera iugiter facit/& iustitie continẽs: eandẽ apprehendit. Metus ergo videtur cedere: dũ gratia proficit ad virtutem: quia nõ iam timet seruiliter: qui filiali affectu ad reuerẽtiã: & bona opa incitatur. Semper (inquit beatus iob) quasi tumẽtes fluctus sup me timui deũ: & põdus ei⁹ ferre non potui. Vtiq; se nõ quãdoq; dicit timuisse: sed semp. Et eum pfectum esse nõ dubitas/cui ipsius dñi testimonio vir similis nõ erat in terra. Nec eũ metu penarũ/charitate deducta/credibile est a malis temperasse: quẽ in perfectione iustitie fuisse non ambigis consũmatũ. Iã in cõmẽdatione timoris sermo pcessit: & nondũ inotuit quid sit timor: sed vtinam consistat in corde cuius appellatio totiẽs ꝟsat̃ i ore. Si enim mentẽ ille tetigerit lingua efficacius/ & sibi salubrius disputabit. Nã in ore frustra voluũtur verba: si virtutis deficiũt opera. Est aũt timor dñi (sicut beatissim⁹ papa gregori⁹ asserit) nihil eorũ que agenda sunt ptermittere. Hoc vtiq; ptermittitur qđ nec ope nec volũtate ĩpletur. Quicquid enĩ vis & nõ potes. factũ deus reputat/eo ꝙ volũtas plena/totius operis mercedeꝫ cõsequit̃. Certũ est aũt/quia qui deũ timet: nihil negligit: & bona facit. Qui ꝟo diligẽter oĩa iuestigat/& cognitis rebus q̃ sũt agẽda exeqtur/pculdubio sapiens est: & aptissimus cõsiliis pricipum/vbi tanta morũ grauitas innotuerit/ etatẽ corporis frustra quisq; causat̃. Hic est enĩ senex quẽ ẽligendũ cõsiliis: sapiẽtie monita docẽt. Ait enĩ. Senect⁹ venerabilis est nõ diuturna neq; nũero annorũ cõputata. Glia senũ canicies. Cani sunt sens⁹ hoĩs: & etas senectutis vita immaculata. Beatus plane qui hãc apphendit etatẽ: vt de ĩnocẽtia vite: cõsciẽtie sue testimõio gaudeat. Sed dicis forte. Quis est hic & laudabimus eũ? Vtiq; nõ eum arbitror expectandũ dandis consiliis qui pctm̃ nõ fecerit/ sed quẽ peccare nõ iuuat: q peccatũ oderit/ꝟtute gaudeat: & eaꝫ magno desiderio cõcupiscat hoĩem. s. bone voluntatis. Sed nec istud ad vnguem resecandũ est: benigniori poti⁹ dicitur minerua: qui non simpliciter/sed aliorũ collatione innocens videatur. Quis enim gloriabitur se vsq;quaq; castum habere cor/ cum & astra mũda nõ sint in cõspectu illius q in ãgelis suis reperit prauitatem? Iniqui ergo arcendi sunt/supbi/& auari: & omnis huiusmodi pestis hominũ. Nihil enim perniciosius iniquo diuitis consiliario. Omni (inquit) custodia/serua cor tuũ: qm̃ ex ipõ vita procedit. Est itaq; prouidendum ptãti: ne consiliarii eius indigeãt: ne aliena immoderatius concupiscant/quod etiam ad eos vsq; ptenditur qui in corpore reipublice interiorũ obtinent vicẽ

[Margin notes: Iob. xxxi. — Iob. i. — Timoris dei diffinitio. — Senectutis cõmendatio. — Sapiẽtie. iiii. — Prouerb. xx. — Eccl. xxxi. — Prouerb. xx. — Iob. xxv. — Iniq/supbi/& auari a ɔsiliis principum arceantur. — Prouerb. iiii.]

quos questores & ꝯmētarienses et rerū priuatarū comites esse predixim⁹. Hec eni oīa ad satietatē reficiēda sunt:& hanc ex necessitate & vsu habita ratione personarū oportet interp̄tari. Si eni auidi⁹ reficiātur et minus digerāt generant morbos aut incurabiles/aut difficiles. Impossibile siquidē est queq̄ iustitiā et pecuniā sequi:aut eni vni istorū quilibet adherebit/& alterū cōtemnet:aut torquebit altero melioris expers. Auaro namq; (teste sapiētia)nihil scelestius/& nihil iniquius q̄ amare pecuniam. Hac eni aiam suā venalē habet/& in vita proiecit itima sua. Et forte ideo crates corporis costarūq; soliditatem/& extreme cutis claustrū/natura diligentissima parēs circūposuit intestinis/quo aduersus oēm exteriorē violētiam fierent tutiora/& eis qđ necesse est ministrat:nec vnq̄ sine salutis sue dispēdio exteriorib⁹ exponūtur. Oportet autē in re publica hāc nature opificis seruari imaginē/& his necessariorum copiam de publico ministrari. Ecci.x.

¶ De lateribus potestatū:quorū necessitas explenda est/ malicia reprimenda. Caplm.X.

Sed & in laterib⁹ his scȝ qui principibus debent assistere/hec nature formula seruāda est. Cōstat eni quia a cōuictu mores formātur. Qui tangit picē inquinatur ab ea. Vuaq; contacta liuorē ducit ab vua. Nec domi illorū iustitiā esse credas/aut veritatē/aut pietatem apud quos vides oīa esse venalia. Christ⁹ ipse exclusus est:& si pulsat ad hostiū nō aperit ei. Fugiunt & fugāt gratiā/qui omnia ad precium/& gratis faciunt nihil. Si preces porrigende sunt/si causa examināda/si executioni mādanda sentētia/si ꝯficiēda cautio: omnia nūmus agit:veritas ceca est:pietas manca. Dū quātum quisq; sua nūmorū seruat in archa/tantū habet & fidei/cōtemnere fulmina pauper creditur atq; deos diis & innocentibus ipsis. Qui corruptior moribus:& corrūpētior muneribus apud istos beatior est. Si principū manus euaseris:grandis tibi restat via arta & ardua. Anteq̄ tortores extremos fugias sudādū est tibi Ecce instrumēta tua cōficit cossus. Si eū salutare licuerit ꝑ magno reputa. Si cedulā nō attuleris frustra accedes. Si autē attuleris inutilis est:nec acquiescet vt man⁹ nobilis vitio mēbrane degeneret. Quid multa? Suā necesse est cōparari:cū nec opera nec calam⁹/aut sepiole/aut nigre lolliginis succus tibi cōstet ineptus. Sed & ipsas sillabas & apices:nisi eū tibi propicium feceris/sic distorquebit:tot tibi verborū ponet tendiculas vt ꝑ pace Ecci.xiij. Excoriatiões familiariū/curialiū/ꝛ modi.

bella/pro quiete litigiū/amici instrumento videatur inscribere Si cingulū forte tibi venustius fuerit:si incisoriū apti⁹:si quid in minuta supellectili decentius/rebus eius cōnumera:nisi tibi pire velis operā & impensam. Aut eni precibus extorquebit:aut eas liberalitate preuenies. Tandē pilleū qualecūq; sit asportabit amicus in memoriā tui. Iam a cosso disgrederis. Sed tibi ignis purgatori⁹ imminet. Superest vegēto quē multa sollicitabis instantia:& magno artificio/gestus/p̄cū & munerū/ vt te clauso labello respiciat. Tunc de singulis verbis:in consiliū itur/deliberationi p̄scribitur tempus: & apices singuli ponūtur in statera. Nisi enim p̄mulseris occurret tibi nō fideliter rei geste cōcepta series/aut stilus incultus oberit:aut a publica forma notarii vel scriniarii diuertens benignitas:aut negligētia iuris: & aliquis semper nodus pecunia vindice indigebit. Vt vero minimū ledat/longa expectatione torqueberis:dū differtur qd negari nō potest. Experto crede:in manus eoruz milies incidi: & vt aliqd de fabulis mutuemur. Portitor immitis caron qui nemini pepcit vnq̄ istis longe clementior est. Stipe siquidē vel triente solet esse contentus. At isti asses integros sibi multiplicari iubēt. Sz quid est ꝙ apud curiales omnia queror essevenalia:cū ea etiam que nō sunt/rerū.s.priuationes/ venalitio cōstat esse obnoxias? Non opus non sermo gratuitus est/non tacetur nisi ad p̄ciū. Silentiū nāq; res venalis est. Hoc forte a demosthene acceperūt q cum aristodumū auctorem fabularū interrogasset quantū mercedis vti ageret accepisset/& responderetur ei talentū. At ego (inqt)demosthenes plus accepi vt tacerē. Causidicorū siquidez est lingua dānifica:nisi eam(vt dici solet)funibus argenteis vincias. Nec vnū(nisi forte potentissimus sit) ꝑficit illaquear emunenbus:quia in quo vnius tibi conciliatur gratia/aliorūz inuidia concitatur/sibi nāq; p̄reptū arbitrant̄.qd aliis erogatur. Hoc aūt a maximis pertrāsit ad minimos/qui nisi mulceātur obsequiis & reficiantur muneribus/sibi fieri iniuriam suspicantur. Maxima queq; domus seruis est plena superbis:& eadez cupidis plena est & auaris. Illi tamen perniciosius nocēt inter oēs curie nugatores/qui sub pretextu libertatis & honestatis/ miserie solent ineptias colorare:qui nitidiores incedunt : qui splendidius epulantur:qui propriam ad mensam sepius extraneos cōpellūt accedere Humaniores domi/foris benigniores: affabiliores in sermone/liberiores in sententiis:in proximorum cultu munifici:& omnium virtutum imitatione preclari. Vt enim ait ethi-

Causidicorū perfidia.

Juuenalis.

ci:totius iniustitie nulla est capitalior q̃ eorum qui cum maxi me decipiunt:id agunt vt boni viri esse videantur. His vtiq; & virtutis vmbra licentiam facit/& vnde vix oportuerat sperari veniam/gloriam assequuntur. Possunt impune plurima extor= quere qui paruo non possunt:immo non dignantur esse conten ti. Notum quidem est & generale prouerbium:quia seruiet et= num qui paruo nesciet vti. Ne tamen cum his me bellum inex= orabile gerere putes/munera curiales licenter accipiant: dũ nõ extorqueant impudenter. Pudor autem abiicitur:simul ad exa ctiones ventum est. Verbum (inquit) verecundum supplici ac submissa voce dicendum/rogo/nec gratis tulit:qui cu rogaret accepit. Bis enim emit:qui rogat. Ad rei naq; vel spei preciu verecundiam vendidit:munus vero iuste reprehensionis nõ ha bet notam:quod deuotio liberalitatis obtulit: non improbitas deprecantis extorsit. Ita tamen vt iniquorum munera non acce ptet cum ingrati hominis sit votis non fouere beneficiu/& im pium pro muneribus iustificare (dicente domino) sit iniquum. Vtiq; beneficium accipere/est vendere libertatem: & dedecés est seruos esse/qui debent aliis imperare. Verumtamen & cau se ratio habenda est & persone/vt nec a turpi/nec turpiter acci piatur:quod ex loco & tempore & modo latius oportet inquiri. Nã plerũq; a manu:plerũq; a causa:a tempore interdũ:interdũ a loco:vel modo/splendent munera:vel sordescunt. At impro bitas curialium eo vsq; innotuit/vt de testimonio cõscientie: de venustate morum:de odore opinionis: de sinceritate cause: de torrente eloquentie:nisi precio interueniente/quis frustra confi dat. Ipse licet venias musis comitatus omere. Si nihil attuleris ibis omere foras. Non modo leones & tigrides:eloquentie be neficio leniisse dictus est orpheus/sed apud ipsu ditem vox dul cior perorauit/canemq; tricipitem exorauit causa fauorabilior: vt admissam semel curidicen contra morem inferorum liceret educere. Tu vero licet orpheus sis aut arion vel ille qui solo te studinis sono saxa (vt dicit) emolliuit:nichil apud curiales effi cies:nisi plumbea eorum corda aureo vel argenteo malleo va nitatis vel cupiditatis incude emollias. Inclementiam cerberi omnes abhorrẽt. ego me credo vidisse hostiarios cerbero durio res. Apud inferos tamen cerberus vnus est. Quot sunt diuer ticula curialiũ tot cerberi sũt. Atriẽses quoq; cerberos sustiebis: totãq; familiam que semp/aut mordet:aut latrat. Omnes vero quotquot sunt in vno medicos audiere dicẽtes. Dũ dolet:accipe

Tullius de offi.no.in cle.de hereti.ad fi.

Curiales qñ licite accipiũt et qñ illicite.

Esaie.v.

De hoc fit mẽtio supra lib.j. ca.vj.

Facturi etiam/si sibi expedire crediderint vt doleat quod sanũ est. In vno tamen eos piissimos esse mireberis ꝙ querelas libẽter audiunt/fouent humiliorum causas/& eo vsqꝫ patrocinãtur afflictis:dum exhauriant loculos pleniorum. Nam quocũqꝫ modo causa procedat/hoc semper agitur/vt loculi impleantur:& si auaricia nequeat satiari. Quisquis in istorum manus inciderit si penitens inuenitur:opinor hec tormenta ei sufficere posse ad veniam. Nihil adeo graue est quod hic expiari nõ possit. Quid enim miserius est q̃ superbis assidere liminibus: pretergredientium tolerare fastum/& contemptibilium calcari contẽptu:perferre molestias excussorum/& ab indignis queuis indigna perferre? Socrates cum eum alcipiades interrogaret quare xantippem vxorem admodũ morosam iurgiosam/& que die noctuqꝫ muliebribus scatebat molestiis/domo non abigeret inquit. Cũ talem domi perpetior insuesco & exercior/vt ceterorum quoqꝫ foris petulantiam & iniuriam facilius ferã. Veteri celebrat̃ ꝓuerbio quia vacue manus/temeraria petitio est: & profecto importunus precator est/qui dandas res ad verba cõfidit. vtrobiqꝫ enim scilicet apud curiales & medicos obtinet. Pro solis verbis mõtanis vtimur herbis. Pro caris rebus pigmentis & speciebꝰ Inter alios tamen benigniores sunt qui minimum licet possint fere omnes ꝓni sunt ad nocendum:qd cuiuis longe facilius est q̃ prodesse. Exerceant ergo nundinas suas/loculos alienos exhauriant:farciant suos:possideant pecunias quantum possũt:montibus aurũ exequent/nec ament aliquem:nec amentur ab vllo. Sint ammirationi ignotis/dum domesticis sunt odio vel cõtẽptui. Tale aliquid in veterum romanorum scriptis inuenies. Cũ publius cineus grecinus/aut si alio potius dicitur noĩe/ arguere tur ab amicis ꝙ vxorem formosam/castaꝫ & nobilem repudiaret:respondit & hic soccus quẽ cernitis/nouus elegans:& inspectoribus oĩbus placens est:sed nemo scit preter me solũ vbi me premat. Legitur in libro numerorũ:ꝙ cũ madianitis fornicans israel/indignationẽ dñi ꝓuocauerit donec finees ʒambri filium salu cũ succuba madianitide educto ense transuerberauerit:& in occasu nocẽtum quieuit ira dei. Factus est ergo sermo domini ad moysen dicens. Tolle cunctos principes populi:& suspende eos contra solẽ in patibulis. Peccauerat quidem populus/& fornicatio principum non exprimitur.rapi tamen precipiuntur ṗncipes ad patibulum:& in pena eorũ/quies delinquẽti populo reparatur:eo ꝙ ex negligentia presidentiũ sepissime prouenit ex

Socratiꝭ rñsio ad alcipiadeꝫ quare vxorem xantippẽ iurgiosam retineret in animo.

Medicorũ ⁊ aulicorũ equiparatio nolendo verba sed res.

Notabilis rñsio publij q̃re vxorẽ pulchram/castã/ et notabilẽ repudiaret.



Nũeri.xxv.

cessus subditorū. Refert itaq; potestatis istorum cohibere mali ciam/& eisdem de publico ꝓuidere vt omnis grassandi occasio subtrahatur. Quod etiam in iure romano antiquitus cautū est. Alioquin auctor videbitur maleficii ꝙ pretermisso officio emē dare contēnit. His enī flagellis hominū/innocētūq; tortoribus/ quo preclarior & potētior/eo plenior & pniciosior curia est. Frequēs etenim est/vt curia recipiat/vel faciat vitiosos. Apd quos inualescit audacia delinquendi cum ex familiaritate potentū vitiis indulgetur. Sed & de ante acta vita cuiuscunq; frustra presumitur cum inter curiales vix possit innocētia retineri. Quis est enim cui virtutem nō excutiant curialium nuge? Quis est tantus/quis tam solidus: vt corrūpi non possit? Optimus est qui resistit diutius: qui validi⁹/qui corrūpitur minus. Nā vt sit virtus incolumis a curialiū via diuertēdū est. Prouide quisquis hoc dixerit/& prudenter curie naturaʒ expressit. Exeat aulā/ qui vult esse pius. Vnde eleganter fons salmacis infamia molliciei insignis eidē compaṫ. Vt enim in fabulis est vnda illius aspect⁹ decora est: gustu dulcis/suauis tactu/& oīm sensuūvsu gratissima sed tāta mollicie ingrediētes eneruat: vt viris effeminatis/nobiliorē adimat sexū/nec āte quisq̄ egreditur q̄ stupeat & doleat se mutatū esse in feminā. Aut enim cedens omnino sexus ī deteriorem degenerat/aut veteris dignitatis aliquo manēte vestigio hermofroditū induit qui quodā delinquētis nature ludibrio sic vtriusq; sexus ostentat ymaginē: vt neutrius retineat ꝟitatē. Hac aūt poetici nube figmēti nugarū curialiū representaṫ imago/que viros abiecta ꝟtute emolliunt/aut imagine retēta peruertunt. Qui curialium īeptias induit/& philosophi & boni viri officiū pollicetur: hermofroditus est/qui duro vultu & hispido muliebrē deturpat venustatē: & virū muliebribus polluit & incestat. Res siquidem monstruosa est philosophus curialis: & dū vtrūq; esse affectat/neutrū est: eo ꝙ curia philosophiā excludit & ineptias curiales philosophus vsq;quaq; non recipit. Non tamen ad omnē curiam cōpatio trāsit/sed ad illam dūtaxat que insipientis distēperatur arbitrio. Qui enim sapiens est/ nugas abigit/cōponit domū: & vniuersa illius subiicit rationi. Vt enī ait sapiētia que cōmunicatio sancto homini ad canē/aut luci ad tenebras. Omē aīal diligit sile sibi: & oīs homo ꝓximū suū? Oīs caro ad similē sibi coniūgitur: & omnis homo sociabitur simili sibi. Si lupus agno aliquando communicauit/sic peccator iusto.

In aut. vt iudi. sine quoq; suff. §. j. z. §. sic igit. et se. col. ij

Salmacis fōs

Ecci. xiij.

Roma. vj.

¶ De oculis auribus & lingua potestatum/ & de officio presidis/& ꝙ iudicem oportet habere iuris & equi notitiam: volũtatem boni & potestatẽ exequẽdi:& ꝙ iuramento debet esse legibus alligatus & a sordib⁹ munerũ alienus. Cap̄. XI.

ff. de offi. presi. l. illicitas.

SEquitur oculorũ auriũ & lingue collatio quã in presidibus prouinciarũ consistere supius dictũ est. Preses igitur est/qui in iure reddendo prouincialibus p̄sidet. Hic aũt equi & iniq debet habere notitiam & facultatem:& animũ etiã quod iustum est exequẽdi. Nam sicut medico euentus mortalitatis imputari non debet/ ita si quid triste p imperitiã eius cõtigerit:ei merito ĩputatur. Q d si nouit & non vult:nõ ex ignorãtia/sed ex malitia condẽnatur. Finis siquidez vtriusq; dãnatio est:licet ignari mitius puniãtur: nisi forte ignorantiã negligentia ꝓcurauerit. Nã si ignorantia inuincibilis est nõ affert mortẽ:sed ab innatis tenebris excusatur. Si ꝟo scit & vult equitati seruire/nec potest:nõ tã presidis est culpa q̃ principis. Sed ad religionẽ p̃ncipis hec eadẽ ptinere certissimũ est: cũ ip̄m iuris oporteat habere notitiã: voluntatem boni/ vires exequendi/& sacramẽto debeat esse legibus obligatus: vt sibi omĩno illicitum nouerit:ab earũ sinceritate diuertere. Nã de sapiẽtia eius/sapientia docet. Iudex(inquit)sapiens iudicabit populum suum:& principatus sensati stabilis erit. Scd̃m iudicem populi sic & ministri eius. & qualis rector est ciuitatis/tales & ĩhabitantes in ea. Sed & iuris notitiam necessariã esse & vires necessarias non tacuit dicens. Noli querere iudex fieri:nisi valeas ꝟtute irrũpere iniquitates/ne forte extimescas faciẽ potẽtis/& ponas scandalũ in agilitate tua. Nõ pecces in multitudine ciuitatis:nec te ĩmittas in populũ:neq; alliges duplicia peccata/nec enim in vno eris ĩmunis. Noli esse pusillanimis in aĩa tua exorare:& facere elemosynã non despicias. Ne dicas in multitudine respiciet deus meorũ munerũ: & offerẽte me deo altissimo suscipiet munera mea. Non irrideas hominem in amaritudine anime sue/est enim qui humiliat & exaltat circũspector deus.

Ecci. x.

Ecci. vij.

Ex his diligẽti lectori occurret/ꝙ voluntas boni non minus iudici necessaria est q̃ notitia vel potestas/cũ nõ modo de suis sed ex alienis delictis teneatur:& duplici suorũ & aliorũ p̄mat̃ onere vt nec in multitudine munerũ citra mũdiciam voluntatis sit ei fiducia ante deum. Vnde & plato egregie quidem & luculẽter si tamẽ audiantur:eos qui de reipublice gerẽdo magistratu cõtendũt/ita inter se ꝟsari asserit/vt si naute sub aduersa tempe

Platonis notabile ꝟbũ de ꝯtẽdẽtib⁹ sup gerendo magistratu.

ſtate decertẽt quis eorũ debeat potiſſimũ gubernare. In quo fortune calculo aut nullus aut rarus: Ideoq; temerari⁹ eſt qui ſine arte & iuribus vendicet magiſtratũ. Et in eo quidem tp̃e nihil miſerabilius vidi q̃ iudices ſcientie legis ignaros bone voluntatis inanes: quos cõuincit amor munerũ & retributionũ: id iuriũ qđ habent in obſequio auaritie/iactãtie: aut carnis & ſanguinis exercentes: & a neceſſitate ſacramẽti legittimi abſolutos. Ex quo planũ eſt/principes qui eis ordinariã iuriſditionem cõtulerunt iuris eſſe ignaros vel contemptores. Sed quicquid de peritia iuris dicamus: aut de iuribus exequẽdi: iudicem oportet eſſe religioſiſſimũ: & qui oẽ iiquũ morte ipſa magis oderit. Quia ergo preſides ordinariã habent iuriſdicendi poteſtatẽ: ipſorum & iudicum aliorũ vna eſt ſpeculatio: & qđ de his dicit/facile ad aliorum cõſequentiã trahitur. Eſt itaq; primũ qđ ex neceſſitate officii vtriſq; indicitur vt iuſtitie in oĩbus pareatur: & nihil eorũ q̃ facienda ſunt fiat ad preciũ. Nã qđ iniuſtũ eſt vſq;q̃q; nõ licet/ vt nec ꝓ tẽporali vita fieri liceat. Qđ vero iuſtũ eſt: mercedis interuentu nõ indiget cũ per ſe fieri debeat/& iniquũ ſit vendere qđ debetur. Iuſtitiã ergo vendere iniquitas eſt. Iniuſtitiam/iniqua inſania. Hec ſiquidem vbiq; reprobata eſt/vt nuſq̃ eſſe debeat: illa vbiq; debita eſt: vt ſine ſcelere vendi non poſſit. Neq; eni balaam ex eo culpat ꝙ populi dei cauſã dãnauerit aliud ve dixerit q̃ qđ dñs iſpirabat: ſed quia auaritia excecatus infideliũ cauſam inſtruens qũo ad ꝓuocandã irã dei deliqueret iſrael dictãte malicia ꝑparauit. Querebat ergo qũo iuſte iuſtificaret cauſã ipſi/ & quaſi illuſo deo grãm eius ſubtraheret electis. Aut ſi aduerſa iuſtificari nõ poſſet cauſa: hoc ſaltẽ agebat: vt & ab iſta recederet deus. Cõpugnãtibns nãq; iniquis vincere vt dr̃ cõſueuit/qui virib⁹ ſuꝑior eſt. Balaamitas videas plurimos: q licet iniquam nolũt ferre ſentẽtiã/corrupti tñ munerib⁹ iuſtitiã partis vni⁹ in alterã quis arte tranſferre moliunt. Nõ facile dixeri vtrũ ſit nequius licet venditor iniquitatis maliciaꝫ fuco fallaciori coloret. Poteſt tamen videri nequior/qui officii ſui pricipem & reginã/ cui fides famulatur/quaſi mercẽ in foro diſtrahit: ac ſi ſeruus infidelis dñm vendat. Oĩs eteni magiſtratus iuſtitie ſue famulus eſt. Cõſtat aũt quia equitas alienat a vẽditore/licet ad emptorem non tranſeat: & empta iniquitas ſic ad emptorem tranſit: vt nequaq̃ a venditore recedat/& quod in aliis contractibus nõ reperit/ſolus ille iuſtitiam vendit qui nõ habet. Siquidẽ ãte cõmerciũ relinqt ſordidũ venditorẽ. Nonne ſordidus eſt qui ad

Juſtitia vuen.

Balaam q̃re punitus fuit. Numeri.xxii.

acceptas vel oblatas sordes conscientiam polluit/ & nõ tam iu-
Ad philip.iij. stitiam venalẽ habet q̃ animã suam? Doctor gentium/diuitias honores & totius mundi variam supellectilẽ contẽnit vt sterco-ra/ vt solũ lucrifaciat xp̄m:ratus omniũ que dispẽdiũ salutis af-ferunt sordibus aggreganda/recte quidẽ & fideliter eo ꝙ nichil mundũ:nihil honestũ:nihil decẽs:salutem impedit:sed sola tur-pitudo/que sicut dedecet sic & immũda est & certe inutilis: adeo damnosa vt nullo temporali emolumento valeat compensari.
Matth.xvj. Marci.viij. Luce.ix. Quid enim prodest homini si vniuersum mundũ lucretur faci-ens detrimentũ anime sue. Et vide:quia nõ dixit mundũ inuti-lem vbi salus perditur:sed etiã vbi minuitur gloria. Quãtum-uis rutilent gemme:aurũ splendeat:& oĩbus lenociniis suis ar-rideat mundus/quicquid mũdiciã hoĩs ꝑimit:sordidũ/quod de-corem aĩe extiguit/turpe quod honestatẽ subuertit: ignominio-sum est. Vnde & apud antiquos etiam salutifere ỽitatis igna-ros/omne qđ ex debito officii gratuitum esse oportet/ si fiat ad p̄cium:in sordibus computatur. Ipsius quoqꝫ precii sic dilatãt in-terpretationem vt nõ modo pecuniã speciẽve contineat:sꝫ obse-quiũ oẽmqꝫ operã quatin⁹ alĩas nõ debetur. Qđ enĩ ex sordib⁹
Matth.vij. Luce.vj. est quid erit nisi sordidum? Non enim potest arbor mala fruct⁹ bonos facere:cum in eo vis nature consistat vt similia ex simili-bus procreentur. Ceterum quia presidum & aliorum iudicũ cõ-munem esse inspectionem premisimus:equitatis & publice q̄e-tis ministri sũt q̃s tãto circũspectiores / cautiores oportꝫ eẽ ma-gisqꝫ sollicitos:quo illius reseruantur examini cuius prudentia circũueniri non potest:aut iustitia corrũpi:illo obtinẽte vt ĩ quo
Ibidem. iudicio iudicauerint iudicenť:& mẽsurã bonã & confertã & co-agitatã & supeffluentẽ in sinus suos a iudice iusto recipiant.

¶ De sacramẽto iudicũ & collatione pythagore & alexãdri: & in quibus rebus gratiam partibus possit facere iudex: & de que-stionibus captiosis. Caplm. XII.

ET quidẽ iudices sacramento legibus alligãtur iurati quia oĩ modo iudiciũ cũ veritate: & legũ obseruatiõe disponẽt. Ipõ quoqꝫ iure cautũ est vt sacrorꝫ euãgelio-rũ scripture terribiles ãte sedẽ iudicialẽ deponãť ibiqꝫ
C.de iudi.rẽ non nouã.vbi et habenť ver ba p̄cedẽtia. ab initio litiũ ad finem vsqꝫ permaneant: nec amoueantur nisi sentẽtia recitata quo totius consistorii latitudo:dei ipĩus reple-ta presentia/oĩbus ad sacrosanctas scripturas metũ incutiat & reuerẽtiam:& ab inq̃sitiõe veritatis oĩs iniquitas ꝓpulseť. Oĩs quoqꝫ carnis & sãguinis religio iudiciaria ꝓpellit affect⁹:euacu

ans iram & odiū:metū & amicitiā:quia vt ait iuli⁹ cesar Haud facile anim⁹ verū ꝓuidet:vbi ista officiunt. Hinc est illud ꝓuerbiū auctore cicerone apud antiquos celeberrimū. Exuit ꝑsonā iudicis:quisqs amicū induit. Equitas eni cui iudex obsequiū debet odii sinistrā/aut amoris dexterā nescit. Nā a veritate non licet in iudiciis declinare. Vt vero plurimū indulgeat amicitie/ amico interdū dilationis gratiā facit. Hoc ipsum tamē raro: & non nisi causa cognita. Porro dum causa anceps est dilatio ꝓtelatur/si non contentionis/saltē decisionis. Nam iudicia festinata penitentiā pariūt. Vnde & greci cū vrgentur ad sententiam anteꝗ̄ de causa liqueat respondent patres suos solē apud antipodas non vidisse/sed expectasse semper donec & ipis oriret. Dicunt etiam preproperū esse viatorē qui anteꝗ̄ lucifer oriat crassis adhuc tenebris luceqꝫ remota dietā aggredit. Sed nec iudicem/auctoritas terreat litigatorū cum pithagore in lōgissimuꝫ tempus sit dilata petitio/& alexandri macedonis in castrēsi iudicio sit causa dānata. Quod & ille gratū habuit/iudicib⁹ agēs grām quoꝝ in eo fidem ꝓbauerat ꝙ iustitiā oī potentatui ꝑferebant. Nihil vero preclarius de alexandro illo quē publica opinio magnū asserit aliꝗ̄ in hystoria meo iudicio repperi. Michi quidem semper vt tamen pace eorum loquar qui temeritatē virtute ꝑferunt/ditissimo alexādro/pauper pithagoras maior erit Quod vt mecū cōiicias/ collationē philippi & alexandri trogo pōpcio:vel iustino compendiario eius/si mauis/ auctore reuoluas. Ait ergo. Fuit philippus rex armoꝝ ꝗ̄ cōuiuiorum studiosior:cui maxime opes erant instrumenta bellorū:diuitiarū questus ꝗ̄ custodia sollercior. Itaqꝫ inter cotidianas rapinas sēper inops erat. Misericordia in eo & perfidia pari iure dilecte. Apud eum nulla ratio vincendi turpis/blandus pariter:& insidios⁹ alloquio/qui plura ꝓmitteret ꝗ̄ prestaret. In seria & iocos artifex/ amicitias vtilitate nō fide colebat. Gratiā fingere in odio: īstruere inter concordantes odia/apud vtrūqꝫ grām querere/ solēnis illi cōsuetudo. Inter hec eloquētia & īsignis oratio acuminis & solertie plena:vt nec ornatui facilitas:nec facilitati inuentionū deesset ornatus. Huic alexāder filius successit & ꝟtute & vitiis maior patre. Itaqꝫ vincendi ratio vtriqꝫ diuersa. Hic apta/ille artibus bella tractabat. Deceptis ille gaudebat hostib⁹:hic palam fusis. Prudētior ille consilio:hic animo magnificentior. Irā pat dissimulare pleriqꝫ etiā vincere/hic vbi exarsisset nec dilatio vltionis nec mod⁹ erat. Viui nimis vterqꝫ auidus: sed ebrietatis

Prouerbium antiquorum.

Notabile grecorū dictū cū vrgent ad sententiā anteꝗ̄ liqueat de cā.

Philippi macedonis commendatio.

Alexādri macedonis commendatio.

Alexander.

diuersa vitia. Patri mos erat etiam de conuiuio in hostem per currere/se temere periculis offerre/alexander nõ in hostem:sed in suos seuiebat. Quobrem sepe philippuʒ vulneratum prelia re misere:hic amicorum interfectorum conuiuio frequẽter excessit. Regnare ille cum amicis volebat/hic in amicos regna exercebat. Amari pater mallebat:hic metui. Litterarũ cult⁹ vtriqʒ similis. Solertie pater maioris/hic fidei. Verbis atqʒ oratione philippus/hic rebus moderatior. Parcendi victis filio animus promptior & honestior. Frugalitati pater/luxurie filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis imperii fundamenta pater iecit/operis tanti gloriam filius cõsummauit. At in vno nõ modo patris:sed omnium ingenuorum transcendit vitia/ꝙ incontinentissime fuit inuidie:adeo vt etiam paterni triumphi ei lachrymas extorquerent/ac si ei virtus paterna omnium gerẽdorum preriperet gloriam. Eos etiam aut propriis manibus ĩterficiebat aut rapi precipiebat ad penam:qui paterni virtutis preconia predicabant. At pythagoras apud philosophos tante

Pithagoras.

extitit auctoritatis:vt ad omnium questionuʒ decisionem sufficeret si in parte crederetur pythagoras extitisse. Tãtum nãqʒ opinio preiudicata poterat:vt nihil cõualesceret ab opposito dum hoc ipse dixisse diceretur. & ex vsu acquiescentium/ vox ipsa ꝓ nominis pythagoram indicabat. Cum eniʒ simpliciter diceba⁊ ipse hoc dixit/ex precepta auctoritate teste tullio pythagorã intelligi oportebat. Hic tamen tota auctoritate sua nequaq̃ iudicium flexit:sed adhuc interueniente dilatione propter rei ambiguitatẽ pendet sententia. Thema quideʒ huiusmodi est. Euallus adolescens diues eloquentie discende gratia causasqʒ orãdi

Nõ hãc q̃stionẽ cũ euallo suo discipulo.

cupiens fuit. Hic in disciplina pythagore se dedit promittẽs pecuniam quantam pythagoras petierat data medietate ãteq̃ ingrederetur:datur⁹ alteram quo primum die causam apud iudices perorasset & vicisset. Postea cum diutius auditor assertorqʒ pythagore fuisset facundiamqʒ promouisset a studio & trãscurso tempore longiori/causãtibus patrocinium denegaret/vt putabatur/ne doctoris impleret mercedem:habito consilio litem cum eo pythagoras contestatur. Cum ergo ad iudices ineunde constituendeqʒ cause venissent gratia/pythagoras sic exorsus est. Disce(inquit)stultissime adolescẽs vtroqʒ id modo fore/ vti reddas quod peto/siue ꝓ te pronunciatum erit siue cõtra te. Nã si contra te lis data erit:merces michi ex sententia debebitur.qa ego euicero. Sin ṽo sm te iudicatũ erit/merces michi ex pacto

exigere & recipe qđ statutū est. Quicqd aūt āplius est/a malo est exigētis & accipiētis/nō prebentis. Hoc aūt ad omniū magistratuū officiales porrigitur/vt ab eis nihil āplius exigatur. Apparitores itaqꝫ licēter exigūt qđ eis debetur ex sportulis/ & omniū stratilatū ordines salariū constitutū iuste accipiūt. Con cutere tñ et vexare non licet/vt extorqueantˢ & munera. Ignis (inquit beatus iob) deuorabit tabernacula coruꝫ qui munera libenter accipiūt. Concepit dolorē conuentus eorū & pepit iniqtatem/& vterus eius preparat dolos. Publicanorū oīm a maximo vsqꝫ ad minimū cetus/concutioni nunc potius q̄ iustitie vacat:& ita in populo debachatur vt quod reliqt vnus: alii nō morentur auferre/ac si iuxta conquestionē ꝓpheticam ad hoc instituti sint vt residuū locuste comedat bruc⁹. Et vt eis maior sit licētia nocēdi/vnus in se plura coacemat officia vt qđ ab vno nō accepit officio:tollat ab alio. Tradūt phisiologi ꝙ ex locusta nascitur brucus:qui ita vocatˢ quousqꝫ alas habeat. Exinde succrescentibus alis cum ceperit volitare vocatur athelebus. Cū eniꝫ plenissime volare poterit/efficitur locusta. Iterū & multo grauior est brucus q̄ locusta/ & athelebus quia ei desunt ale:nec cito potest abscedere. Ideoqꝫ quocūqꝫ venerit fruges oīno ꝯsumit. Locusta tñ & athelebus quocūqꝫ venerit nocēt/& forte in locis plurib⁹:sed tamē minus bruco/qui cum insederit nō moueˢ do nec labores hominū oīno exhauriat. At in officialibus eundeꝫ brucū/athelebū inuenies & locustā:qui propinquis noceat:& remotis & illius cui semel incederit fortunā deuoret:nec ante abscedat/q̄ oms eius auferat facultates. Quis numerare pōt quot pupillos officiosissime circūscripserit:& quot venales iniuria fecerit agros:& quot apud nos licentia istorū suis nudatos bonis sub imagine religionis aliove pretextu nō tā romipetas & pegrios q̄ exules fecerit? Vtiqꝫ iā fiūt ista palā:nec eos p̄sides aut ꝓcōsules cohibent: quia (vt dici solet). Opibus lupi congratulatur coruus:& ministro ipietatis impius iudex applaudit. Hoc aūt oībus his vsu innotuit:principes quorū infideles sūt socii furū:quos cū in maleficio viderint currūt cū eis/adiicientes iniqtatis partē vt lucri quācūqꝫ recipiant portionē. Si misertus fueris paupis:si occasum iustitie fleueris:si decreueris subuenire:si obmutire audes.vt ad singula que dicūt aut faciūt non dixeris euge.euge.accusantibus herodianis lese maiestatis reddes coram preside rationē. Cui nisi in omnibus acquieueris cesari con tradices: & quicquid dictet nisi sic eat:& nisi sic stet:est in p̄sonā

Iob.xv.

Mala q̄ publicani faciunt.

Ioelis.i.
Locusta.
Brucus.

Athelebus.

regis:contraq; coronam. Consurget / ingemiabit / & vsq; ad nu
bes inualescet clamor officialium replicantium voce magna.
Hunc inuenimus subuertentē populum & prohibentem tribu
ta dari cesari: negantēq; cesarē regem esse: & ministris ei⁹ vni
uersa de iure licere. Hunc inuenimus euacuantem paternas le-
ges / nouas introducentem & vetustissime consuetudinis cōtē-
ptorem. Huius rei testes sumus. Q; si tuam purgare volueris in
nocentiam: aut pro iustitia quicq̄ astruere. Si christū dixeris re
gem esse cui magis oporteat obediri q̄ hominibus. Si ecclesie
eius quoniam hoc odiosissimum est aliquod protuleris priuile
gium continuo vociferantes intonabunt. Quid amplius deside
ratis testes? Ecce vos ipsi audistis blasphemiam. Quisquis as-
serit talia contradicit cesari. Si vero iudex innocentiam videns
iustitiāq; reueritus dissimulauerit vndiq; cōclamabunt. Si hūc
dimittis non es amicus cesaris. Vt vni⁹ pena sit liberatio mul
torum tolle & dele hunc vt viuat & valeat barrabas. Oēs enim
sunt quasi corpus vnū: quod sicut manifesta conuinciunt opera /
ex patre dyabolo est cuius isti sunt membra. Egregie quidē de
istis beatus iob ait. Corpus illius quasi scuta fusilia / & cōpactū Job.xl.
squamis se prementibus. Vna vni coniungitur: & ne spiraculū
incedit per eas. Vna alteri coherebat: & tenentes se nequaq̄ se-
parabuntur. Assistunt sibi quia conuenerunt in vnum aduersus
dominum & aduersus xp̄m eius. Tantaq; vigēt auctoritate vt
quicquid dixerit ita obtineat: ac si inueniatur in actis. Attesta-
tio eorum veritati preiudicat. Non est preter principem cui li-
ceat obuiare eorū sententiis nisi eos priceps coerceat: licē om-
nes dicant / quia pax est non est vtiq; pax: aut illa pax sola est in
qua est amaritudo amarissima. Nam cum aliās habita mode-
ratione inculpate tutele vim vi repellere liceat. concutientibus /
spoliātib⁹ / torquētibus his mutire non licet. Iuris etenim viden
tur esse ministri. Excusatur qui aliquid ob tutelam proprii cor-
poris fecerit. Si tamen quauis iniuria trahentibus his restite-
rit / dignus pena qualibet iudicatur. Si crimen turbatum & tur-
patum protrahit / si barbam vellit / si aures quasi nimiū breues
producit: si dat alapam: aut percutit pugno impie / si alterū eruit
oculum / sustine patienter: nisi vtrumq; malis amittere. Quia
quicquid presumunt: Cesaris dextera factum iactitant. Si te-
lum manu gestas: si spontaneam detrectas prebere ceruicem /
ventrē nudat: ostentat iugulum: ceruicē extendit: & te ꝑuocat.
vt si audes cesaris ītestina telo rimeris: & q̄ libuerit modo ma

num mittas in cesarem. Se enim personam cesaris gerere gloriatur. At si hec est dextera cesaris/quenam sinistra erit? Profecto factio istorum nō iustitiā exeq̄tur: sed illudit: & nō implet sed euacuat legem: licet nōnulli sera ꝓrogatiua verborū aduersus mentē legis suū fraudulenter tueantur errorē. Sapiētes enī sunt: vt faciāt mala. Cū ṽo ꝓuincialibus sit hec pestis perniciosa/nulli pniciosior potest esse q̄ principi. Bona siquidē ꝓuincialiū principis sunt ad necessitatem & vsum pn̄cipis omnia que ꝓuincialium sunt de iure exponūtur. Prouincia tota quasi archa pn̄cipis est. Quā quisq̃ exhaurit grauissime delinquit in principem: cui⁹ extenuat facultates. Nā ꝓuinciales quasi quidā supficiarii sunt: & quotiens vsus exigit potestatis rerū suarū nō tam domini sunt q̄ custodes. Si ṽo necessitatis nō incūbit articulus: sua sint prouincialiū bona/quibus nec ipse princeps licēter abutitur. Si eni3 expedit reipublice ne quis re sua male vtat/abuti aliena vsq̃quaq̃ non licet. At cū per ministros iniquitatis & satellites sathane viros herodianos fuerit exhausta prouincia/si necessitas iminet q̄bus vtetur pn̄ceps? Proinde si sapit/ in chamo & freno maxillas eoru3 cōstriget: ne more luporū quos improba vētris ingluuies angit vastare possint/& lacerare prouinciam & iniuriā principis quasi vires totius reipublice exhaurire Alioquin & ipse in egestatem incidet ꝓuincialibus oībus odio sus/redditurus suo iudici rationē in districto examine de operibus manuū suarū/& de lesione ꝓuincialiū quos iniuste & quasi p fraudē sub vmbra tuitiōis manu spoliauit & lacerauit iermi.

Hieremi.iiij.

Insti. de his q̄ sui vel ali. iur. sūt. §. s3 h tpe.

ps. xxxj.

¶ Q, militia delectū exigit: scientiā & exercitationē. Cap. II.

Restat armata manus que castrēsem & cruentā vt dictum est exercet militiam. In huius autem moderatione sapientia & iustitia principis elucet plurimu3. Vt enim ait vegetius renatus/nullus est que3 oporteat vel plura vel meliora scire q̄ principem cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis. Cum enim pacis itēq̃ belli debeat opera moderari/legum reiq̃ bellice ipm oportet habere peritiā. Et quide3 de pacatis studiis aliqua superius dicta sunt. nunc manus armata discutitur: que sine delectu scientia & exercitatione non conualescit. Quouis enim istorum cessante: non prodest inutilis manus. At in his sciētia & exercitatio vtiliora sūt. Sciētia ei rei bellice dimicādi nutrit audaciā. Nemo facere metuit qd se bn̄ didicisse ꝯfidit Etei i certamīe belloꝝ exercitata paucitas ad victoriā ꝓp̄tior ē/q̄ rud( & idocta m̄ltitudo ex-

Vegetius.

Cōcor. prohemiū institutionum.

Vegetij sunt verba de re militari. lib. j. c. j.

posita semp ad cedé. Quid eni romanos gentiũ oĩum fecit esse victores? Scientia vtiq͛ exercitatio & fides quã electi ex sacramento rei publice ĩpendebãt: nã quid aduersus gallorũ multitudiné romana paucitas valuisset: quid aduersus germanorũ ꝓceritaté breuitas potuisset audere? Hyspanos quidé nõ tantũ numero: sed & virib⁹ corporis manifestũ est p̄stitisse romanis. Affrorũ dolis atq͛ diuitiis semper ĩpares extiterunt. Vñ aduersus hec omnia ꝓfuit tironé solerté eligere: & vt ita dictũ sit docere ius armorũ quotidiano exercitio roborare doctrinam: quecũq͛ possunt in acie & p̄liis euenire prenosse meditatione cãpestri: et in desides seueritas vindicte. Hoc memorat⁹ auctor testatur et fere verbis eisdé adiitiés inutilem esse militie nutritũ tenere & delitiis assuetũ: preferés tanq̃ aptioré plebé rusticã que sub diuo & in labore nutrit̃: solis patiens/negligés vmbre: balnearũ nescia: ignara delitiarũ: simplicis animi: paruo cõtenta cibo: duratis ad oém laborũ tolerantiã mẽbris. Cui gestare ferrũ: fossaꝫ ducere: onus ferre: cõsuetudo de rure est. Nũquid cantores/aleatores/aut aucupes cum opus fuerit ad hec inueniẽtur idonei? Plane & istos & piscatores dulcarios & lintiones: & oĩes qui aliquid tractasse videbũtur ad genecia pertinens: a militari officio sic repellit vt fabros ferrarios: itemq͛ lignarios/ceruorum aprorũq͛ venatores in vsum militie censeat eligendos. Nam & hieroboal vt figuraliũ mysteria taceãtur dño mandãte ꝓhibit⁹ est in multitudine timida & inexercitata habere fiduciã: & illos solos aduersus madianitas ꝑducere: quos robur animi & exercitiũ corporis approbaret. Cũ ergo gedeon cũctis audientib⁹ proclamaret qui formidolosus & timid⁹ est reuertat̃: recesserũt ex populo.xx.&.ii.milia virorũ/& tantũ decé milia remãserũt. Sed ab his decem milib⁹ illos solos tanq̃ expeditiores ad bella iudiciũ dñi preelegit: qui in siti sua velut canes festini lãberent manu ꝓiiciente ad os aquas: his relictis qui deflexo poplice biberãt. In trecẽtis itaq͛ viris facta est liberatio populi: hostes cesi captiuati reges & interfecti. non tã militie q̃ malicie principes. Percussitq͛ ʒebee & salmana in ore gladii & tulit ornamẽta & bullas quib⁹ colla regaliũ camelorũ decorari solent: ornamenta quoq͛ monilia & vesté purpureã quib⁹ reges madian vti cõsueuerant: sibiq͛ de tanta preda solas inaures aureas hismaelitarũ reseruauit/ceteris ex ratione populo distributis. Vicit ergo innumerabiles hostiũ copias inexpedita paucitate virorũ fortiũ quos nõ facile crediderim in delitiis vrbiũ aut regalib⁹ epulis/

Geneciũ dicitur opus lanificij feminarũ

Judic.vij.

Judicũ.viij.

quotidianiſq; cõuiuiis didiciſſe vt aquã biberẽt. vnde eos domi nus pre ceteris cenſuit eligendos. Si tamẽ interdum neceſſitas exigit vrbanos delicatioreſq; ad arma cõpelli ex quo primuꝫ no men dedere militie/laborare/decurrere/portare pondus: & ſo lem puluerẽq; ferre condiſcant/parco victu vtanẽ & ruſtico: in terdũ ſub diuo/interdũ ſub papilionibus cõmorentur/tũc demũ ad vſum erudiantur armorꝝ. Et ſi longior expeditio emergit/ in angariis plurimũ detinẽdi ſunt: ꝓculq; habendi ab illecebris ciuitatis. vt eo modo & corporibus eorũ robur accedat & aius. Nec inficiandũ eſt poſt vrbem conditam romanos ex ciuitate ſemp profectos eſſe ad bellũ. Sed tunc nullis delitiis fungeban tur ſudorẽ: curſu & campeſtri exercitio collectũ/ nãdi vſu iuuen tus abluebat in tyberi. Idẽ bellator idẽq; agricola: ſed gña tm̃ cõ mutabat armorũ. Quod vſq; adeo verũ eſt vt aranti quintio ci nomiaco dictaturã conſtet oblatã: quem trepida ante boues di ctaturã ĩduxit vxor: & ſua aratra domũ lictor tulit. Ex agris er go robur exercitus precipue ſupplendũ eſt. Vt enim ait neſcio quo pacto mortẽ minus timet qui delitiarũ minus nouit ĩ vita.

De quintio ci nomiaco a ba ratro ad dicta tu rã ꝓuecto. ſ.ĩ pn.hu⁹.c. Vegetius.

¶ De militibus glorioſis q militie inutiles ſunt. Cap̃. III.

Erubeſcant forte milites glorioſi & qui traſonẽ comi cum potius vita & moribus q̃ profeſſione & nomine repreſentant. Hec armate militie munia que nõ tam (vt eis videtur) diſciplinã redolet militarem q̃ igno minioſe ſeruitutis anguſtias. In eo nãq; militarem cõſtare glo riam opinantur/ ſi nitidiori ſplendeant habitu. vt lineas ſuas veſtes ve ſericas ſic perſtinguant: & torqueãt vt quaſi cutem ce ruſatam aliis ve ſuccis obnoxiã/carni faciãt coherere: ſi grada riis equis inſideãt mollius/ſi calamiſtrati cirati ve acteo nõ ce dant apollini/& delitiis ſint magis q̃ virtute preſignes. Eorum ſi forte cõſtruxeris aciem/caſtrũ thaidis q̃ hanibalis tuti⁹ expu gnabis. Quiſquis eorum in aula iactantior eſt/cuꝫ ad prelii diſ crimen acceditur: lacones duce ſãga turmatim premittet ad pu gnam/nouiſſimos preſidii cauſa ſubſequens cum funditoribus aliiſq; qui in hoſtem tela mittere eminus/manum conſerere vo lunt. Cum vero ſine vulnere & cicatrice quod frequentius eue nit domum redeunt/tunc exhauſta canũt prelia marte graui. Il lic eacides/illic tẽdebat achilles/& pingunt fluido pergama to ta mero. Et quiſquis mortes mille circa tẽpora ſua erraſſe glori atur. Exinde gloriam eorum ferre non poteris/fabula hec ĩ an num centeſimum protelabitur. Filii quoq; qui naſcentur/& ex

ingent: enarrabunt filiis suis. Si hastas aliquot quas admoduȝ cauatas & fragiles/diligens inertia procurauit quis fregerit/si aurum miniū colorve alius quocūq; ictu casuve a clypeo excidit/ hoc garrula lingua si licuerit memoriale faciet in seculū seculi. Isti pmos recubitus habēt in cenis/ & quicquid renatus noster de re militari tradiderit. Epulātur (si fortuna permittit) cotidie splendide/omnēq; laborem & exercitationeȝ quē nō inuicibilis necessitas ingerit: cane & angue deterius fugiūt: & qcquid iminet difficultatis reiiciūt in subiectos. Interim clypeos sic iaurāt sic exornāt oīa instrumēta castrorū/vt quēlibet eorum nō tā cultorem q̄ presidem martis credas. Cuius istorꝝ aut clypeꝰ detrahatur aut galea spolia eius ipsum martem poterunt honorare.

¶ Quarū rerū scientiam & exercitiū oporteat habere milites. & ꝙ eis ociari non licet. & de augusto qui filias suas fecit institui lanificio. Caplm. IIII.

Egregie quidē scipio affricanus sicut in libro strategēmatum iulius frontinus refert/cū scutū elegātiꝰ cuiusdam vidisset ornatū: dixit nō mirari se ꝙ tāta cura ornasset in quo plus presidiū q̄ ī gladio haberet. Sed nec fastū illorū preferre poteris: nisi fueris patientie grādioris. Nā vt ineptias eorum non rideas: nulla modestia poterit cohibere. Quis octauiano augusto felicior aut maior? filios & si nō genuerit adoptauit/qbus & si sufficere posset clarus sanguis ad glīaȝ & bona hereditaria magis ad copiam q̄ ad vsum/ea tn̄ diligentia instituti sūt: acsi sua retieri/vl' aliena acquiri nequaq̄ possint nisi p ꝟtutem. Eos ergo ad gradū militarē & cursū & saltū fecit exercitari/vsūqȝ natandi & cesim & punctim feriēdi & iaciendi missilia & lapides/manu vel fūda docuit: & qualr̄ bellū oē aut sustineri debeat aut īferri. Nouit enī prudētissimꝰ & diligēs īperator/qa quo semel est ībuta recens suabit odorē: testa diu/& ꝙ nō tm̄ celeriꝰ: sed etiā pfectiꝰ imbuūť q̄ discunť a puerꝭ. Deīde militaris alacritas: saltus & cursꝰ/āte cōpādā est & tēperāda q̄ corpus etate pigrescat. Velocitas eī que pcepta/& firmata est exercitio strēnuū efficit bellatorē. Nec multū refert si cetera pbitatis insignia cōcurrūt/pceri sint an stature breuioris. Vtiliꝰ ē milites fortes esse q̄ grādes. Delectori suo referť dixisse pyrrꝰ. Tu grādes elige: ego eos fortes reddā. Ad tumulum archemori dū ludos solemnes grecia celebraret tideum capaneo prestitisse precelebre est: quia maior in exiguo regnabat corpore virtus. De exercitio magni pompei memorat salustius ꝙ cū alacribus

De scipione affricano ɔtra eū q̄ nimis ornauerat scutū

Augusti laus

Pirri ordinatio in eligēdo milites grandes.

De archemoro.

saltu/cum velocibus cursu:cum validis vecte certabat. Neq; enĩ ille aliter potuisset par esse sertorio:nisi se & milites suos frequẽtibus exercitiis pparasset ad prelia. Recedendi/auscultãdi insilendi ars non mediocris est:cuius beneficio illa seruatur cautela/vt miles ad inferendum vulnus:sic insurgat in hostẽ: vt eidẽ ex aliqua parte non pateat ad plagam. Exercitium natandi per cõmodũ est:cum i terrestri prelio vel nauali:quid cui necessitas paret nemini perspicuũ sit:nec est prõptum quẽpiam arte quã non didicit a periculis expediri. Missiliũ quoq; vs⁹ est maxim⁹ quibus hostis eminus leditur aut terretur & exercitio eorũ lacertis robur accrescit:& iaculãdi peritia acquiritur atq; vs⁹. Hoc aũt tanti exercitii assidua meditatio conferebat. vt in tumultu bellico vtiliter versarentur intrepidi/qui in pace fuerant tã studiose instructi. Filias quoq; legitur pfatus augustus sic in lanificio fecisse ĩstrui/vt si preter spẽ eas in extremã paupertatem fortuna pieciisset:vitã possent arte/deductis facultatibus exhibere. Nam & nẽdi texendi & acũ exercendi:vestesq; formandi fingendi & cõponendi non modo artem/sed vsum habebant & cõsuetudinẽ. Vtiq; qui ocia non indulgebat virginib⁹: nequaq̃ pmittebat milites ociari:quorũ professio instituta est ad laborez. Nec credo eũ de molliori habitu militũ gloriari:ad quez nisi seueriori vultu & honestiori habitu accedere filia nõ audebat. Lucanus breui quodã preconio cõmẽdat cathonẽ & militiã romanorum:adiiciẽs inter cetera q̃ ei vestiri fuerat preciose/hirtani mẽbra super romani more quiritis induxisse togam. Quod pfecto non diceret nisi dirioris toge vsus de quiritum consuetudine processisset. Sed modo qui mollibus vestiuntur in domib⁹ regum sunt/immo in castris:& sic ad bella procedunt: quasi ad nuptias dealbati. Magnis antique militie puilegiis se tuentur quã in eo imitantur plurimũ q̃ iura ignorãt. Et hoc quidem tolerabile esset nisi eque diuinas & humanas contẽnerẽt leges. vt velis nolis satiricũ illud tibi frequenter occurrat. Diuomaches ego sum:suffla/sum candid⁹ esto. Dum nõ deterius sapiat pannutia baucis. Cum bene discincto cantauerit ozima verne.


De filiabus augusti.

Cathonis laus.

Matth.xi.

Versus.

Duo esse precipua que militem faciunt/scilicet delectum & sacramentum. Capitulum. V.


Ne me tamen putes ĩimicari militie & vitia personarum in officia retorquere. Ego patrociniũ ei⁹ quouis renitente suscipio:& eaz auctore dño sufficiẽtissime excusabo. Professio nãq; tam laudabilis est q̃ neces-

saria/& quã nemo vituparc potest salua reuerẽtia dei a quo est instituta. Veteris testamenti reuolue seriẽ & inuenies ita esse vt dico. Nihil enim ad rem pertinet/si isti preuaricãtur:qm̃ eis lex militie posita nõ est:nec aliquis eorũ vt recte loquamur miles est. Lege libros tam ecclesiasticos q̃ mundanos quibus agitur de re militari:& manifeste duo iuuenes esse que militem faciunt/electionẽ & sacramentũ. Hec eni duo cõia sunt his qui spiritualẽ & corporalẽ militiã exercẽt. Hos enĩ ad ministeriũ altaris & cultũ ecclesie vocat lingua pontificis: illos ad defensionez reipublice eligit lingua ducis. De quibus officiis locis suis q̃les & q̃liter ad alterutrũ officiũ eligẽdi sint maiorũ scripta declarãt Sed quia nunc secularis militia ṽsatur in manibus vel vegeti⁹ renatus super electiõe militũ audiatur. Ait ergo. In hoc totius reipublice salus ṽtitur: vt tirones non tm̃ corporibus:sed etiam animis p̃stantissimi delegan̄t. Vires regni & romani nois fũdamentũ in prima delectus examinatiõe cõsistũt. Nec leue hoc putetur officiũ/aut passim quibuscũq; mandandũ qđ apđ vetes inter tã varia gñ̃a ṽtutum p̃cipue ꝓstat esse laudatũ. Iuuentus enim cui defensio ꝓuinciarũ imminet & moribus excellere debet & virib⁹. Honestas eniz idoneũ militẽ reddit/ & verecũdia dum ꝓhibet fugere:sepe facit esse victorem. Quid eni ꝓdest si exerceatur ignobilis/si plurib⁹ stipendiis moren̄ in castris? Nũquid exercitus ꝓficit in tẽpore belli cui⁹ improbãdis tironibus claudicauit electio? Et quãtũ vsu expimẽtoq; didicim⁹: hic tot vbiq; ab hostibus illate sũt clades:dũ lõga pax militẽ incuriosi⁹ legit:dũ inutiles quiq; ciuilia sectãtur officia/ dũ in dictis possessionib⁹/tirones p grãm aut dissimulationem ꝓbantiũ tales sociantur armis quales dñi habere fastidiunt. A magnis ergo viris/magnaq; diligentia idoneos cõuenit eligi tirones. Cũ ṽo diligẽs electio iudicio fuerit approbata:signãdi sunt:& ascribẽdi militie q ad eã inueniẽtur idonei. Nã & velocitas requirẽda est & robur & vtrũ armorũ disciplinã quis ediscere valeat:& an habeat cõfidẽtiã militarẽ. Pleriq; enĩ quãuis nõ ĩprobabiles videãtur specie/tm̃ experimẽtis cõprobãtur indigni. Repellẽdi ergo min⁹ vtiles: & in loco eorũ strenuissimi subrogãdi. In omĩ enĩ cõflictu nõ tam ꝓdest multitudo q̃ ṽtus /in qua exploranda formãda & ꝓmouẽda ducis ṽtitur tam opera q̃ iudiciũ. Signatis nãq; tironibus p quotidiana exercitia armorum est demõstranda doctrina: vt leui armatura & graui terra.item & pelago/pedites sint an equites strennuum militem possint implere.

¶ Que mala ꝓueniāt nostris neglecto delectu militū: & qualiter haroldus vualenses subegerit. Capitulum. VI.

Sed huius disciplīne vsus in disuetudinem abiit / aut ex indulgentia longe securitatis aut iuuēte molliciē virorūq; aīos frangente luxuria: aut ignauia iuuētutis / aut inertia ducū tēporis nostri. Quē enim inuenies qui strēnue docere possit qđ ipē non didicit? Nūc patimur lōge pacis mala / senior armis luxuria incubuit: victūq; vlciscitur orbē. Antiquos & modernas reuolue hystorias & plane inuenies quia cōcussio populorum: armorū collisio: clades hominū & plaga terribilis luxuriā semper aut comitatur aut sequitur / ne lōge petātur exempla ninicolimi britones irruūt & iam protēdūt terminos suos: & egressi de cauernis suis latebrisq; siluarū plana occupant nobiliū ꝓcerum videntibus ipsis impugnāt / expugnant & diruūt: aut sibi retinent munitiōes eo ꝙ iuuēt⁹ nostra que tecto gaudet & vmbris / nata fruges consumere: in lucē dormiens scortationi honesta postponens officia: tota die insectās voluptatem: cytharā / lyram & tympanū. & vocem organi in cōuiuiis magis agnoscit: q̄ lituū aut tubā in castris. In qua aut nō fuit aut errauit ducis electio / cessauit aut languit disciplina. Nā si manū conserere oporteat: in armatura leui parū habent fiducie: in graui minimū alacritatis. Hac itaq; onerantur vt hostes sequi nō possint: illa exanimanť vt eā tāq̄ ad vulnus expositi nequeant sustinere. Depopulantur illi fines nostros: dū iuuēt⁹ nostra instruiť: & dū nobis miles armatur hostis euadit. Et (vt dici solet) dum canis musitat tutas latebras ingreditur lupus. Nō est qui comprehendat abeuntem: aut insequatur hostem / eo ꝙ impeditus nec sufficit: nec proficit aduersus expeditum. Ille tamen non murorū fossarū ve petit presidia: sed locum qui militi meo / sicut & sibi: & si non eque not⁹: tamē accessibilis est Vtiq; tutus est illi: quia miles meus non in propria ꝟtute / sed in presidio confidit armorum. Anglorum recens narrat historia ꝙ cū britones irruptione facta angliam depopularētur: a piissimo rege edmualdo ad eos expugnandos missus est dux haroldus: vir quidem armis strennuus & laudabilium operū fulgens isignibus: & qui tam suam q̄ suorum posset apud posteros gloriā dilatare / nisi meritorū titulos nequitiā patris imitās perfide p̄sumpto regno decoloraret. Cū ergo gentis cognosceret leuitatē / q̄si pari certamine militiā eligēs expeditā / cū eis censuit cōgrediēdū / leuē exercēs armaturā: pomat⁹ incedens: fasciis pect⁹ & p̄s

Iuuenalis.

Prouerbiū.

Anglorum hystoria.
Edouard⁹ rex
Harold⁹ dux.

duro tectus corio: missilib⁹ eorū leua obiectans ancillia: & ī eos contorquens nunc spicula/nunc mucronē exerēs: sic fugiētiū vestigiis īherebat vt pmeref pede pes: & cuspide cuspis. & vmbo vmbone repelleref. Niuiū itaq3 collē ingressus vastabat oīa: & expeditione in bienniū prorogata reges cepit: & capita eorum regi q eū miserat psentauit: & vsq3 ad miseratione puulorū oēm masculū qui inueniri potuit interficiens in ore gladii pacauit puinciam. Legem statuit: vt quicūq3 britonū exinde citra terminum quem eis prescripsit fossam scilicet offe cum telo inueniretur/ei ab officialibus regni manus dextera psciderer. Adeoq3 ꝟtute ducis tūc cōfecti sūt britōes: vt fere gēs tota deficere videref & ex indulgētia iā dicti regis mulieres eorū nupserūt anglis Vides ne qtū electio ducis & exercitiū militie iuuētut(ꝯferāt?

¶ Que sit conceptio sacramenti militaris: & ꝙ sine eo militare non licet. Capitulum. VII.

Verūtamen citra religionem sacramenti ex ātiqua lege nemo militie cingulo donabatur. Nā sicut apd iulium frontinum legitur lucio flacco & gayo varrone cōsulibus milites primo iureiurādo facti sunt. Antea enim sacramēto tātūmodo a tribunis rogabanf. Ceterū ipī int se coniurabant se fuge atq3 formidinis causa nō abituros: neq3 ex ordine recessuros: nisi teli petēdi: hostis ve feriēdi causa: aut ciuis seruandi. Et hoc dicebaf militie sacramētum qđ & xpianissimorū pncipū auctoritate firmatur & vsu. Cōceptio vero iuramenti teste vegetio hmōi est. Iurant equidē milites p deū & xpm eius & spiritū sanctū/& per maiestatem principis que fm deū hūano generi diligēda est & colēda (Nā cū quis legittimus accipit pncipatū, tanq̄ presenti & corporali deo fidelis est ei pstāda deuotio: impēdēdus puigil famulatus. Deo enī vel priuat⁹/vel militās seruit: cū fideliter eū diligit qui deo regnat auctore) Iurant inq̄ se strēnue facturos oīa: que pceperit pnceps: nūq̄ deserturos militiā: vl' mortē recusaturos pro republica cuius ꝯscripti sunt militie. Cū vero hoc pstiterint iusiurandū: cingulo militari donanf & puilegiis. Adeoq3 obtinuit vt electio & sacramētum militē facerēt: vt sine electione nemo cōscriberef: aut iuraret: sine iuramento nemo militis nomē aut officiū sortiref. In libro officiorū marcus tulli⁹ refert: ꝙ pōpili⁹ impator tenebat puinciā in cui⁹ exercitu fili⁹ cathonis tiro/militabat Cū aūt pōpilio videref vnā dimittere legionē: cathonis quoq3 filiū q in eadē legiōe militabat dimisit. S3 cū amore pugnādi ī exercitu re

ll.iiij.c.j.ī pn.

Militie sacrm

Pompilius.

Catho.

mansisset:cato ad pompiliũ scripsit:vt si pateretur i exercitu remanere eum.scđo eũ obliget sacramẽto:quia pore amisso: iure cũ hostib⁹ pugnare non poterat. Marci quidẽ catonis senis epistola est ad marcũ filiũ in qua scribit se audisse eũ factũ dimissũ esse a consule cum macedonia bello pſico miles esset. Monet igitur vt caueat ne prelium ineat. Negat enim ius esse cũ hoste pugnare:qui miles non sit. Ecce/quia vir sapientissimus militẽ nõ credebat:nisi eũ qui sacramẽto ad militiam consecratur.

¶ Armatã militiã ad religionem ex necessitate teneri sicut illam que in clero diuinis obsequiis consecratur: & ꝙ miles sicut honoris ita & laboris nomen est. Cap. VIII.

SEd ipius iuramenti ỽba reuolue & inuenies armatã militiam nõ min⁹ q̃ spũalẽ/ex necessitate officii ad religionem & dei cultũ artari:cũ fideliter & scđm deuꝫ ꝑncipi debeatur obsequiũ: & reipublice puigil famulatus. Vñ qđ predixi qui nec electi sunt nec iurati:& si militum noie censeanť nõ magis in ỽitate milites sunt/q̃ sacerdotes aut clerici:quos ad ordines eccł̃ia nõ vocauit. Miles nãq; sicut labo-

Ad Hebre. v.

ris:ita honoris nomen est. Nemo ỽo sibi honorẽ sumit: sed qui vocatur a dño de collato honore gloriať. Moyses & fidelis populi duces cum hostes oportuerat ĩpugnari:eligebant viros fortes/& ad bella doctissimos. Electioni nãq; isti ꝑueniũt. Qui ỽo nõ electus seipm̃ militie ingerit/in se gladiũ ꝓuocat: quẽ propa

Matth. xxvj.

temeritate vsurpat. In cõstitutionẽ ergo ꝑpetuam incidit: quia qui gladiũ accipit gladio peribit. Si vero in eo ciceronis auctoritas recipitur:is nõ miles sed siccarius recte nominatur. Nã i veterum scriptis siccarii diciãť & latrones quicũq; lege non ꝑcipiente arma tractant. Arma nãq; quibus lex nõ vtiť: legem ipugnant. Duos gladios sufficere ipio xp̃iano euãgelii sacra testať

Luce. xxij.

hystoria:omnes alii eorũ sũt qui cũ gladiis & fustibus accedũt. vt captiuũ capiãt xp̃ꝫ nomẽ eius delere cupiẽtes. Illi ergo quid hñt militis/q ex sacramẽto vocati nõ obtẽpant legi? Sed in eo militie sue ꝯstare gloriã credũt:si cõtẽptibile sit sacerdotiũ/si ecclesie vilescat autoritas:si ita dilatauerint regnum hominis. vt xp̃i impiũ cõtrahatur;si laudes suas predicẽt:& seipos falsis preconiis mulceant & extollãt:cũ irrisione audientiũ imitãtes militẽ gloriosũ. Horũ virtus in eo maxime elucescit/si clerũ & iermẽ militiã/aut telis aut linguis confodiãt. Sed quis est vs⁹ militie ordinate? Tueri ecclesiam:perfidiam impugnare: sacerdotiũ venerari:pauperũ ꝓpulsare iiurias/pacare ꝓuinciam/ ꝓ fra-


tribus vt sacramēti docet cōceptio fundere sanguinē: & si opus est aiam ponere. Exultationes dei in gutture eorū:& gladii ancipites in manib⁹ eorū. Ad faciendā vindictā in nationib⁹:increpationes in populis. Ad alligādos reges eorum in compedibus: et nobiles in manicis ferreis. Sed quo fine:an vt furori/vanitati/auaritie seruiāt/aut ꝓprie volūtati? Nequaq̄. Sed vt faciant in eis iudiciū cōscriptū:in quo quisqꝫ non tā suū q̄ dei angelorū & hoim sequaẜ ex equitate & publica vtilitate arbitrium. Vt faciāt inquā:quia sicut iudicū dictare iudiciū:ita & istorum faciēdo exercere officiū est. Vtiqꝫ gloria hec est oībus sanctis ei⁹. Nā & hec agētes milites sancti sunt:& in eo fideliores principi quo seruāt studiosius fidē dei:et virtutis sue vtilius gloriaꝫ ꝓmouēt quo fidelius dei sui in oībus gloriam querūt. ps.cxlix.

¶ Qꝫ fides deo debita:sit cuiuis homini ꝓferēda: nec seruatur homini:nisi deo seruetur. Capitulum.IX.

NEc refert fideli quis militet an infideli:dū tantū militet fide incolumi. Dyocletiano & iuliano/& aliis impiis leguntur militasse fideles:& eis in defensione rei publice tanq̄ principib⁹ fidem exhibuisse & reuerētiā. Impugnabant eni hostes iperii:sed mandata dei seruabant. Si vero precipiebātur temerare legē:deū homini preferebāt. Sedebāt principes & accusabāt eos:illi exercebātur in iustificationib⁹ dñi:cōstanter loquētes et agētes sine cōfusione mādata ei⁹ cū oīni fiducia. Dauid quoqꝫ militasse legitur achis & fidē & reuerentiam militantis implesse. Hec autem oīni militie formula prescribenda est & implenda/vt deo primū fides debita:deinde principi & reipublice seruetur icolumis. Et semp maiora ꝑiudicabunt minoribus/quia nec reipublice/nec ꝑncipi fides seruanda est contra deū:sed ſm sicut habet ipa cōceptio sacramenti militaris. Vñ plurimū miror si quis ꝑnceps illis habeat fidē/ quos videt deo suo cui vt cetera taceā etiaꝫ sacrāmento militie obligati sunt fidem debitā non seruare. Quo nā morbo ratiōis laborat q cui sibi fidelē fore credit quem videt esse corruptū & ꝑfidum in illū cui plurimū debet? Sed timet principem. Certe si fortior superuenerit:pretimebit & illum. Amatur forte ꝑnceps At si benignior & beneficentior apparuerit:& illuꝫ preamabit. Non est quo se non vertat impius qui hominē deo prefert. Nequaq̄ seruabit secundam qui primam fidem irritam fecit. ps.cxviii. i.Regū.xxi.



¶ De ꝑuilegiis militū/& qꝫ sacramēto astricti sūt ecclie/ & q̄re gladius offeratur altari. Capitulū.X.



Ecte vero militantium priuilegia multa sunt:que de iure antiquo latius patēt. Nam & liberiores sunt/ & pluribus immunitatibus gaudent ab angariis & per angariis, & sordidis muneribus alieni. Iura quoq; licenter ignorant. Et licet in potestate sint:in castrensi peculio testari possunt/& ex publica sollicitudine quod maximū est non permittuntur egere/& in hunc modum plurima que longū est enarrare. Licet autem sint qui sibi non teneri videntur ecclesie ex sacramento solēni:quia iam ex consuetudine plerūq; non prestatur/nullus tamen est qui sacramēto tacito vel expresso ecclesie nō teneatur obnoxius. Et forte ideo cessat solēnitas iuramēti/quia ad hoc omnes inuitat & coartat necessitas officii & sinceritas fidei. Vnde iam inoleuit consuetudo solēnis: vt ea die qua quisq; militari cingulo decoratur/ecclesiā solenniter adeat: gladioq; super altare posito & oblato quasi celebri professiōe facta seipsum obsequio altaris deuoueat/& gladii:id est officii sui iugē deo spondeat famulatum. Neq; necesse est vt hoc ꝓfiteatur verbo/cum legittima professio militie/facto eius videatur inserta. Quis enim in homine illitterato:& qui magis arma q̄ litteras debeat nosse professionem exigat litteratā? Nam & ipi abbates ꝓfessione scripta vel dicta ad fidem & obedientiā videntur artari & reuera artantur/quia deo mentiri non licet. Sane aut plus est aut non minus quod milites faciunt/qui non cedulā/sꝫ gladium offerunt:& quasi primitias officii redimunt ab altari/ vnde ecclesie imperpetuum famulentur. Nā sicut eis pro eccle-

Luce.iii. sia plurimū:ita contra ecclesiam licet nihil. Refert lucas ꝙ milites vt baptisarentur ad iohannē venerunt interrogantes. Magister quid faciemus & nos? Et ait illis. Neminē concutiatis: neq; calūniam faciatis:& contenti estote stipendiis vestris. Fidelis sermo & omi acceptione dignus qui deceat preambulum gratie/preconē veritatis:dn̄i precursorem. Nouerat enī manū militarē prōptam ad iniurias/rapinis assuetam:& cui nunq̄ aut raro sufficiunt sua/quin appetat aliena. Concussione ergo ꝓhibita exclusit iniurias/ rapinam exterminauit: exclusa calūnia/ auaritiam quoq; dānauit:dū precepit vnūquēq; contentū esse stipendiis suis. Sicut enim dictum est/militem egere nō licet: cui dum militat militie sue prestantur stipendia/ & cum emeritus est/ꝑdia vł alimēta quoad necessitas exigit de publico ꝓuidētur.

¶ Qꝫ milites durius castigandi sunt/si militie lege contempta priuilegiis abutuntur. Capitulū. XI.

SI vero contra prohibitionem iohannis & legittimas sanctiones in furta dilabitur & rapinas/ durius castigandus est/vt qui semper ferrum duraque tractauit & ita est cohibenda audacia eius vt in seipso discat quanta animaduersione feriendi sint qui legem impugnant/quam susceperant defendendam. Sicut enim multis immunitatibus & eminentioribus priuilegiis militia gaudet/ita acrioribus penis subdenda est: si sua demeruisse priuilegia conuincatur. Nec in ea sibi parte prodest ignorantia iuris/ cum & si iura publica permittantur suum tamen officium nō liceat ignorare. Licet enim sacerdos in ordinatione ordinis sui difficultatem ignoret / eo ipso q sine contradictione/oneroso succedit officio: suscepti tamen sacerdotii onera cogitur sustiere. Si vero negligit aut malignatur: corripietur grauius: eo q maiori pena digni sunt hi quibus cū multū debeatur honoris aut occulto aut manifesto inueniūtur in crimine. Aliter crimina tamen: aliter puniuntur excessus. quoniam illa plerumque penam irrogāt sanguinis: hec quasi medicinalem pro qualitate delicti exigunt curam. Ipsa vero nunc simplex est: nunc quasi quandam acrimoniam miscet. Verūtamen cum in omni professione disciplina necessaria sit/nusq̄ magis q̄ in clero & re militari. At res militaris que minus exercetur in spiritu/acerbius est corporaliter punienda. Nihil est autem quod vtramque magis impugnet q̄ luxuria: quia omnis intēperantia ordini plurimum aduersatur. Porro vbi ordo non est: confusio locum habet/ & nisi reprimatur correctionis stimulo/ proculdubio ignominiam ex necessitate importat. Quid enim faciet fortiter quem luxuria & intemperātia non tam exarmauit q̄ exanimauit? Quartus liber strategēmaticorum iulii frontini refert q publius scipio ad numantiam corruptum superiorum ducum secordia exercitum correxit: dimisso ingenti lixarum numero/redactis ad munus quotidiana exercitatione militibus quibus cum frequens iniungeret iter portare cōplurium dierum cibaria imperabat: ita vt frigora & ymbres pati / vada fluminum pedibus traiicere assuesceret miles/exprobrāte subinde imperatore timiditatem & ignauiā: frangenteque delicatioris vsus ac parum necessaria expeditioni vasa. Quod maxime nobiliter accidit gayo nummio tribuno cui dixisse traditur scipio. Mihi paulisper/tibi & reipublice sēper nequaq̄ eris. Quintus metellus bello iugurtino similiter lapsam militum disciplinam pari seueritate restituit: cum insuper prohiberet alia

De scipione q̄ ī numātia correxit exercitū. Lixa dr̄ miles deterrimus/ vilis/vel luxuriosus/q̄ sequitur exercitū causa questus.

Gaij nūmij reprehēsio p scipionē facta.

Philipp⁹ quẽ ordinẽ ſuauit in pma ꝯſtitutione exercit⁹.

carne q̃ aſſa elixa ve milites vti. Philippus cum primũ exercitũ cõſtitueret: vehiculorũ vſum oĩbus interdixit: equitibus non ãplius q̃ ſingulos latones habere pmiſit/peditib⁹ aũt denis ſingulos q molas & funes ferrẽt. In eſtiua exeũtib⁹. xxx. dierũ farinã collo portari ipauit. Gayus marius recidendorũ impedimẽtorum gr̃a quib⁹ maxime exercitus agmẽ onerat: vaſa & cibaria militis in faſciculos aptata furcis ꝑpoſuit ſub qbus & habile onus & facilis requies eſſet. Vñ ꝓuerbiũ natũ eſt: m̃lti milites mariani. Liſander lacedemonius egreſſũ via/quendaꝫ caſtigabat. Cui dicenti ad nulli⁹ rei rapinã ſe ab agmine receſſiſſe/reſpõdit. Ne ſpeciem quidem rapturi ꝑbeas volo. Publius vaſica in hibernis q̃uis claſſis vſus nõ eſſet neceſſari⁹: ne tñ miles deſidia corrũperet: aut p licentiã ocii ſociis inferret iniuriaꝫ: naues edificare inſtituit. Itẽ quoq; frontinus inter multa cõſtãtie inſignia refert ꝙ caſſilini obſidẽte hanibale tãtam inopiã ppeſſi ſũt vt murẽ veniiſſe centũ denariis memorie ꝓditũ ſit: eiuſq; vẽditorem fame periiſſe: emptorẽ aũt vixiſſe/& in tãta anguſtia fidem ſeruaſſe romanis. Petilini a penis obſeſſi: parentes & liberos ꝓpter inopiaꝫ eiecerunt: ipi coriis madefactis: & igne ſiccatis foliiſq; arborũ/& oĩ gñe animaliũ vitã trahẽtes. vndecim menſes obſidionẽ tolerauerũt. Hiſpani fabrenſes oĩa eadẽ ppeſſi ſũt: nec tamẽ oppidũ herculeio tradiderũt. Ciziũ cũ oppugnaret mitridates: captiuos eius vrbis ꝓduxit/oſtenditq; obſeſſis: arbitrat⁹ futurũ vt miſeratione ſuorum ad deditionẽ cõpelleret opidanos. At illi cohortati captiuos ad mortẽ fortiter excipiendam: fidẽ ſeruauere romanis. Egloninenſes cũ a viriato/his liberi & cõiuges redderẽt preoptauerunt ſpectare ſupplicia pignorũ ſuorum q̃ a romanis deficere. Numãtini ne ſe traderent/fame mori prefixis forib⁹ domuũ ſuarũ maluerũt: viciſſẽtq; romanos auctore orozio niſi illi ſub ſcipione pugnaſſent.

Gay marii diſciplina in exercitu.

De liſandro lacedemonio in caſtigatione militis.

Ad theſſa. vlt. lib. iiij. c. v.

De caſſilinis obſeſſis ab hannibale.

De petilinis a penis obſeſſis

De hiſpanis febrenſib⁹ obſeſſis ab herculeio.

De egloninẽſibus q̃ ꝓ fide ſeruãda paſſi ſunt pignora occidi.

¶ Qꝫ varia animaduerſio ꝓcedit in eos qui duci nõ obtemperant: & quatenus debeat obediri: & in quibus mãdatis locũ habeat exanimatio militaris in quibus non. Cap. XII.

IN eos vero qui ducis aut legis non obtemperabãt arbitrio varia animaduerſio procedebat. Nam alii in fortuna/alii in fama: alii in ſanguine puniuntur. Frontinum relege: & vſquaq; ita inuenies eſſe. Nã aurelius cocta/conſultum ad opus/equites neceſſitate cogente iuſſiſſet accedere: eorumq; pars detrectaſſet imperiuꝫ/queſtus apud cenſores effecit vt a patribus notarentur/deinde obtinuit

Triplex pena
Fortune.
Infamie.
Sanguinis.
Aurelij cocte conſulis punitio ꝯtra inobediẽtes milites

ne eis preterita era procederent. Tribuni quoq; plebis de eadē re ad populum pertulerūt: omniumq; consensu stabilita est disciplina. Quintus metellus macedonicus in hispania quinq; cohortes que hostibus cesserant: testamentum facere iussus/ad locum recuperandū remisit: minatus non nisi post victoriā recepturum iri. Senatus cum milites publii valerii turpiter fugati essent: decreuit ne ei auxilia submitterent nisi victis hostib⁹. His vero legionibus que punico bello militiā detrectauerāt: in ciciliam velut relegatis per septē annos ordeū ex senatusconsulto datum est. Appii claudii sententia senatusq; consultum omnes qui a pyrro rege epirotarum capti & postea remissi erant eqtes ad peditem redegit ad leuem armaturam omnibus extra vallum iussis tendere/donec bina hostium spolia singuli referrent. Hec frontinus. At plinius asserit: quia fuit hec quoq; antiquit⁹ animaduersio militaris/iubere ignominie causa militi venam solui/& sanguinem dimitti. Cuius rei rationi: & si in veteribus litteris non potuerit inuenire/hoc tñ primo factum opinatur in militibus stupētis animi/& a naturali habitu declinātis/ vt nō tam pena q̄ medicina videretur. Postea tamen ob pleraq; alia delicta id factitatum esse credit per consuetudinem quasi min⁹ sani viderentur omnes qui contra officium delinquerent. Nam leuioris culpe non erat animaduersio ignominiosa: & si nec illa ex vigore discipline militaris dissimulationi locum relinqueret

Exēplū pene sanguinis posset etiā dici exemplum pene fortune.

Exēplū pene fortune et sanguinis.

Captor; pena a pirro/ꝛ pena remissorum.

Antiqua pena in milites ſm Plinium.

Veteres quoq; grecos anulum habuisse in sinistre manus digito qui minimo proxim⁹ est/celeberrime traditur. Romanos quoq; homines aiunt sic plerūq; vsitatos anulis: causāq; huius rei apion in libris egyptiacis dicit: ꝙ insectis apertisq; corporibus vt mos fuit quos greci anatonias vocant repertum est: quē dā tenuissimū neruum ab eo vno digito de quo diximus ad cor hominis pertingere ac peruenire: visūq; eū esse potissimū digitum tali honore decorandū: qui continens & quasi connexus cū principatu cordis videretur. Vñ & quasi excordes arbitrati sūt curandos aut puniendos qui in militare officium deliquissent.

Grecorū veterū pena cōtra milites.

Quare in digito qui est iuxta minimū ponit anulus.

Vt redeā ad frontinū. Crassus a sēpronio asello/& plerisq; aliis historie romane scriptoribus traditur habuisse quinq; bonarū rerū maxima & p̄cipua: ꝙ esset ditissim⁹: ꝙ nobilissim⁹/ꝙ eloquentissim⁹: ꝙ iuris consultissim⁹/ꝙ pontifex maximus. Is cū in consulatu obtineret asiam prouinciam: & circūsidere atq; oppugnare leucas pararet: opusq; esset firma atq; ꝓcera trabe qua arietem faceret quo muri oppidanorum quaterētur: scripsit ad

Exēplū pene sanguinis de crasso q̄lit puniuit magnū gayum inobedientem.

magnum gayum maiorū atheniensium sociorū amicorūq; romani populi vt ex malis duob⁹ quos apud eos viderat: vter maior esset ei mittere pcuraret. Tunc magnus gayus compto q̄ob rem malum desiderasset: non vti iusserat maiorem: sed quē magis esse ydoneū aptiorēq; faciendo arieti faciliorēq; portatu existimabat: minorem misit. Crassus eum vocari iussit/ & cum interrogasset cur non quē iusserat misisset: causis ratiōibusq; quas dictabat spretis/ vestimenta detrahi iussit: virgisq; multum cecidit: corrumpi atq; dissolui ratus omne officium imperantis: si quis ad id quod facere iussus est non obsequio debito: sed consilio non desiderato responderit. Quid queso amplius in monachū arctioris regule dictasset abbas seuer⁹? In eo nāq; solo deliquerat ꝙ non paruerat mandato: & si forte re ipsa vtilius esset qđ fecit. Nam sicut in religione degētibus platorum mandata dum preceptionē ppetuam nō impugnāt a subditis nō oportet discuti/ sed impleri: sic in re militari circa mandata ducis nulla est examīatio militaris nisi forte qđ precipitur expressim saluti reipublice inueniat̄ aduersum. Nam in eo non obtemperat/ nisi perfidus & impi⁹ miles. Quid enim iniqui⁹/ quid detestabilius q̄ sine fidei reuerentia aggredi quicquid dictauerit impator? Nonne apud oēs nox funesta est: & crudelis plenaq; pfidie? Pectore si fratris gladium iuguloq; parētis: cōdere me iubeas/ pleneq; in viscera partus: cōiugis/ inuita pagam tn̄ omnia dextra. Castra suptusti si ponere tibridis vndas: hespios audax veniā metator in agros. Tu quoscunq; voles in planū effundere muros. His aries actus disperget saxa lacertis/ illa licet penitus tolli quā iusseris orbem/ roma sit. Quid nequi⁹ dici potuit: & vnde magis deberet si fidelis esset roman⁹ impator offendi? In eo nāq; scelerat⁹ miles fidei sue fidē facere studuit/ vñ seipm̄ maxime infidelē & perfidū esse cōuicit. Magna quidem debet̄ reuerentia duci: sed fidei religione seruata. Quedā ita necessaria sunt vt mandatū non expectēt/ alia sic detestabilia: vt nullū omnino mandatū admittāt. Media quidē que neq; sunt necessaria bona: nec detestabilia mala: consistunt in arbitrio presidētis. Velit nolit prefectus: ex necessitate boni diligēdus ē deus. Velit nolit prefectus ex malicia īiquitat/ est adulteriū declinādum. At militare/ vel non militare: egredi vel non egredi: ceteraq; que philosophi indifferētia reputāt: ad prepositi diligentiā & reuerentiam spectant. In his (nisi mandato presidentis) oculum aperire/ est criminis instar: aut ex sciētia sua ad cuiuscunq;



Lucani v[er]sus.

operis fructum manum irreuerenter extendere. Sit cecus i hac parte subiectus vt viuat: quia quacūq; die quasi ex ꝓpria discretione ad arborem sciētie quā sibi & prelatis reseruat dn̄s temerariā manum miserit/laqueum mortis incurrit. Quid enim bonum aut malū in talibus sit/non licet iudicare subiectis: dū plena reuerētia prepositis exhibeatur: & fidelis obedientia mādatorum. Militē ergo in oībus his que ad statum publicum pertinent nihil omnino temptare licet: nisi iussu ducis vel licētia qd ipse faciendum decreuit roboretur. Vnde hi plerumq; qui ducū contempto vel non expectato imperio congredientes cum hoste reipublice victoriam contulerunt sepe non tam gloriam assecuti sunt de victoria: q̄ de temeritate vel negligentia penaȝ. Quid ergo merebitur transfuga statiōis ve desertor si ex disciplina militari tanta seueritate corripitur triumphator? In strategemmatibus iulii inuenitur elearcū lacedemōiorum ducem dixisse imperatorem exercitui potius timendum esse q̄ hostē: eo ꝙ qui in prelio dubiam mortem timuerant/ eos statione relicta certum manebat supplicium. Lucilius papilius cursor fabium ruptilium magistrū equitū ꝙ aduersus dictum eius q̄uis prospere pugnauerat virgis poposcit cesum /securi percussurus. nec contētioni aut precibus militum concessit animaduersionē eūq; profugientem romam persecutus: ne ibi quidem remissio prius supplicii metu q̄ ad genua eius & fabius cum patre ꝓuolueretur: & pariter senatus ac populus rogarent. Et ne eum credas hoc fecisse ex odio precedēt malliꝰ cui imperioso postea cognomē fuit/filiū ꝙ is contra edictū patris cū hoste pugnauerat q̄uis victorē/in ꝯspectu exercitus virgis cesū securi percussit. Fuit aūt disciplina militar(: sicut reipublice necessaria: ita & oībꝰ gratiosa: adeo qdē vt malliꝰ filiꝰ ꝑ se aduersꝰ patrē exercitu seditionē parāte: negauerit tāti esse queq̄ vt ꝓpt illū corrūperet disciplia militie: & obtinuit vt ip̄m pūiri paterent. Apiꝰ claudiꝰ ex his q loco cesserāt decimū quēq; militē sorte ductū fuste percussit. Fabiꝰ rutiliꝰ ꝯsul ex duabꝰ legionibꝰ q̄ loco cesserāt vicenos sorte deductos i ꝯspectu militū securi percussit. Idē trinos ex cēturiis q̄ꝝ statio ab hoste ꝓrupta erat addixit securi. Q uītꝰ fabiꝰ maximꝰ trāsfugaꝝ dextas p̄scidit. Marcꝰ cato tradidit i furto dep̄hēsis intꝰ ꝯmilitones dextas eē p̄cisas. aut si benigniꝰ i reū aīaduertere voluisset: in p̄ncipis sanguinē missū. Seditio q̄q; securi ꝓuocat: ita tn̄ vt ꝑ arbitrio ducis i pena paucorū: securitas & qes rei publice reformetur. Iulius cesar orta seditione militū/paucis p

Elearchi lacedemonij Verbū egregiū īperatorē nō minus metuendū militi q̄ hosti.

De mallio filio q̄ cohercuit seditionē ꝑ se paratā vt non periret disciplina militarl.

Fabij pena in cedentes loco.

Fabij maximi pena in transfugas.

Julij cesaris pena i milites seditiosos.

cussis castra sedasse legitur/& fidem militum reparasse.

¶ Quare cingulo priuentur milites:& ꝙ exauctorat⁹ non habet aliquod cum gladio telo ve commercium/et quare gladius insertus est cingulo. Caplm. XIIII.

Statutum ad priuandũ milites militia.

Fit interdũ vt ex delicto suo ꝑuent milites militie cingulo in his maxime vbi sacrilegia cõmittunt. Veteri nãq iure statutũ est:& nouo non est abolitũ: vt qui non seruato militie sacramento religionem quã profitetur impugnat/cinguli amissione mulctetur. Fertur hoc edicto iulius compescuisse militẽ suũ qñ vrbem ingressis non licuit hoies spoliare/aut tẽpla deorũ/ qđ ei postmodum ingrauescẽte seditione iproperauit. Numinib⁹ nãq romanis ciuibusq iurati impugnare nõ poterãt quos sacramẽto militie susceperãt defendẽdos. Sic quoq gayus curio bello dardanico circa dirachiũ cum vnã de legionibus quinq3 seditiosam vidisset:eam ꝓcedere iussit inermem/discinctam in conspectu armati exercit⁹ stramenta coegit secare. Postero aũt die similiter fossam discictos milites facere/nullisq3 precibus legiõis impetrari ab eo potuit: ne signa eius submitteret nomẽq3 deleret. Milites autẽ in supplementũ aliarum legionũ distribuit. Nõ enĩ restituebant qui meruerant ꝑuari cingulo:ãteq̃ eos pre ceteris ꝟtutũ merita insignirent. Milites qui ex cãnensi pugna cedentes in siciliã fuerãt relegati/postulauerant a marco marcello consule. vt in ꝑliũ ducerent. Ille senatũ cõsuluit/senatusq negauit placere sibi eis cõmitti rẽpublicã q eã deseruissent. Marcello tñ ꝑmisit facere qđ videretur/lege tñ ꝑscripta ne quis eoꝝ & mũere vacaret:ne ve donaretur ꝑmio/aut honore/aut reportaret in italiã dũ peni in ea fuissent. Dũ vero cĩgulo spoliati sunt:eis nec era ꝓcedũt: nec militarib⁹ priuilegiis gaudẽt:nec habẽt aliqđ cũ gladio telo ve cõmerciũ. Ideoq ꝓuida cõstitutione maiorũ est gladius insert⁹ cingulo/vt collato honore cinguli/ ꝑtãs quoq ip̃ius gladii aliq̃tenus intelligat collata. Et recte cingulo decoratur/ad militia3 q̃sq̃s accedit:qa eũ expeditũ esse ad numia reipublice officii sui necessitas exigit. Accĩgi nãq solet/cui gerẽda iminẽt:& cui vacatio datur:licet eẽ discinctũ. Vñ illđ i libro regnorũ. Nõ eque glorief accinct⁹ vt discinct⁹/qa sollicitudo laborꝫ iminẽtis gloriãdi licẽtiã nõ admittit.& ociãdi libertas & securitas q̃etis plerumq extollentiam parit. Cingulum ergo indicium laboris/ labor honoris meritum/vt liqueat omnibus ꝙ qui laborem indictum militie subire detrectat/honorem gladii in militari

Gay⁹ curio.

Marcus marcellus.

iij. Regũ. xx.

cingulo frustra portat. Ipsius quoq; cinguli cassa est significatio: nisi fidem eius roboret & solidet labor. Videas multos cinguli honore tumẽtes: sed nisi honorẽ impleãt laboriosa merita: idez est ac si ꝑ solida substantia quis vẽdicet spumã. Profecto dign⁹ est ꝑuilegium ꝑdere: qui concessa sibi abutiẽ potestate. Abutiẽ aũt qs/vel nõ faciendo qđ oportet/vel faciẽdo qđ fieri nõ debet. Et cũ vtrũq; sit malum: vt diciẽ peccatũ delicto grauius esse solet. Delinquit enim q nõ implet officiũ: sed plane peccat q̃squis cõmittit cõtrariũ. Albo siquidẽ nigrũ magis opponitur q̃ nõ album: & tristitia letitiã mag impugnat q̃ spes aut timor: q̃ neq; in letitie rationem cadunt: nec ei maxime aduersanẽ. Et cingulo quidẽ abutiẽ tã ille qui nõ implet qđ oportet ex militie sacramento/q̃ ille q impugnat militie sacramẽtũ. Delinqt tñ graui⁹ qui impugnat sicut hostis verus: ignauo milite odibilior est. vñ qui rẽpublicã & inermẽ manũ/militarib⁹ armis impugnat: iustissime exauctoraẽ: tãq̃ ille qui figurã hostilẽ induerit. Sed pre ceteris oĩbus diuino & humano iure grauius feriunẽ sacrilegi/ & hi qui variis ꝑturbationibus ĩpugnãt ecclesiã dei quibus lex nõ ꝑcisionẽ dexterarũ: sed penã irrogat capitalẽ. Si patrociniuz illorũ assumãt cicero & demosthenes/ si in defensione eorũ linguam acuat & totius ingenii sui vires exhauriat quintilian⁹. si iura viguerint: qđ post deũ in manu ꝑ̃ncipis est/ fortũas eoꝝ & capita/qn legittimis suppliciis ferianẽ tueri non poterunt. Q2 si gladiũ suũ aduersus tales non exerit princeps/ in seipm̃ procul dubio ꝓuocat gladiuz bis acutũ quẽ in ore suo gerit filius hoĩs gladium vtiq; qui viuus & efficax est/qui corp⁹ ſindit/& animã mittit in gehennã ad quẽ obtusus est omnis gladi⁹ & omnis armatura fragilis fluida & ĩfirma/ꝑ̃ter illam quã sola cõstruit gratia in bonoꝝ fabrica meritoꝝ. Sunt tñ plurimi qui malorũ clamore operũ qñ militie cõsecrãdi cingulum altari obtulerũt videntur protestari se eo tũc animo accessisse vt altari & ministris eius: sed & deo q ibi coliẽ bellũ denũciarẽt. Facilius crediderim hos malitie execratos: q̃ ad legittimã militiam consecratos.

*xſ.q.iij. ꝑuilegium.*

*Differẽtia inẽ delictũ ꝛ pctm̃ militie.*

*Cicero. Demostenes. Quĩtilianus.*

¶ Q2 disciplina militaris plurimum prodest: & quid militiam maxime frangit. Cap̃. XIIII.

PRoinde necessaria est disciplina militaris: cuius quãta sit vtilitas non facile dixerim. Vt enim dictum est romanis adeo profuit disciplina/vt orbem sue subiicerent ditioni. Alexander quoq; macẽdo exiguã manum militarem suscepit a patre sed doctam: quia assuefacta mi-

*De alexandro macedone.*

litie/orbē terrarū aggressus innumeras hostium copias fudit. Xerxes a trecentis lacedemoniorū ad trimopilas vexat⁹: cum eos manu infinita plurimisq; suorum amicis vix confecisset: in eo se deceptū dicebat/ꝙ multos quidē homines haberet: viros aūt discipline tenaces nullos. Hoc quidē vere dixit/quod & fuga illa testatur/qua apud salaminā turpiter victus: qui tot gētes in bella trahebat: vt duces non possent facile numerari vix vna naue euasit. Fertur enim ꝙ duces exercitus eius non consueuerit pre multitudine aliter nūerare: q̄ singulis telis receptis a singulis vt ex numero telorū ducū quoq; numerus teneretur. Est aūt dux vsq;quaq; inutilis: apud quē disciplina non viget: & frustra sperat victoriam/qui animos manusq; militū assidue nō exercet. Miles subitus subito deserit ducem/ & laborē ferre non sustinet quē cōtinuus nō exercuit labor. Cesaris aīm fiducia roborauit ꝙ ei res erat aduersus militē subitū/ducēq; emeritū: & qui longa pacis quiete dedicerat ducē. Sed & vbi victoria despe ratur ad spē vindicte erigendus est animus. Est enim interdū vna salus victis nullam spare salutē: & vt se victores putēt/si nō moriantur multi. Magni nāq; muneris loco est/ satiari vltiōe: & dispendiū vite/vindicte solatio compensari. Facile assumit pugnandi necessitatem cui fugiēdi īponitur difficultas. Audaciores sunt qui bellum inferunt/& sepe dū alii honeste viriliťq; mori cupiunt: feliciter vincunt. Audentes namq; fortūa iuuat/ & vt pugne discrimen imminet. degeneres animos timor arguit/quo nihil ignominiosius est/his qui nomen & officiū militie ꝓfitentur. Timidos nāq; grauissime lex percellit militaris Duci quoq; in re militari diligentissime precauēdum est: ne venus & vinum pugnantia pectora frangant. Semper enī vincit luxuria: sed eos dūtaxat quos ante corrūpit: eo quoq; studiosius fugienda est: ꝙ in clientelam suam acerrime seuit. Antioch⁹ tante luxurie & supfluitatis instruxit exercitum / vt etiā gregarii milites auro caligas facerēt: ꝓculcarentq; materiam/cui⁹ amore populi dimicant. Gens quoq; parthorū sepissime superať/eo ꝙ luxuriosissima est. Nam quicquid ad eoos tractus mūdiq; teporē. Ibitur/emollit gentes clementia celi. Solent nō in acie cominus preliari: sed quoad possunt hostem eminus ledunt. Obsessas vrbes/mora & viribus nesciunt expugnare. Pugnant ꝓcurrentibus equis: aut terga dantibus / sepe etiam simulātibus fugam. Signum his ex antiquo more/nō tuba: sed tympano datur/nec pugnare diu possunt: quia intolerabiles essent si quant⁹

De xerxe & lacedemoniis.

De cesare qui aīm ei⁹ in bello ciuili firmauit.

Antiochi luxuria.

Parthorum luxuria.

Lucanus.

est eorum impetus tanta esset perseuerantia. Natura taciti ad faciendum q̄ ad dicendum promptiores. In cibum parci/ fides dicti ꝓmissiq; nulla. Principibus metu:nō pudore vel religiōe parent. Principatus vero quem corrumpit luxuria diu stare nō potest/aut si steterit opprimente iudicio dei cuomet quicqd im moderatio luxurie hausit. Modum siquidem sui nescit:nec ante intemperantiā reprimit q̄ ex indulgentiore licentia in extremā turpitudinem prolabatur. Assiriorum discute plagas:& historiarum testimonio conuinces regna eorum impulsu luxurie esse subuersa. Inter cetera refert trogus:ꝙ postremus rex assiriorum regnauit sardanapalus/vir muliere corruptior. Ad hunc videndum quod nemini ante eum permissum fuerat prefectus cum admitti magna ambitione egre obtinuisset/inuenit eū inter scortorum greges/purpurā colo nentē/muliebri habitu cum mollicie corporis & oculorū lasciuia omnes feminas anteiret pensa inter virgines parcientem. Quibus visis indignatus/tali femine tm̄ virū iri subiectum/tractantesq; ferrū/ & arma habētes parere:progressus ad socios quid viderit refert. Negat se ei parere posse qui feminam se mallet esse q̄ virum. Fit igitur coniuratio. Qua ille audita/in aulam regiā se recepit. Vbi extructa incensaq; pira & se & diuitias suas in incendium mittit/ hoc solo imitatus virum. Et precedentium quidem regum robur a luxuria emollitum est:deinde per singulos quasi per gradus inualescente mollicia:in hoc tandem effeminatum fractū & cōminutū est. Imperium fere romanū exhaustū est:& diuulsum/nerone imꝑante:cuius gula fere oīa deuorauit/maculauit libido:exhausit auaritia/fregit ignauia:luxuria cū superbia exinaniuit. Hic nullam vestē bis induit:vt in aliquo ceteris singulari gloria preluceret. Sed dum roma ꝓmisit/ totū orbē fecit in gloriū. Quicqd alioꝝ q̄siuit īdustria:huius īertia fere amisit.

Parthorum natura.

Subuersiōis causa regni assiriorum.

Trogus.

Sardanapal⁹.

Qr īperiū fere romanū cōsūptū fuit sub nerone ⁊ quare,

¶ Romanos pre ceteris in disciplina viguisse:& in eis iulium cesarem floruisse pre ceteris. Caplm. XV

SEd cum omnium gentium exempla reuoluo discipli na romanorum pre ceteris lucet. Mesis quoq; plurimū ꝓfuisse legitur disciplina. vt in paucitate sua finitimis superatis:cū romanis ausi sint sup īperio gētiū dimicare. Q̄ feri aūt extiterit/ex ṽbis eoꝝ colligit̄ quibus aduers⁹ romanos pugnatur(/ vn⁹ ducū āte aciē postulato silentio. Vos(inqt)q estis? Respōsum est/romani gētiū dn̄i. Et ille. Ita fiet(inquit)si nos viceritis. Graui tādem conflictu pugnatū est

Messiorū̄ notabilis r̄ñsio ad romenos.

Supba hinc inde respō..o:

Sed romani vicerūt et numero plures & fortiores virib⁹/& exercitatiores vſu:multis tamē amiſſis ſuorum eo ꝙ eis collucta‑tio fuerat aduerſus populū diſciplinaliter eruditū. Verū in to‑ta re militari nihil vtilius/nihil clarius duce erudito. Nā virtus & induſtria ducis efficaciā exercitus ſicut prouerbialiter dici ſo‑let quaſi altera lance cōpenſat. Ceſareos triūphos duci potius ꝗ exercitui vetuſtas aſcripſit. Vt enī Solinus ait.quātū ſenicius aut ſergi⁹ inter milites tantū inter duces immo inter omēs ho‑mines ceſar dictator enituit. Hui⁹ ductib⁹ vndecies cētū vigin‑ti & duo milia hoſtium ceſa minas annotauit. Signis collatis quinquageſies et bis dimicauit. Marcū marcellū ſolus ſupgreſ‑ſus qui nouies & tricies pari modo fuerat preliat⁹. Ad hec nul‑lus celerius ſcripſit:nemo velocius legit. Quaternas etiā eplas perhibeť ſimul dictaſſe Benignitate adeo preditus:vt quos ar‑mis ſubegerat clementia magis vicerit.

Ceſar) eximie laudes.

Maxim⁹ inter duces ceſar.

Iulij ceſaris magna cōmendatio.

Marci marcelli in re militari cōmēdatio.

¶ Que noſtratib⁹ mala ꝓueniāt ab īdiſciplinatiōe. Ca. XVI

Sed quid maiorum virtutē replico & reuoluo. Defecit etas noſtra & fere ad nihilū redacta eſt/honoribus in‑tumeſcit:honorū neſciēs gradus:vanitate nominum delectať:cōtempta rerum veritate & fructu. Aleator auceps:qđꝙ magis mirere ſtultitiēs:et qui virilia nunꝗ tracta‑uerūt:ſed neꝗ nota habuerūt officia cum ad opera laſciuie pilo fruticāte cuteꝗ indurata tanꝗ inhabiles reprobātur: militē in‑duunt:primipilatū/ducatūꝗ affectāt:& ſeductores & doctores pollicētur officii qđ nunꝗ didicerunt. Porro nullū vnꝗ īperiū ſic virtus dilatauit:cui⁹ iſti nō ſufficiāt cōtrahere fines:aut omnino vires euacuare.ſi mihi nō credis vel operib⁹ crede. Pudet dice‑re qđ dolor eſt & ignominia ſuſtinere. Dū armata nobis mili‑tia ſtertit:dū alienā expugnāt pudicitiā ſuā proſtituūt:dū nobi‑liū circūeunt domos cōuiuia explorāt vt epulētur quotidie ſplē‑dide:dū ampullas ꝓiiciūt/& ſequipedalia verba ſine cruore tru‑cidātes ſarracenos & parthos/& ſi quid aliud hoſtili cēſeť noīe Dū hoc faciūt milites glorioſi ninicolinus indomit⁹ inſoleſcit: inermes britones intumeſcūt:ipſoſꝗ qui dicūtur palatini comi‑tes et regū ſanguine gloriātur:fere ad deditionē cōpellūt/& ꝗſi tributarios faciūt. Nō eſt qui cū eis velit manū cōſerere: aut qui velit equo marte quid valeāt experiri. Armati inermes ad cā‑peſtria ꝓuocāt: ſed inermes ad ſilueſtria:quia de ꝓpria virtute diffidit/nemo noſtrorū ꝓſequiť. Vtinā memoriter tenuiſſent qđ de ciſalpinis romana narrat hyſtoria:cuius verba ſunt hec.

Ioan. x.

Cisalpinorũ incolis animi ferarũ corpora plus q̃ humana erãt: sed experimẽto deprehẽsum est: quia sicut virt⁹ eorũ primo im petu maior est q̃ virorũ: ita sequẽs minor est q̃ feminarũ. Alpi na enĩ corpora humẽte celo educata habent aliquid simile niui bus suis. Cũ mox incaluerint pugna: statim in sudorem eunt & leui motu quasi sole laxantur. Alibi quoq;. Alpinarũ gentium feritas facile vel per mulieres ostẽditur: que deficiẽtib⁹ telis in= fantes suos afflictos humi in ora militum aduersa miserũt. Si essent plane qui ĩpugnarent niuicollinos nostros ꝓculdubio vin cerẽtur. Sed vt ait amẽtius. Nõ est qui faciat faciẽda: que fere ꝑ fici vltronea natura cõpellit. Armatã ꝓuinciã inermis/imbel= lisq; barbaries aggredit̃ depopulat̃ & vastat: et qui domui sue esurit milite nostro cedente de nr̃o satiatur: & in nostro facit lu xurie diem festũ. Nũquid enĩ nõ cedit miles qui nõ repellit ho stem irruentẽ & imminentẽ? Si vero nec amor patrie: nec rerũ damna: nec salutis ĩminẽtis ab hoste dispendiũ: vel pudoris sti mulus virtutẽ militie nostre excitare debuerat: cui iã inermis et insolens vualẽsis insultat. Prouerbialiter dici solet quia mise ra terra est: quã agaso vel mulio depopulat̃. Q; si nulla exhor= tatione virili nostri possunt milites ad virilia incitari: vel ma= tres & vxores cedentiũ eos vrgeant ad virtutẽ. Nam aliqd ta= le in priscis hystoriis inuenitur. Cũ enĩ irruentib⁹ medis acies persarũ pulsata in fugã ageretur/& omnino deficiens: nec victo rem respicere auderet/matres & vxores eorum passim obuiam fugientibus occurrunt: & mulierũ densata acie orant vt in ꝓliũ reuertantur. Nolẽtibus/sublata veste/obscena corꝑis ostendũt: rogantes viui in vteros matrũ vel vxorũ velit refugere. Hac re pressi castigatione in preliũ redeunt: & facta impressione/quos fugiebant fugere cõpulerũt. Vtinã sic faciant vxores & matres nostrorũ marchionũ: dum quacunq; occasione patriam seruent incolumẽ/& labẽ pudoris ammoueant.

De persis cõ= tra medos.

¶ Nobis a nostratibus exempla esse virtutum & quas ciuita= tes in italia ꝯdiderit brenni⁹ scd̃m ãtiq̃s hystorias. Ca. XVII.



Verum quod a nostris nunc querimus iãpridem depe= riit: & eousq; maiorũ nostrorũ ṽt⁹ manauit ad alios/ vt plenitudo diuitis vene a fonte videat̃ in riuulos de fecisse enim neq; a romanis/ & grecis tñ nobis sũt ex empla virtutis/nam & domesticis habundamus. Tradunt hy= storie brẽnũ ducẽ senonũ: qui exercitũ romanorũ apud flumẽ al bã cõfecit: ipsãq; vrbẽ romã irrupit: cepit/& cesis patrib⁹/& sub=

acta italia/inuasit greciā: vastans oia/ vniuersisq́ terribilis vsq́ ad delphici apollinis tēplū: qđ situm est in monte pernaso pcessit: ipsiusq́ apollinis appetens spolia scurriliter iocat⁹ ait. Locuple tes deos largiri hominibus oportere. Hūc inq̄ tradunt de maiori britānia que ab aduētu saxonū in insulā appellat anglia oriū dum. Apud trogū pompeium in vicesimo reperitur/ q̄a senones galli cōmilitones brēnii cū in italiā venissent: tuscos a suis sedibus expulerūt. in ea condiderūt vrbes egregias. mediolanū/ cumas/brixiam/veronā/vergamū/tridētum atq́ vicentiā. Nā q̄ vrbē senensiū senibus suis/& valitudinariis armētariisq́ʒ cōstruxerint/ nō modo fides hystorie/sed celebris traditio est/ex eo q̄ dem validior/q̄ senēses & liniamētis mēbrorū & venustate faciei/& coloris grā/moribus quoq́ʒ ipsis ad gallos & britones a quibus originē contraxerunt vidētur accedere. Licet eos vetustas tēporis/orbis plaga/ situs regionis: conuictus finitimorūʒ q̄bus sanguine & moribus diu pmixti sūt ex magna pte mutauerit. Nondū tamē colorē gallicū candorē scilicet: hec oia ad vicinorū similitudinē extermiasse sufficiunt. Greci nāq́ʒ lac galac dicūt. Vñ & galaxias lacte⁹ appellat: & galli quasi colore lactei & galathe qui quandoq́ʒ dicti sūt gallogreci: in finib⁹ grecie q̄s gallorū militia occupauit. Māsit aūt exercit⁹ ille/ brēno duce/ triūphator & sēper inuict⁹: donec insurgere aus⁹ est in deos: ipm apollinis delphicū inuadēs templū. Vbi cū incole dei opē suppliciter implorarēt: iuuenē supra modū humanū insignis pulchritudinis in delubri culmine conspexerunt. Auditus est etiā stridor arcus & strepitus armorū. Subito etiā terremotu pars mōtis abrupta gallorū strauit exercitū. Insecuta deide tēpestas est q̄ grandine & frigore saucios absūpsit. Dux ipse brēnus cum dolorē vulnerū ferre nō posset: pugione vitā finiuit. Nec moueat quēq̄ (vt dictū est) in tēplo visuʒ esse apollinē/ ad ducis inuicti audaciā coercendā: delēdūq́ʒ exercitū qui pmittēte deo/ exigētib⁹ culpis hominū: multas deleuerat natiōes. cū certū sit aerias potestates plurimū neq̄tie sue exercere in illos qui sane fidei expertes sunt: & vere religiōis ignari. Eis nāq́ʒ grā subtrahit: daturq́ʒ malignis spiritib⁹ licētia nocēdi: cū nisi dño pmittēte oino nocere non possint: nec si velit. Et sicut euāgelico docet testimonio nō īpetrata licētia nō audeāt aut queāt inuere i gregē porcorū.

Britānia magna est insula anglie.

Brēni mors.

Mar. et Luc. viij.

¶ Exempla recētium hystoriarum: & quomodo rex henricus secundus tempestatem & procellas regis stephani serenauerit & pacauerit insulam. Capm. XVIII.

ET quia brenni hystoria alicui forte nimis remota videbitur ad demonstrandā ꝟtutem gentis cui non natura/sed doctrīa exercitiū ars & forte dux deest:accedo propius & ea que fere sunt oībus nota compendioso sermone proponā. Cinidus quanta virtute anglorū dacos danosve fregerit/motusq; compescuerit noricorū:vel ex eo perspicuū est ꝙ ob egregie ꝟtutis meritū quā ibidē potenter & patenter exercuit/cantia nostra ꝑme cohortis honorē & ꝑmos ꝯgressus hostiū:vsq; in hodiernum diē in oībus preliis obtinet:ꝓuincia quoq; seueriana que moderno vsu & noie ab incolis vuiltesira vocaᵗ:eodem iure sibi vendicat cohortē subsidiariam:adiecta sibi deuonia & cornubia. Ad tēpora nostra descēdo. Rex anglorū qui ruffus cognominatus est:armis quidē strennuus: sed parū religiosus:& qui ꝑsecutione sanctorū & precipue sancti anselmi cātuarꝯ:spiculum inuidie quo suffocatus est in se visus est ꝓuocasse. Is inquā cenomānū expugnauit:comitē cepit: nec tñ dignatus est eū carcerali custodie mancipare:tātoq; opi attestabitur imperpetuū mōs barbatus/aut si alio noie censere malueris dicatur mōs barbarus aut barbarorū. Transeo ad successorē eius henricū inditū regē:qui leo iustitie appellatus est:quem si cut publice notū est nō modo vrbes:sed & turres gallie timuerūt. Sed qualiter regē francorū ꝯmisso ꝑlio fregerit & fugauerit quia ꝑcelebre est:& victorie illius in vtroq; regno:q publico prelio interfuerunt/plurimi testes extāt:ne replicare notissima tediosum sit sciēter ꝑtereo. Normānoꝝ ducē viꝝ bellicosū:armis strennuū:qui hierosolyma liberata redierat: sub vmbra nomis quomodo ceperit alieni regni ingressus terminos: referre superuacaneū credo:cū etiā iuniores eundem captum viderint in custodia publica:habita tamen estimatione dignitatis & sanguinis. Testantur hoc normānorū proceres:alii capti/alii incarcerati:alii exheredati in hodiernū diē. Sed & sepłchrū captiui ducis apud nos est. Postremo ne lōge petātur exēpla:nepos illius totius eiꝯ si collate iam gratie virtutū in finē coheserint merita rex optimus apud britannias:normānorū & aquitanorū dux felicissimus & primus tā amplitudine rerū q̄ splēdore virtutum q̄ strēnuus/q̄ magnificus/ q̄ prudēs & modestus ab ipsa(vt ita dicam) infantia fuerit:nec ipse liuor silere aut dissimulare pōt: cū opera recentia & manifesta sint:& a britanniarum finibus ad hispanie limites virtutis sue protenderit & continuauerit titulos/sc; ingenium & rerū prudentia velox:ante pilos venit:dicē

Cinidus ꝓprū nomē est cuiusdam magni ducis anglie.

Ruffus rex.

Henricꝰ ꝑmꝰ.

Henricꝰ scd's.

da tacẽdaq; callet:& potis est nigrũ vitio prefigere teca. Volẽs nãq; deus gentis ꝑuaricatricis pũire malitiã rupto federe qđ iuramento procerũ cum filia leonis iustitie firmatũ fuerat: nouorum pmisit sublimari fauorẽ:& in regno alieno regnare hominem cõtẽptorẽ boni & equi/cuius consiliũ infatuatũ est ab initio:cuius causa in iniquitate & perfidia fundata est/negligẽtez discipline:vt eo nõ tam regnante q̃ concutiente & collidẽte clerum & populũ ꝓuocarent̃ oẽs ad oĩa. Mensura nãq; iuris ius erat. Inuadens ergo regnũ exheredauit:exclusit dominũ/ pro q̃ quidẽ si fides esset in hoie/& decessorũ meritis:& ex necessitate iuramẽti/sibi fuerat moriẽdũ/vicinas studuit corrũpẽ nationes cũ principibus matrimõia cõtraxit & amicitias: ne quo dei beneficio puulus qui adhuc vagiebat in cunis ad petitionẽ hereditatis posset accedere. Plurima quidẽ aduersus innocẽtiã machinabatur. Sed in oĩbus his mẽtita est iniqtas sibi/ eoq; innotuit. quia deus verax est:ꝙ fidẽ quã deo suo dñoq; terreno nõ fuauit/ eã nequaq̃ reperit in subiectis. Eadẽ nãq; mensura remẽsum est ei/qua ipẽ aliis premensus fuerat. Ac si oẽs apud enniũ didicissent:neq; dedi neq; do infideli cuiq̃ fidem Sed cum multa male pauca bene/illud quidem pessime egit/ꝙ in cõtemptum dei in christos eius manus iniecit/nõ sine nota perfidie & proditiõis/ quã nefarii operis merito contraxit apud oẽs vt ad curiã ei⁹ exinde nemo secure accederet. Non tamen solos/& si primos ad pniciem sui cepit episcopos:sed omnibus quos suspectos habuit/ꝑditionis sue tetendit ĩsidias. At in captione episcoporũ initiũ malorũ fuit/ & ab ea die nõ defuit gladius lateri ei⁹: & facta sunt semp nouissima hoĩs deteriora priorib⁹. Quid multa? In dieb⁹ ei⁹ multiplicata sunt mala in terra:vt si quis ea summatĩ recenseat:historiã iosephi possint excedere. Venĩtamẽ se illis pueri ꝟtus opposuit:& fere ante etatẽ & mun⁹ militare/ sic malignãtiũ impetũ fregit vt theodosio iuniore quẽ hystorie conferũt alexandro qñq; dictus sit non esse/et vtinã nunq̃ inueniatur inferior. Nec mora ĩ primis adolescentie ãnis impubes adhuc militiam aggressus est/vultuq; ferociori & fortiori manu diuini auxilii hostiũ corda concussit & fregit. Statiq; insurrexerunt in eum reges francorum & anglorum/collectis viribus suis & vtroq; immanior hostis eustachius ille sororius regis francorũ/ qui ꝓpriam agens causaz nõ tam patri q̃ sibi paternũ dyadema conseruare nitebatur. Et eos quidẽ nõ modo viriliter neoptolemus noster sustinuit:sed ex maxima pte potenter supauit. Vñ

ꝑs.xxvj.

Dic đz fuisse henricus scđs de quo.ſ.

De eustachio filio regis stephani.

tactus dolore cordis intrinsec⁹ Eustachius quē p̄dixi ꝙ in vita optimū fecit reb⁹ excessit humanis:quē letātib⁹ bonis/& publice fortune cōgratulantib⁹:qm̄ hoc flagellū aliud patrie iminebat luxerūt ambubaiarū collegia:pharmacopole medici:numi balatrones:hoc gen⁹ om̄e. Ne tñ obitus ei⁹ glorie ducis nostri quicq̄ detraheret deditionē: chraumersie in cui⁹ subsidiū cū patre venerat:in manu valida & numero ampliori nimis armatus:militū instruct⁹ copia sustinuit p̄sens & vidit. Dux autē cōsilio vni⁹ premonit⁹:inter castrū qd̄ rex munierat & regis copias:suū sed longe minorē exercitū interiecit. Ne tamen hoc alienigene ascribant virib⁹ suis nostro p̄cipue milite nitebaƭ. Ad hoc demū exigentib⁹ culpis perduct⁹ est qui regnū occupauerat vt cogereƭ exheredare filiū & duci cedere regni successionē: et totius regni p̄ceres & militiam fidelitate prestita obligare. Transeo ad obsidionē chiuonis quia ibi anglos & normannos quos iā multiplex cōfederatio vniuit precipuos & magis strenuos in captione castri extitisse nullus ignorat. Nā sileo de vanneto & toto minoris britānie q̄uis grādis p̄uincia sit comitatu qui rebellis esset in hodiernū diē nisi robur gētis anglorū esset formidini. Hoc ipsum aut verit⁹/aut amore & virtute allect⁹: incertū enī est illustris blesentiū & carnotēsium comes castra q̄ pupillaris etatis tēpore amissa fuerant:ducatui normannorum restituit. Longū est si inclita gesta tanti principis enumerare p̄tendā:que sicut om̄es ammirari necesse est/ita plene describere ipossibile:nec ego virib⁹ meis arrogo in quo si iuxta p̄cedentis gratie cursum sibi diu successerint p̄spera sudare poterūt orosius:egisippus/& trogus. Ceterū adolescētie exitus aliquib⁹ suspectus est/& vtinā frustra a bonis timeatur.

Vers⁹ horatij.

¶ De honore militib⁹ exhibēdo & modestia indicenda/& qui militie artē tradiderit:et gn̄alia quedā p̄cepta eoꝝ. Ca. XIX.

QVid moror in cōmēdatione gētis:quā de natura cōstat esse laudabilē? Beat⁹ Eugeni⁹ eā ad quecūq; velet applicari dixit esse idoneam:& p̄ferendā aliis nisi leuitas impediret. Sed sicuti hānibal negabat posse vinci romanos nisi in patria sua:ita & hec dū peregrinatur inuincibilis est. Nā in sedib⁹ suis facili⁹ expugnaƭ. Hoc autē forte cōmune habet cū ceteris gētib⁹ incole britanniarū atq; italie Si recte vero fuerint instituti & doctrinā exercitatione firmauerint:honorati incedāt: habeantur patrie defensores:niteant cultu qui tñ viros deceat:nā cult⁹ lasciuior/nec in muliebri sexu

Anglici facilius expugnantur in eorū patria q̄ extra patriā:et similiter italici.

Hannibalis rñsio ad anthiocum sup ostẽsione ornati exercitus.

Ouidij vsus.

j. Macha. vj.

Rei militaris artẽ lacedemonij tradiderũt

vitio caret aut nota. Crebro nãq; cõptũ est in bellis militie: lasciuientẽ: & splendidũ apparatũ nõ tam ciuibus conferre victoriã: q̃ hostes iuitare ad predam. Vñ & hãnibal cũ apud regẽ antyochum morareẽ causa ꝓfugii facetissime cauillat⁹ est: rege ostẽtãte exercitum / insignibus aureis & argenteis florẽtẽ: inducentem currus cũ falcibus & cum turribus elephãtos: & oẽm equitatũ frenis epifiis monilibus ac faleris ꝑfulgentẽ. Cũ ergo rex cõtemplatione tanti ac tam ornati exercitus gl̃iabundus hannibalem aspexisset. Putas ne (inquit) satis esse romanis hec oĩa? Tunc penus eludens ignauiam imbelliãq; militũ eius preciose armatorũ. Plane (inquit) satis esse credo: & si romani auarissimi sint: lepide quidẽ breuiter & acerbe. Nã rex de numero exercitus & de estimanda equiparatiõe q̃sierat: & illũ liquet respondisse de preda. Deniq; si naso a militia artis sue arcet & iubet procul esse iuuenes vt femina cõptos / quis credat eos ad robustam militiã admittendos? Opifices artiũ singularũ id renĩ suarum pre ceteris ornant / a quibus se sciunt pre ceteris honorari. Vñ liquet milites oportere armis q̃ vestibus nitidiores esse. Eneas a digitis gemmas ad ensem / iutro ad pocula legiẽ transtulisse. Machabeos cõstat clipeos inaurasse & ex fulgore eorũ fortitudinẽ gentiũ dissipatam: eos tamen credibile est veste cõi fuisse contentos. Nihil est qd minus deceat militẽ q̃ cult⁹ mollior & delitie vestiũ exquisite / nisi forte cũ trasone ad munitionem thaidis expugnandã veneri deuouerit militiã suã marte cõtẽpto. Sordes quoq; vitãde sunt / & mediocritati que aureo incedit tramite / iugiter insistendũ. Hoc aũt volo ire ꝑsuasum nostratib⁹ si exerceanẽ ṽtutẽ nõ deesse: que tñ frequẽter intercidit si non disciplina firmaẽ. Artẽ vero rei militaris lacedemõii tradidisse dicunẽ. vñ & hãnibal italiã petiturus / lacedemoniũ q̃siuit ductorẽ armorũ. Qui desiderat pacẽ ꝑparet bellũ / qui victoriam cupit / diligẽter imbuat militem: qui secũdos optat euent⁹ dimicet arte nõ casu. Nemo prouocare: nemo offẽdere audeat quẽ scit superiorẽ fore si pugnet. Athenienses vnũ ꝑ ceteris mãdasse militibus / ꝑsci loquũtur annales. Miles nondũ emerit⁹ exercitio & labori iugiter assuescat. Nã hec solent in castris sanitatem / & in conflictu ꝑstare victoriam. Idẽ etiã tradiderũt / quia in peditibus robur consistit exercitus: & parũper aptum esse militie qui nisi eques sit / pugnare non nouit: verũtamen nec exerceri nec ad pugnã vocatur vtiliter cui stipendia non procedunt. Si enim subtrahas alimẽta: tibi miles obsequium negabit aut

fidē. Fames enim (vt dici solet) pugnat interi⁹: & sola hec q̄ tutissima videnť expugnat. Nescit plebs ieiuna timere. Si ꝟo alimēta ꝓcesserint nūc timore pene/nūc p̄miorū spe ad officiū incitetur. Sint vbiq̧ cāpi ductores: & militarium exercitionū magistri: & his ipsis era proueniant: & videbis in breui gentem in id virtutis esse reductā/quo vigebat: quādo maximus impatorū iulius cesar territa quesitis ostendit terga britānis. Sed & deliberatiōes castrēses fictitie tn̄ frequētius agitētur: vt in his exercitat⁹ miles cū vsus exegerit quid maxime expediat sciat eligere. Si ꝟo res fuerit seria lateat militē: eo ꝙ militare p̄ceptum est qd fieri debeat tractato cū m̄ltis/ quid vero facturus sis cum paucissimis & fidelissimis/vel potius ipse tecū. Raro enim manet absconditū: qd ad notitiā multitudinis venit. Militaria q̄q̧ p̄cepta & exēpla strennuorū in morib⁹ sepe referēda sunt: vt his ad sciētiā instruātur/illis accendanť & animenť ad ꝟtutē. Nec tamen ꝓpositū meū est rei militaris hic artē tradere: que quidē maxima est & pnecessaria/& sine qua vt verbis plutarchi vtar: mancus quilibet intelligiť p̄ncipatus. Quā si quis ediscere voluerit adeat cathonē cēsorinū/legat & illa que corneli⁹ cels⁹: que iulius ignius: que vegeti⁹ renatus/cuius eo qd̄ elegantissime & diligētissime rei militaris artē tradidit/licet exēpla pstrinxerit: plura inserui. Legat inquā que isti posteris p̄scribēda duxerūt. Hoc tn̄ in oīm artiū vtilitate ꝟsatur/ vt nequaq̄ p̄ceptis exercitium desit. Nā sicut ait cicero/in vnāquāq̧ rem dare p̄cepta facillimū est/sed eam efficaciter exequi laboriosissimū. Qꝫ ꝟo in p̄ceptis eloquentie ad herēniū scribēs de arte dicēdi asseruit: eā scilicet inefficacem & inutilem esse sine vsu & exercitatione dicendi: ad omnes artes arbitror transferendum / quatenus nō firmantur vsu/nec exercitio roborantur. Adeo quidem vt si artē vsumq̧ dissocies/vtilior fit vsus expers artis q̄ ars que sui vsum non habet. Nam & dauid in funda & lapide quorum peritiam & vsum habebat allophilum strauit/ & in baculo suo aggredi ausus est virum cunctis terribilem / & bellatorem ab adolescentia sua. Reiecitq̧ loricam regiam & arma quibus exercitatus non fuerat/ratus omnia impedimento esse militie. Quorum vsus exercitio non firmatur. Ceterum sicut ars sterilis est/ vsus ignara/ sic & vsus imperfectus est qui ex arte non prouenit. Est ergo singulorum initium a natura/qua reluctante: & (vt dici solet) in vita minerua nichil recte aggredimur. Progressus ab vsu / ab arte perfectio. Si tamen iugi exercitatione

Lucanus.

Qui de re militari scripserunt. Cato cēsorin⁹ Juli⁹ ignius. Corneli⁹ cels⁹ Vegeti⁹ renatus.



j. Regū. xvij.

fuerit solidata. Obtinet hoc in liberalib⁹: virilibus/& mechanicis/aut si que sūt quarū nondum audierim⁹ mentionē: vt ars infecunda sit sine vsu: & vsus temerari⁹ sine arte. Militia ergo sine arte iners est: inofficiosa sine vsu. Quo circa q miles esse voluerit/p̄discat artem: eāq; vsu exercitioq; firmet/vt cum electus fuerit & militie sacramēto ascriptus reipublice & sibi vtiliter viuat/& nō sit ꝑut plutarchus ait manus manca. His enim ꝟbis in institutione traiani nouissime vsus est cū a manibus ꝑlapsus est ad pedes. Sequamur ergo eū/vt sicut ipse ait quasi soccos pedibus faciam⁹: vt non offendātur ad lapidē/obicem ve alium quem multiplex ingerit casus.

¶ Qui sint pedes reipublice: & de cura eis ip̄ēdēda. Ca. XX.



PEdes quidē q humiliora exercent officia/appellātur quorū obsequio totius reipublice mēbra p terrā gradiuntur. In his quidem agricolarū ratio ꝟtitur: q terre semper adherent/ siue in sationalibus siue in cōsitiuis/siue in pascuis: siue in floreis agitera. His etiam aggregātur multe species lanificii artesq; mechanice/que in ligno/ferro ere: metallisq; variis consistunt: seruiles quoq; obsequndationes & multiplices victus acquirendi viteq; sustentande: aut rem familiarē amplificandi forme/que nec ad p̄sidendi ꝑtinent auctoritatem/& vniuersitati reipublice vsq;q̄q; ꝑficiunt. Hec aūt tot sunt: vt respublica nō octipedes cancros: sed & centipedes pedū numerositate transcendat. Et quidē pre multitudine numerari nō possunt: cū tamen non infinita sint p naturā: sed quia tā varie figure sunt: vt nullus vnq̄ officiorū scriptor in singulas species eorū specialia p̄cepta dederit. Verūtamē qđ ḡnale est oībus & singulis procuratur: vt legis.s. limites nō excedāt/& ad publicam vtilitatē oīa referantur. Debent aūt obsequiū inferiora superiorib⁹: q̄ oīa eisdem vicissim debēt necessariū subsidiū ꝑuidere. Vn̄ plutarchus ea dicit in oībus exequēda: que hūilioribus⁹.i. multitudini ꝑsunt. Nā paucitas semp pluribus cedit. Ea ergo causa instituti sunt magistratus vt a subditis iniurie propulsentur/ipsaq; respublica/quasi illorum opificio calcietur. Est eni q̄si discalciata quando iniuriis exponitur: quo nihil potest ignominiosius esse gerentibus magistratum. Afflictus nāq; popul⁹ q̄si podagram principis arguit & conuincit. Tūc aūt toti⁹ reipublice salus incolumis preclaraq; erit: si superiora mēbra se ipendāt inferioribus: & inferiora superioribus pari iure respondeant. vt singula sint quasi aliorū ad inuicē mēbra: & in eo sibi quisq; ma

Plutarchus.

xime credat esse cõsultũ: in q̃ aliis vtilius nouerit esse ꝓspectũ.

¶ Rempublicam ad nature similitudinem ordinandam & ordinem ab apibus mutuãdam. Caplm. XXI.

SCripserunt de republica & si diuerso modo cicero & plato: cum alter qualis esse debeat disseruerit: alter q̃lis fuerit a maioribus instituta. Hãc tamen vterq; & institute & instituende prescripsit formulã. vt vita ciuilis naturã imitetur quã optimã viuendi ducẽ sepissime nominauimus. Alioquin non modo inciuilis: sed potius bestialis & bruta rite censebitur. Que sit aũt nature institutio ipa rationis experientia mõstrare suffi:it. Poetarũ doctissim⁹ maro ad quẽ plutarchus suũ destinat traianũ: vt ciuilẽ vitam ab apibus mutuetur. Ammiranda canit leuiũ spectacula rerũ. Sole cõmunes natos cõsortia tecta. Vrbis habẽt: magnisq; agitant sub legib⁹ euũ. Et patriã sole certos nouere penates; vẽturecq; hyemis memores/estate laborẽ. experiunt/& in mediũ q̃sita reponũt. Nãq; alie victu inuigilant: & federe pacto. Exercentur agris: pars intra septa domorũ. Narcisi lachrimã: & lentũ de cortice gluten. Prima fauis ponunt fundamina/deinde tenaces. Suspendunt ceras: alie spem gentis adultos Educunt fetus/alie purissima mella. Stillant & liquido distendunt nectare cellas. Sunt quib⁹ ad portas cecidit custodia sorti. Inq; vicẽ speculantur aquas / & nubila celi. Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto. Ignauũ fucos pecus a presepibus arcet. Feruet opus/ redolẽtq; thimo fragrantia mella. Tum veluti lẽtis: ciclopes fulmia massis. Cũ ꝓperant alii taurinis follibus auras. Accipiũt reddũtq; alii stridẽtia tingunt Era lacu: gemit ipositis incudib⁹ antrum. Illi inter sese magna vi brachia tollũt. In numerũ versantq; tenaci forcipe ferrũ. Nõ aliter si pua licet componere magnis. Cicropias innat⁹ apes amor vrget habẽdi. Munere queq; suo grãdeuis opida cure: Et munire fauos/& dedala fingere tecta. At fesse multa referunt se nocte mĩores. Crura thimo plene pascũtur & arbuta passim. Et glaucas salices: casiãq;/crociũq; rubẽtẽ. Et pinguẽ tiliam: ferrugineosq; iacictos. Oĩbus vna quies operum/labor oĩbus vnus. Mane ruunt portis/nusq̃ mora/ rursus easdẽ. Vesper vbi pastu: tandẽ decedere cãpis: Ammonuit/tũ tecta petunt/tum corpora curant. Fit sonitus/musantq; horas: & limia circũ. Post vbi iã thalamis se cõposuere siletur: In noctem/fessosq; sopor suus occupat artus. Nec vero a stabulis pluuia impendente recedũt Longius/aut credũt sese aduentãtib⁹

ß.lib.iiii.c.i.& lib.v.c.xvii.

Fauus est mel in cera.

Thimum est herba cuius flos refert odorem.

curis. Sed circũitute sub menib⁹ vrbis aquãtur. Excursusq; breues tẽptãt & sepe lapillos. Vt cimbe instabiles fluctu iactante saburrã Tollũt/his sese per inania nubila librant. Illũ adeo placuisse apibus mirabere morẽ. Q đ nec concubitu indulgent nec corpora segnes. In venerẽ soluunt: aut fetus nexibus edunt. Verum ipe foliis natos & suauibus herbis Ore legunt: ipse regem paruosq; quirites Sufficiunt/aulasq; & cerea regna refigũt. Sepe etiam duris errando in cotibus alas Attriuere/vltroq; aiam sub fasce dederũt. Tantus amor florum/& generãdi gloria mellis. Ergo ipsas q̃uis angusti terminus eui. Excipiat/neq; enim plus septima ducitur estas. At genus immortale manet: multosq; per ãnos. Stat fortuna domus & aui numerãtur auorum. Preterea regẽ nõ sic egyptus & ingens. Lidia nec ppl̃i parthorum aut medus hidaspes Obseruant: rege incolumi mens omnib⁹ vna est. Amisso rupere fidem: ɔ̃structaq; mella. Diripuere ipse/etiã crates soluere fauorũ. Ille operũ custos: illũ ammirantur & oẽs. Circũstãt strepitu denso/stipantq; frequẽtes. Et sepe attollũt humeris: & corpora bello. Obiectant/pulchrãq; petunt per vulnera mortẽ. Reipublice oẽs auctores patrre: rerũ publicarum reuolue hystorias: vita ciuilis tibi rectius & elegantius nusq̃ occurret. Essentq; ꝓculdubio beate ciuitates si hanc sibi viuendi prescriberent formam.

¶ Q; sine prudentia & sollicitudine nullus magistrat⁹ subsistit ĩcolumis/nec viget respublica cui⁹ caput ĩfirmat̃. Cap. XXII.

Loca quoq; venerabilia si apũ insistant vestigiis via cõpendiosissima & expedita proficiscuntur ad vitã. Vide apud maronẽ fundamẽta carthaginis/& earũ collatione beate vrbis auspitia poteris ãmirari. Omniũ nãq; laborẽ cõmunẽ agnosces: & neminẽ ociari/ipamq; reginã: cuius ope/ciuitatis structura consurgit/& si labori inferiorũ manus suas nequaq̃ immisceat: oculos tamen impẽdit operi/& totius mentis exercet sollicitudinem. Nã sine prudentia & sollicitudine nõ modo respublica non procedit: sed nec minima consistit domus. Vñ in cõmendatione vlixis homerus ei comitem docet semp prudentiã affuisse: quã ritu poetico mineruã nuncupauit. Imitator quoq; illius maro/virũ insignẽ armis/& pietate describẽs/& quẽ dignũ cẽsuit vt patrẽ faceret romanoꝝ ei in recte gerẽdis oĩbus achatẽ sociauit/eo q; sollicitudo prudẽtie q̃ gerenda sunt rectissime promouet: & viro circũspecto sic negocia sepe procedunt/vt nullis insidiantiũ dolis prepediatur: & qua-

si inuisibilis via gerendorū nō publicata/ ad finem intentionis pueniat destinatū. Eleganter quidē cum nec res militaris: nec pietatis opus sine sollicitudine & prudentia valeat exerceri. Fidelis vtiq; contractus est: cum sollicitudo prudētie sociatur: quia & ingeniū perspicax retūditur ocio/& sollicitudo non pficit nisi diuitis vene fundamento nitatur. Alterius sic altera poscit opē res & coniurat amice. Sed cuiuslibet rei q̄libet recta initia nō p cedūt/minerua recedēte. Procedat tibi poeta māntuanus: q sub imagine fabularū totius philosophie exp̄mit v̄itatē. Attēde ergo nouoꝝ ciuium diligentiā. Qualis apes estate noua p florea rura Exercet sub sole labor: cū gentis adultos Educūt fetus: aut cū liquantia mella. Stipant & dulci distēdūt nectare cellas. Aut onera accipiūt veniētū/aut agmine facto. Ignauū fucos pecus a p̄sepibus arcent. Feruet opus/redolētq; thimo fragrantia mella. Ita variis tenentur occupationibus ciues: & dū sic colunt officia singulorū vt vniuersitati p̄spiciatur: dum iustitia colitur fines oīm mellea dulcedo perfundit. Verūtamen nullius rei politice diuturna est felicitas/nisi vniuersitati prospiciet caput incolume. Qd si non noueras: vel didonis docearis exemplo. Quāta enim leuitate eneas admittitur/quantā cito inuenit gratiaȝ/ homo ignotus/exul fugitiuus: cuius causa ignota est p̄sona suspecta. Quāta curiositate excepte sūt ab auribus principū fabulose narratiōes/hoīs suā euacuātis culpā: p̄priam querētis gl'iaȝ: & id captātis vñ posset auditorū subuertere mentes. Precedūt ergo ad introitū hoīs sermones blādi: illecebre laudū conciliāt hospitii grām: cōuiuiū accurati⁹ instruit oīm captata sedulitas: fabule sequūtur cōuiuia. venādi multiplicisq; luxurie leuitas comitatur incestum. Pariunt hec incēdium: desolationem ciuiū: & perpetue hostilitatꝭ prorogāt causas. Hic finis feminei & effeminati regni: qđ licet virtutis habuerit fundamentum: succedētibus prosperis minime potuit inuenire processum. Leuiter admissus est qui q̄uis ex pietatis officio/vt hospes nō fuerat excludendus: oportunius tamen fuerat eum vt aduenam nō quasi iudicem introire.

Virgil. in georgicis. li. iiij.

Genes. xix.

¶ Leuitatem sicut loquendi ita & audiendi vitādam: & quod finis voluptatis penitentia est. Capitulum. XXIII.

Omnia (inquit) fac cū ꝯsilio/& post factū nō penitebis. Preterea sicut principem leuia preferre nō decet/ sic nec facilem quidem esse ad leuia audiēda. Ait enim sapientia. Princeps qui libenter audit verba menda-

Ecci. xxxij.

Prouer. xxix.

cii:omnes ministros habet impios. Confabulationibus & conuiuiis se totis viribus immiscet venus:cuius qui prima missilia libenter admittit/quin posterioribus vulneretur graui⁹ vix euadit. Visus & alloquium:contactus & oscula:factum:sicut se precedunt ordine:ita ex necessitate doloris inferunt partum. Voluptatis siquidem finis penitentia est. Si mihi non credis vel demosteni crede:qui satis vrbane hoc laidi dr̄ respondisse. Hec aūt lais corinthia:ob elegantiā venustatēq3 forme:grandē pecuniam ꝓmerebat. Conuentusq3 ad eā diuorū hominū ex oī grecia celebres erant. Nec admittebat nisi qui dabat que poscebantur. Poscebat aūt illa nimiū quantū. Hinc natū est freqūs illud ꝓuerbiū apud grecos:frustra quis corinthū tendit ad laidē nisi queat aut velit dare quod poscitur. Ad hāc ille demostenes clāculo adit/& vt copiā sui faceret petit. At lais hoc quantum poposcit/quod nostratis nūmi denariū faciat decies mille. Equaturq̄ medietati talēti maioris qđ nostratis denarii vigīti milia claudit. Tali petulātia mulieris atq̄ pecunie magnitudine ict⁹ expauidusq̄ demostenes auertitur. Et discedēs ego (inqt) penitere tanti nō emo. Vis ne proximiora? Nosti quis dixerit quia habet hoc voluptas omnis/stimulis agit fruentes:apūq̄ parvo lantiū/vbi grata mella fudit:fugit & nimis tenaci ferit icta corda morsu. Initia nāq̄ cupidinis dulcia sunt super mel & fauum: at nouissima eius quouis absinthio amariora. Quis est eni finis confabulationis cōuiuiorum & explete libidinis nisi pira incensa & que in omnes ciues desolationis incendia spargit?

Demostenes.

De hoc in lib. de vita ⁊ mori. phi. demostenes. ⁊c̄.

Prouerb. v.

Pira est rog⁹ ardens.

¶ Vitia potestatum ferenda sunt eo q̄ in eis auspitia publice salutis constant/& q̄ dispensatores salutis sunt sicut stomach⁹ in corpore animali nutritiua dispertit:& hoc ex sententia domini adriani pape quarti. Capitulum. XXIIII.



Ade (inquit) salomon ad formicam/o piger/ vt ꝓuidentia habeatur. At philosoph⁹ mittit virū politicū ad apes vt ab illis suū discat officiū:cui si tyrii acquieuissent nequāq̄ luxurie indulsissēt:& de gentis incolumitate perpetua gauderent. Sed quia vitium in muliere domina radicauit/effeminati ciues subduxerunt colla virtuti. Porro & si in officio virtutum sit remissior principatus: colēdus est tamen & sicut apes in humeris regem suum attollunt: ita subiecti quos pedes & membra esse prediximus dūmodo pernicio sus vitiis non sit omnimodum ei exhibeāt famulatum. Nam & si laboret vitiis ferendus est / tanq̄ in quo salutis auspitia

Prouerb. vi.

Ezechie. xxvi. xxvii. et. xxix. Mat. xi. Lu. x

prouincialibus extant. Rege incolumi mēs oībus vna. Amisso rupere fidem. Illirici & traces quotidiano exercitio idurati: gloria bellice laudis finitimos macedōes terrebant. Qui ꝑlio pulsi rege suo regis defuncti filio in cunis prolato & pone aciem posito: acrius certamen repetiere: tāq̄ ideo victi fuissent ꝙ bellātib⁹ defuerat auspitia regis sui victores futuri: vel ꝓpterea ꝙ ex superstitione vel fide/animum vincendi ceperāt. Nam & miseratio infantis eos tenebat/quem si victi essent captiuū de rege facere videbantur. Conserto itaq; prelio magna cede illiricos fuderūt: ostēdentes hostib⁹ suis priore bello/regē/nō ꝟtutē macedonib⁹ defuisse. Quanti ergo esse debet iā ꝓuectus etate & dignitate/ si tanti habeatur vtroq; ꝓuehendus? Licet aūt durius videatur tractare populū/tamē auctoritas dignitatis & vtilitas officii debent ꝓuincialium aīos mitigare. Memini me causa visitādi dominū adrianū pontificē quartū/qui me in vlteriorē familiaritatem admiserat: ꝓfectū; in apuliā. Māsiq; cū eo beneuēti ferme tres mēses. Cū itaq;(vt fieri solet) inter amicos/sepe super plurimis cōferrem⁹/& ipse quid de se & eccl'ia romana sentirēt homines a me familiari⁹ & diligētius quereret: ego apud eū vsus spūs libertate: mala que in diuersis ꝓuinciis audierā patenter exposui. Sicut enī dicebat̃ a mltis romana eccl'ia q̄ mater oīm eccl'iarū est se nō tā matrē exhibet aliis q̄ nouercā. Sedent in ea scribe & pharisei ponentes onera importabilia in humeris hominū que digito non contingunt. Dn̄antur in clero/nec forma fiūt gregi qui recto calle ꝑgit ad vitā: ꝓciosam suppellectilē congerūt/auro & argēto onerant mēsas: sibi etiā ab auaritia nimis ꝑci. Nā paup aut nullus aut rarus admittit̃ quē interdū non tā xp̄us q̄ vana gloria introducit. Concutiunt ecclesias: lites excitant/collidunt clerū & populū: laboribus & miseriis afflictoꝝ nequaq̄ cōpatiūtur: ecclesiaꝝ letantur spoliis/& questū omnē reputant pietatem. Iustitiā nō tam ꝟitati q̄ ꝓcio reddūt. Omia nāq; cū precio hodie/sed nec cras aliqd sine ꝓcio obtinebis. Nocent sepius & in eo demones imitant̃: ꝙ tunc ꝓdesse putant̃ cū nocere desistūt exceptis paucis q nomē & officiū pastoris iplēt. Sed & ipse roman⁹ pontifex oībus grauis & fere itolerabil' est. Preterea oēs arguūt ꝙ ruentibus & collabētibus ecclesiis quas patrū cōstruxit deuotio/altaribus quoq; icultis: palatia exstruit & ipe nō modo purpuratus: sed deaurat⁹ incedit. Pallatia splēdent sacerdotū: & in manibus eorū xp̄i sordidatur eccl'ia. Prouinciarum diripiunt spolia/ac si thesauros cresi studeant reparare.

De macedonibus aduersus ylliricos & traces.

Adriani pape pulchra hystoria.

Matth. xxiii.

i. Petri. v.

Sed recte cũ eis agit altissim⁹:qm̃ & ipi aliis & sepe vilissimis hominibus dati sunt in direptionem. Et(vt opinor) dũ sic in in
Matth.vij. uio errauerũt/nunq̃ deerit eis flagellũ dñi.Os siquidẽ dñi locu=
Mar.iiij.r.vij tum est:quia quo iudicio iudicauerint iudicabuntur: & sua mẽ=
Luce.vj. sura remetietur eis. Antiquus dierũ mentiri nõ nouit. Hec in=
quã pater/loquitur populus:quandoquidẽ vis vt illius tibi sen=
j. Paral.xxj. tentias proferam? Et tu(iquit)quid sentis? Angustie inq̃ sunt vndiq3. Vereor enim ne mendacii vł adulationis contraham notã:si solus populo ꝓdixero. Sin aũt/reatum vereor maiestat( ne tanq̃ qui os meum in celum posuerim crucẽ videar meruisse verũtamẽ quia guido sancte potẽtiane presbyter cardinalis po pulo testimoniũ ꝑhibet:ei vsq3quaq3 cõtradicere non presumo: Asserit enĩ in romana ecclesia quandã duplicitatis esse radicẽ
j.ad Thim.vj & fomẽtum auaritie que caput & radix est oĩm malorũ. Neq3 id quidẽ in angulo:sed cõsidẽtib⁹ fratrib⁹ sancto eugenio p̃siden te qñ aduersus innocentiã meã ferẽtini gratis excanduerat hoc publice ꝓtestatus est. Vnũ tamẽ audacter conscientia teste ꝓ= fiteor:quia nusq̃ hõestiores clericos vidi q̃ in eccl'ia romana/aut qui magis auaritiã detestentur. Quis bernardi redonẽsis sãcto rum cosme & damiani dyaconi cardinalis cõtinẽtiã contẽptũq3 pecunie nõ miretur?. Nondũ natus est a quo munus acceperit. Q đ tñ a cõmunione fratrũ sinceriore iure proueniebat:interdũ accipere persuasus est. Quis non stupeat epm̃ prenestinum qui scrupulũ conscientie metuẽs:& a participatione bonorũ cõmu= niũ abstinebat? Pluriũ tanta modestia:tanta grauitas est:vt fa bricio non inueniantur inferiores:quẽ agnita salutis via modis omnibus ãtecedunt. Quia ṽo instas/vrges/precipis:cũ certum sit qđ spiritui sancto mẽtiri nõ licet:fateor quia qđ p̃cipis facien= dum est:& si nõ sitis oẽs operibus imitandi. Nã qui a doctrina vrã dissentit aut hereticus aut scismaticus est: sed deo propicio sunt/qui nõ omniũ nostrũ opa imitent̃. Paucorũ ergo labes sin ceris maculam & vniuersali eccl'ie infamiã ingerit:& in ea opi= nione ideo frequentius moriunt̃ ne totam corrũpant ecclesia3. Sed & boni rapiuntur interdum ne malicia immutentur/& qa
Nõ qđ dicit de Roma. roma corrupta apud deum his reperitur indigna. Tu ergo qui id habes officii/quere & insere humiles/vane glorie & pecũie contẽptores. Sed timeo ne dũ pergis querere que vis:ab impru dẽte amico audias que nõ vis. Quid est pater qđ aliorũ discut( vitã & teipm̃ minime pscrutaris? Oẽs applaudunt tibi/ pr̃ om= niũ vocaris & dñs:& capiti tuo infundit̃ om̃e oleũ peccatoris.

Si ergo pater es quare a filiis mūera & retributiōes expectas? Si dn̄s/quare romanis tuis timorē nō incutis:& temeritate repressa eos ad fidē non reuocas? At vrbē vis ecclesie tuis muneribus cōseruare. Nūquid eam sic siluester muneribus acq̄siuit? In inuio pater es & non in via. Eisdē est conseruāda munerib⁹ quibus est acquisita. Q đ gratis accepisti gratis dato. Iustitia regina ꝟtutū est:& erubescit quouis ꝑcio ꝑmutari/si gratiosa futura est:si gratuita. Nequaq̄ ꝓstituatur ad ꝑciu₃: que corrumpi nō potest. Integra est & semp incorrupta:dum premis alios/& tu'grauius apprimeris. Risit pontifex/& tāte congratulat⁹ est libertati:ꝑcipiens vt quotiens sinistrū aliquid de ip̄o meis auribus insonaret/hoc ei sine mora nunciarē. Et cū plurima nūc pro se nūc contra se respondisset apologū huiusmōi mihi proposuit Ait ergo. Accidit vt aduersus stomachum membra oīa totius corporis conspirarent/tanq̄ aduersus eum qui voracitate sua labores oīm exhauriret. Nō satiatur oculus visu/auris auditu/laboribus insistunt manus : pedes ab itinere callum induunt: ipsaq₃ lingua vtiliter/& sermonem & silentium moderatur. Omnia deniq₃ membra publicis inuigilant commodis : & in tanta sollicitudine omnium & labore solus quiescit venter: & cū omnia parata fuerint que labor multiplex acq̄siuit solus omnia deuorat & consumit. Quid multa? Condixerunt : vt a laboribus abstinerēt & graui inedia conficerent illū inertē & publicū hostem. Exacta est sic vna dies. secuta est altera tediosior:tertia adeo perniciosa fuit:vt fere omnibus defectū indiceret. Vrgēte itaq₃ necessitate fratres itē in vnū cōuenerūt acturi de salute sua & publici host( statu. Cū ergo oēs assisterēt:oculi lāguerēt: pes molē corporis nō erexit. Torpebāt brachia:sed & ip̄a lingua iners/& deficienti palato sociata/causam communem exponere non presumpsit. Ad cordis ergo consilia omnia redierunt: ibiq₃ habita deliberatione ratio patefecit:quoniam hec mala ingerebat qui ante denunciatus fuerat public⁹ hostis. Ex quo enī ei tributa subtracta sunt: & ip̄i quasi publicus dispensator oībus alimenta subduxit. Et quia nemo potest sine stipendiis militare/cum stipendia non procedunt:debilitatur & frangitur miles Sed nec in dispensatorem poterat culpa refundi/qui quod non acceperat minime potuit aliis erogare. Longeq₃ tutius esse/ vt ei quod distribuat ministretur:q̄ illo euacuato omnia membra esuriant. Factū est ita: & suadente ratione implet⁹ est venter:& refocillata membra:& pax oīm reformata. Absolut⁹ est

Matth.x.

j.Corin.ix.

itaq; stomach⁹ qui licet vorax sit & auidus alieni: nõ sibi tamen petit sed aliis que eo exinanito nequeũt sustẽtari. Tale est inq̃t frater si recte attẽdas in corpore reipublice vbi licet plurimũ ap petat magistrat⁹: nõ tam sibi q̃ aliis coaceruat. Si eni exinanit⁹ fuerit: nihil est qđ mẽbris valeat ĩpartiri. Nam stomachi in cor pore & principis in republica idem officiũ est. Iuxta illud quin-

Quit⁹ seren⁹. ti Sereni. Qui stomachũ regẽ totius corporis esse cõtendunt: vera niti ratione videnẽ. Hui⁹ enĩ validus firmat tenor omnia mẽbra. At cõtra eiusdẽ frangũtur cuncta dolore. Quinetiã nisi cura iuuet vitiare cerebrũ. Fertur & integros illinc auertere sen sus. Noli ergo neq; nostrũ/neq; seculariũ principũ duritiã meti-ri: sed omniũ vtilitatẽ attende.

❡ De coherentia capitis & mẽbrorũ reipublice: & ꝙ princeps quedã imago deitatis est/& de crimine lese maiestatis qualit̃ scʒ cõmittitur & puniẽ/& de his que sunt in infidelitate seruan da. Capitulum. XXV.

Mihi vero satisfactum est & persuasus sum deuotos hu meros supponere potestati. Nec modo fero eam: sed grata est dũ deo subiecta est: & illi⁹ ordinẽ sequitur. Alioquin si diuinis reluctetẽ mãdatis: & me theoma-chie sue velit esse participẽ/libera voce respõdeo deũ cuiuis ho-mini preferendũ. Sic ergo cohereant inferiora superioribus: sic vniuersa mẽbra se subiiciant capiti vt religio seruetẽ incolumis Rem politicã legiẽ socrates instituisse/& in eam dedisse prece pta: que a sinceritate sapiẽtie quasi quodã fonte nature manare dicitur. Hoc autẽ in summa colligiẽ vt que in republica humi liora sunt maiorũ officio diligẽtius cõseruẽtur. Institutionẽ tra iani cui⁹ mẽtio superi⁹ facta est diligẽtius relege: & hec latius cõscripta inuenies. Nobis autẽ hec de vnitate capitis & mẽbro rum ad p̃sens dixisse sufficiat. Hoc adiecto ꝙ premisim⁹ ꝙ lesio capitis (vt predixim⁹) ad om̃ia membra referẽ/& cuiusq; mẽ-

ff. ad le. iul. ma iesta. l. j. bri vulnus iniuste irrogatũ ad capitis spectat iniuriã. Ceterum ꝙ aduersus caput/aut vniuersitatẽ membrorũ dolo malo mali cia p̃sumit: crimen est grauissimũ & ꝓximũ sacrilegio: quia si-cut illud deũ attentat: ita & istud principẽ quẽ cõstat esse in ter-ris quãdam imaginẽ diuinitatis. Et ex eo quidẽ maiestatis di-citur crimen: qđ persequiẽ illi⁹ imaginẽ qui solus sicut illustris comes legecestrie Robertus modeste ꝓcõsulatum gerẽs apud britãnias dicere cõsueuit: vere & ingenue maiestatis retinet ve ritatẽ: puta cũ quis aduersus principis securitatem aut populi/

quid molitur siue per se siue per aliū. In hui⁹ autē pſecutiōe omnibus equa ꝯditio est/& plerūqꝫ fit vt nec mortis bñficio in his etiam quos nemo conuenit in vita liberētur: sed cōuictis mortuis illorū dānatur memoria:& bona successoribus auferuntur. Nā ex quo sceleratissimū quis consiliū cepit/ex inde quodāmodo sua mente punitus est. Ex quo quis tali consilio tale crimen cōtraxit:neqꝫ alienare/neqꝫ manumittere posse ꝯstat: nec ei soluere iure debitorē. Famosi quoqꝫ qui al̄as ius accusandi non habent sine vlla dubitatione hic admittuntur:sed & milites q al̄as causas defendere non possunt. Nā qui pro pace excubant mag(magisqꝫ ad hāc accusationē admittendi sunt. Serui quoqꝫ dños licenter deferunt:& liberti patronos. Hoc tamen crimen a iudicibus nō in occasionē ob principalis maiestatis venerationē habendū est:sed in veritate. Nā & spectanda est persona an potuerit facere & an fecerit/an cogitauerit:& an āteq̄ hoc presumpserit sane mentis fuerit. Nec lubricū lingue ad penā facile trahendum est. Q̄q̄ enim temerarii pena sint digni tamen & illis parcendum est/si tamen tale sit delictum qđ vel ex scriptura legis descēdat / vel qđ ad exemplū legis vindicandum est. Audiunt & mulieres in lese maiestatis questione. Nā cōiurationē sergii kateline iulia mulier detexit:& marcū tulliū cōsulē in iudicium eius instruxit. Tormentis quidem subdēdi sunt/si hec ratio necessitatis aut vtilitatis inducat/qui criminis huius rei esse credūtur cū illis quorū consilio atqꝫ instinctu ad accusationē visi sūt accessisse. vt ab oībus commissis consciis vindicta possit instituta reportari. Sūt aūt plurima que maiestatis informāt crimē. vt si de morte principis tractetur aut magistratuū/aut arma qs ꝯtra patriā tulerit/aut relicto ṕncipe de publico bello profugerit/aut cōcitatū in seditionē aduersus rempublicam sollicitauerit populum:cui⁹ve opera dolo malo hostes populi reiqꝫ publice/cōmeatu:armis/telis:pecunia/quave alia re adiuuantur: vł ex amicis reipublice fiunt hostes/cui⁹ve dolo malo opa factū erit quo magis obsides pecunia dentur aduersus rempublicam: quominus etiam gēs extranee regionis reipublice obtemperet fecerit. Itē qui confessum in iudicio reum ꝓpter hoc in vincula coniectum emiserit/& in hūc modū plurima que longū aut impossibile est enarrare. Sed quia forma fidelitatis in eo ṗ ceteris seruare oportet/pauca sunt ex quibus quid nō liceat ꝯmodissime colligi pōt. Necessarii nāqꝫ cōtrariū/impossibile est:& ei qđ oportꝫ fieri/ sola illicita contradicūt. Exigit aūt fidelitatis forma/q̄ necessario

ff.ad.l.iul.maiesta.l.fi.et.C.eo.tit.l.vl. vbi habent sequētia.

ff.ad.l.iul.maiest.l.famosi.

C.ad.l.iul.maie.l.si quis alicui.

Ea q̄ sequunt colligunt ex.l.j.ij.iij.ꝛ.iiij.ff.ad.l.iul.maie. vsqꝫ ibi emisit

fidei sunt inserta:incolume tutum:honestū:vtile:facile: possibi le ne cui fidelitate tenemur astricti incolumitatē ledam⁹ corpo ris:aut munitiones quibus tutus est detrahamus:aut presuma= mus cōmittere vnde honor aut illi⁹ vtilitas minuatur: sed neq̧ id qđ facile est/difficile fieri licet/aut qđ possibile est/impossibi= le. Preterea qui beneficiū:ab eo cuius fidelis est:possidet/gerē= dis eius auxiliū & cōsiliū debet. Vnde quantū omnium dn̄o de beatur/sole clarius lucet si tātū debetur his quibus sola fidelita= te tenemur astricti. Sed & pena huius criminis tāta est: vt non facile crediderim/nec a dominis insularū qui frequentius tyran nidem induunt:seuerius quippiam excogitari posse. Et ne a ty= rannorū seuitia pene seueritas processisse credatur:ipsius mode stissimi iuris verba pro parte posuim⁹. Ait ergo. Quisq̧s cum militibus/vel cū priuatis/vel barbaris etiā scelestē inierit factio= nem:aut facinoris ipsi⁹ susceperit sacramētū:vel dederit: de nece etiā illustriū virorū:qui ꝯsiliis & ꝯsistorio nostro intersūt senato rū etiā:nam & ipsi pars corporis nr̄i sūt:vł cuiuslibet postremo qui nobis militat cogitauerit:eadē enī seueritate volūtatem sce leris qua effectū puniri iura voluerūt. Ipse quidē vtpote maiesta tis reus gladio feriať:oibus bonis eius fisco nr̄o addictis. Filii ꝟo eius quib⁹ vitā imperatoria specialiť lenitate cōcedim⁹(pa= terno enī deberēt pire supplicio) in qb⁹ paterni hoc est heredita rii criminis exēpla metuūtur/a materna vel auita oim etiā pxi morū hereditate ac successione habeanť alieni: testamenti ex= traneorū nihil capiant/sint perpetuo egentes & pauperes:infa= mia eos sēper paterna comiteť. Ad nullos vnq̄ honores:ad nul la prorsus sacramenta perueniant. Sint postremo tales/vt his ppetua egestate sordētibus sit & mors solatiū/& vita suppliciū. Deniq̧ etiā iubem⁹ eos notabiles esse sine venia: qui p talibus vnq̄ apđ nos interuenire p̄sumpserint. Ad filias sane eoꝝ q̄lib; numero fuerīt:falcidiā tm̄ ex bonis matris siue testata siue inte stata defecerit volum⁹ puenire/ vt habeant potius mediocrem filie alimoniā q̄ integrū emolimētū & nomē heredis. Mitior enim circa eas debet esse sententia/ quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse ꝯfidim⁹. Vxores sane predictorū recupera ta dote si in ea cōditione fuerit/vt que a viris titulo donationis acceperūt filiis debeant reseruare: tēpore quo vsusfructus assu= mitur:oīa ea fisco nostro se relicturas eē cognoscant/ que iuxta legem filiis debebanť. Falcidia etiā ex his reb⁹ filiabus tm̄ non etiā filiis deputeť. Id qđ de p̄dictis eorūq̧ filiis cauimus etiam

C. ad. l. iul. maiesta. l. q̄squis. et integraliter hic poniť ⁊ durat vsq̧ ad fi. hui⁹ ca.

de satellitib⁹ consciis ac ministris filiisq; eorū simili seueritate censemus. Sane si quis ex his in exordio inite factionis studio vere laudis accensus ipse prodiderit factionē: & p̄mio a nobis & honore donabitur. Is vero qui vsus fuerit factione: si tamē in cognita adhuc consiliorum archana patefecerit: absolutiōe tñ & venia dignus habebitur.

¶ Q̄ vitia ferenda sunt aut tollenda: & a flagitiis distant & generalia quedam precepta de officio principis/& breuis epilog⁹ quanta sit ei reuerentia exhibenda. Capm̄. XXVI.

HEc quidē pauca de multis excerpta de sincera vena iuris presenti opusculo curaui inserere: q̄ & iuris ignari a maiestatis crimine seip̄os longius amouerent his īspectis: & ne quisq̄ meip̄m calūniet in aliquo aduersus auctoritatē principis quippiā p̄sūpsisse. Dici solet quia sine lesione vnguiū non facile remouetur robur a subere: sed multo equius & citius leditur quisquis obsequiū membrorū seiūgit a capite. Vigeat semp excellētia capitis: quia in eo toti⁹ corporꝭ cōsistit salus. Varro in satira que manipea inscribitur: & de officio matrimonii instituta est ait. Vitiū coniugis aut attollendū est aut ferendū. Qui tollit vitiū: cōmodiorē coniugē prestat Qui fert/seip̄m efficit meliorē. Sic p̄ncipis & subiectorū vitia aut ferēda sunt aut tollenda. Horū quippe ꝯfederatio affectum cōiugii aut equat aut p̄cedit. Sed & ip̄a varrōis ꝟba ferre & tollere: lepide quidē cōposita sunt. Apparet aūt quia tollēdi nomē correctiōis est nota. Cōstat equidē ei⁹ esse sentētiā: vt feraṫ q̄d tolli nō p̄ot. Hoc tñ fidelis adiicit interp̄tatio vt vitiū itelligaṫ: q̄d honeste ferri p̄ot & religione icolumi. Vitia enī flagitiis leuiora sūt: & sūt nōnulla que nō ferri licet: aut que fideliter ferre nō possūt. Ex causa fornicationis licēter diuertit cōiūx a cōiuge: & plerūq; patron⁹ est turpitudinis qui crimē celat vxoris. Inde est forte: q adulterā retinet: stult⁹ & impi⁹ est. Hec aūt i mechia corporali & sp̄ūali q̄d ad aliquid eque obtinent: & si deterior sit sp̄ūalis & studiosius declināda. Similiter & in mēbrorū ꝓpage ferēdi: aut tollēdi: varronis est regula admittēda. Nam q̄m mēbra creari oporteat nemo ābigit: siue in fomento olei siue in austeritate vini: quod samaritanus infundit vulnerato/ꝓcedat cura. Q̄ aūt tollenda sint: ex eo liquet q̄d scriptum est. Si ocul⁹ tu⁹ vel pes scandalisat te erue eū & proiice abs te. Hoc in membris omnibus/principi arbitror obseruādū: vt nō modo eruāṫ/ abscidanṫ & procul eiiciātur/ si fidei aut publice saluti dētur in scan=

Prouerbiū.

Mat. v. ₇. xix.
xxii. q. i. ca. i. et de iureiurā. c. quēadmodū.

Mat. v. ₇ xviii
Marci. ix.

daliũ:sed ita conterantur vt in exterminio vnius vniuersorũ incolumitas ꝓcuretur. Cui inquã ꝑcet:qui etiã in oculos suos seuire ꝑcipitur? Vtiq3 nec auris/nec lingua: aut si quid aliud in corpore reipublice degit/secuꝝ est:si insurgat in aĩam/ob gratiam cuius ipsi oculi effodiuntur. Cũ autẽ deus offenditur:ab vsu criminũ:aut ecclesia cõculcatur/totius aĩe piclitatur salus. Quod ita alienũ est ab officio principis:vt quotiens ista ꝓueniũt in republica:aut oĩno non sentire credatur priceps:aut dormire / aut in diuersorio esse. Sol eminet vniuersis vt cuncta videat: & diiudicet vniuersa. Solẽ/alterũ principem esse credo. Recte itaq3 facit cũ ignauũ fucos pecus a presepibus arcet:qui aluearia spoliant/& quicquid dulce est ebibunt aut asportãt. Recte facit cũ ecclie ꝓmouet culmẽ/cũ religionis dilatat cultum: cũ superbos humiliat & exaltat humiles/munificus in egenos: in copiosos frugalior/cũ virtutes premio & vitia equa penarum lãce remunerat:cum iustitia vsq3quaq3 ante eum ambulat:& ponit in via prudentie aliarũq3 virtutũ gressus suos. Equidem/sic petit̃ celum vt nõ ferat ossan olipus. Sũmaq3 peliac⁹ sidera tãgit apex. Inquit sapientia. Ne gloriosus appareas coram rege:& in loco magnorũ ne steteris. Eoq3 spectat sapientis edictum vt q̃squis nõ humiliatur in facie principis/merita confusione obduct⁹ gloria quam vsurpauit dignus est spoliari. Honorum siquidẽ distributor est:& dũ recte ministrat principatu3: penes eũ est ꝑpetua dispensatio munerũ. Recte quidẽ ministrat:cum eo presidente letantur populi:& in regno equitatis totius terre latitudo exultat. Perpetua inquã quia vt scriptu3 est. Rex qui iudicat in veritate pauperes:thron⁹ eius in eternum fundabitur. Quis ergo ei honorem detrahat quem audit a domino perpetuo munere honoratum? Plane in insensibilẽ principis statuam quicq̃ ꝑsumere/quandoq3 crimen extitit maiestat' & morte acerbissima put veteribus placuit puniendum. Quis ergo in imagine3 dei que est princeps/malicia presumente offendit? Proinde cõsilio sissimum est illud sapiẽtis. In cogitatione tua regi ne detrahas & in secreto cubiculi tui ne maledixer' diuiti:quia aues celi portabunt vocem tuam/& qui habet pennas annunciabit sententiã Nunquid ergo quicq̃ licebit in opere aut verbo:cũ & ipsa cogitatio cubiculiq3 secretu3/& sententia cordis arceat̃ ne quid moliatur aut concipiat aduersus principem?

¶ Q̃ gnatonici peruertunt omnia:nec vera fateri patiũtur: & q̃ eis exemplo marsie corium detrahendum est si sapiant diui

iij. Reg. xviij.
Principis cõparatio ad solem.

Nota spãlia opera fiẽda p principem.

Prouer. xxv.

Prouer. xxix.

ff. ad. l. iul. mai. l. q statuas.
Nõ arceri cogitationẽ & secretũ cordis ꝯ principem.

tes:et ꝙ calũniatores pauperũ de⁹ ipse pſequit̃. Ca.XXVII.

Ceterũ si gnatoni creditur quisquis non arridet diuitibus etiã cum malefecerint/aut nõ applaudit in pessimis eorũ videt̃ aut inuidere fortune/aut officio non deferre. Nã apud gnatonicos veritatis eloquium/crimen est maiestatis. Impetrata tamen venia vnũ pro membris in auditu capitis insero:nõ tñ ego sed spũs sapientie:spũs veritatis/spũs sanct⁹. Qui obturat aurẽ suam ad clamorẽ pauperis et ipse clamabit & nõ exaudietur. Nõ equidẽ exaudietur a capite suo qm̃ caput eius xp̃s est:et in xp̄o deus:& deus xp̄us. Qui liberat pauperẽ a potente/& cõfringit om̃ia intumentia regna terrarũ. Lapis p̃cisus de mõte sine manibus:eripiens inopẽ de manu fortiorũ ei⁹:egenũ et pauperẽ a diripiẽtib⁹ eum. Si ergo quisq̃ quicunq̃ sit ille insurgit in eos quorũ patronus imo pater est xp̃s:proculdubio in seipsum prouocat lapidem/quo irruẽte cõminuta est statua:quã vidit nabuchodonosor: q̃ regnorũ varii splẽdoris & roboris seriem figurabat. Nec pficit in tortura pauperũ multiplicare vota:& quasi de⁹ munerib⁹ corrũpi queat:eũ stipulatis potius q̃ veris ab impenitente elemosinis attentare: cũ sapiẽtia pꝛtestet̃. Quia ruina est hoĩ deuotare sctõs & post vota retractare. Et illud. Hostie ĩpiorũ abominabiles dño:quia offerũtur ex scelere. Et qui offert sacrificiũ de rapina pauperis: quasi filiũ imolat patri. Nec mihi imputet̃ si de manu eorum fratern⁹ sanguis exquirit̃/aut operũ suorũ reportant premia in eadẽ mensura quã ipsi intulerũt:qm̃ nõ ego sed altissimus dicit: et facit hec om̃ia. Ego quidẽ nõ tantum bonis & modestis:sed etiã discolis arbitror seruiendũ in om̃i humilitate & reuerẽtia: fideliter tamen & in cultu potestatis deũ venerãdum/a quo est instituta. Vnde & hebrei p̃cipiũtur orare p babiloniis:quia in pacẽ principũ quies est populorũ. & xp̃s ipse cesari tributa/a fidelib⁹ censuit esse soluẽda. Om̃ia tñ peruertit gnato & eo iudice/veri pfessio/maiestatis crimini coequat̃. Dignus plane cui alumnus apollinis id est sapiẽtie cultor pellem detrahat:exemplo marsie. Qui dũ cõtẽdit phebũ superare canẽdo victus/indumẽto nature spoliat̃ Eũ nãq; adulatorũ factio imitat̃:et infelicem satyrũ ĩplet dũ numina sua(fortunatos loquor)vanis laudibus velut instrumẽtis musicis nõ tam superare molit̃ q̃ excecare. Semper quidẽ iuuenescit in vitio que nunq̃ grauitate sensuum maturatur leuis:lasciuã loquax:et que ad omnem auram quauis arundine citius agitatur.

Prouerb.xxi.
ps.lxxi.
Dani.c.ii.
Ibidem.
Prouerb.xx.
Prouerb.xxi.
Ecci.xxxiiii.
i.Petri.ii.
Matth.xxii.
Marci.xii.
Marsie.

¶ Auctoritate socraticorum quando quis de suo cõmẽdatur: & quando sit aliena laudatio. Capitulum. XXVIII.

Tibicines sũt in simphonia cantantes.

Et licet hi tibicines vanitatis/aliorum supplantationi semper insistant/in cõmendatione illius quod maxime suũ cuiusque est: aut rari⁹ occupant aut min⁹. Tũc enĩ quisque maxime & de suo cõmendatur cũ ad sapientie laudes lingua predicantis accedit Cetera nãque oĩa aliena sũt

Sapientia est bonum dei.

suũ est cuiusque qđ sapit. Suum inquã nõ tamen a se/ sed ab eo cuius munus est: quicquid laudem meretur in hoĩe. Et hic quidem non est meus sermo: sed quẽ oĩm sapientũ cetus concelebrat/& quẽ in libro qui inscribitur de deo socratis facile est ĩueniri. Cuius verba ꝓpter elegantiam sensuũ & orationis lepidã venustatem curaui inserere. vt his que scribuntur prõptius adhibeatur fides/cũ de purissimo fonte maiorũ eadem profluxisse cõstiterit.

Apuleius.

Ait itaque apuleius. Nihil eque miror q̃ cũ oẽs & cupiãt optime viuere. & sciant non alia re viui q̃ animo nec fieri posse quin vt optime viuas: animus colendus sit/tñ homines animũ suũ non colant. At si quis velit acriter cernere/oculi curãdi sũt/quib⁹ cernitur. Si velis perniciter currere: pedes curandi sunt qbus curritur. Itidem. Si pugillare valde velis: brachia vegetanda sũt quibus pugillatur. Similiter in omnib⁹ mẽbris ceteris cuique sua cura ꝑ studio est. qđ cum facile omnes perspiciãt: nequeo satis me cum reputare: & prouidere vt res est ammirari/cur nõ etiã animũ suum ratione excolant. Que quidem ratio viuendi/oĩbus eque necessaria est: non ratio pingendi/ nec ratio psallẽdi: quas quiuis bonus sine vlla animi vituperatione: sine turpitudine/ sine labore contempserit. Nescio vt sibi menias tibiis canere: sed non pudet me tibicinẽ non esse. Nescio vt appelles colorib⁹ pingere: sed non pudet me non esse significum. Et idem in ceteris artibus si omnes persequar/licz tibi nescire: nec pudet. Enimuero dic sodes/nescio bene viuẽ. vt socrates. vt plato. vt pythagoras vixerũt. nec pudet me nescire bene viuere. Nunq̃ hoc dicere audebis. Sed in primis mirandum est: ꝙ ea que minime volũt nescire discere tamen negligunt: & eiusdem artis simul disciplinã & ignorantiam detrectãt. Igitur quotidiana eorũ era dispũgas inuenies in rationibus multa prodige profusa & in semet nihil: in sui dico demonis cultum: qui cultus non aliud q̃ philosophie sacramentum est. Plane quidem villas oppipare extruũt: & domos ditissime exornant/& familias numerosissime comparãt. Sed in istis omnibus in tanta affluẽtia rerum nihil est preterq̃

dominus ipse pudendum. Nec iniuria Cumulata enim habent que sedulo percolunt: ipi autẽ sordidi / indocti: incultiq; circũeũt. Igitur illas species in q̃ patrimonia sua ꝓfuderũt amenissimas & extructissimas & ornatissimas deprehendas / villas emulas vrbium conditas: domus vice templorum exornatas / familias numerosissimas & calamistratas opiperam supellectilẽ: omnia affluentia: omnia opulentia: omnia ornata preter ipsum dominum qui solus tantali vice in suis diuitiis inops: paup: egẽs: nõ quidem fluentẽ illum fugitiuum captat / & fallacis vnde siti: sed vere beatitudinis: id est secunde vite & prudentie fortunatissime sitit & esurit. Quippe non ĩtelligit: eque diuites spectari solere. vt equos mercantur. Neq; enim in emẽdis equis faleras cõsideramus: & baltei polimina inspicimus / & ornatissime ceruicis diuitias contemplamur. Si ex auro argento & gemmis / monilia varie gaze dependẽt: si plena artis ornamenta capiti & collo circumiacẽt: si frena colata: si epiphia fucata: si singula aurata sunt: sed omnibus istis exuuiis amolitis & amotis / equuʒ ipsum nudum & solum: corpus eius & animum cõtemplamur: vt si ad speciem honestus: ad cursuram vegetus: ad vecturam validus. Iam primum in corpore si sit argutum caput: breuis aluus: obesaq; terga: luxuriatq; thoris animosum pectus honestis. Preterea si duplex agitur per lumbos spina. Volo enĩ non modo pniciter verũetiam pmolliter peruehat. Similiter igitur & in hominibus contẽplandis noli aliena illa estimare: sʒ ipm hominem penitus considera: ipm vt meũ socratem pauperem expecta. Aliena aũt voco que parentes pepererũt: & que fortuna largita est: quoꝝ nihil laudib⁹ socratis mei ãmisceo: nullam gñositatẽ: nullã ꝓsapiã: nullos longos natales: nullas ĩuidiosas diuitias. Hec enim cũcta / vt dico aliena sũt. Sat o ꝓthaomo glia est: qui talis fuit vt eius nepotẽ nõ puderet. Igitur oĩa similiter aliena numeres licebit: generosus est: parẽtes laudas: diues est: nõ credo fortũe. Mag[ ista dinumero Valid⁹ est: egritudine fatigabit. Pernix est: abit in senectutẽ Formos⁹ est: expecta paulisp & nõ erit At enĩ bonis artib⁹ doctus & appme ẽ eruditus: & q̃tũ licet hoi / sapiens & boni cõsultus. Tandẽ aliqñ ipm iure laudas. Hoc enĩ nec a patre hereditariũ est: nec casu pẽdulũ: nec a suffragio annicũlũ: nec a corpe caducũ: nec ab etate mutabile. Hec oĩa meus socrates habuit: & ideo ceťa habere contempsit. Quin igit̃ & tu ad studiũ sapiẽtie ĩugeris: vel ꝓpera saltem vt nihil alienũ audias in laudib⁹ tuis: sed vt qui te volet nobilitare

De tantalo.

Ad equi bonitatẽ ac pulchritudinẽ que requirantur.

Laus socratʒ.

eque laudet vt actius vlixē laudauit in philotheta. Primo eiusdem tragedie sue principio. Inclite parua predite patria nomine celebri claroq; potens pectore: achiuis classib⁹ auctor grauis dardanis gentibus vltor laerciade. Nouissime patrē memorat. Ceterū omnes laudes iuri eius audisti. Nihil inde nec labertes sibi/nec anticlia/nec acrisius vendicat. Hec tota vt vides laudis huius/propria vlixi possessio est. Nec aliud te in eodē vlixe homerus docet qui semp ei comitē voluit esse prudentiā quā poetico ritu mineruiā nūcupauit. Igitur hac eadem comitante omnia horrēda subiit: oīa aduersa superauit. Quippe ea adiutrice ciclopis specus introiit: sed egressus est: solis boues vidit/sed abstinuit/ad inferos demeauit: sed ascendit. Eadem sapientia comitante scillam preter nauigauit/nec arreptus est: caribdi cōceptus est: nec retētus. Circes poculum bibit: nec mutat⁹ est. Ad latophagos accessit nec remansit. Sirenas audiuit: nec accessit.

¶ Q̄ p merito principis formatur popul⁹: & ex populi merito formatur principatus/deoq; placido creatura quelibet mansuescit & seruit homini. Capm. XXIX.



Ec apuleius eleganter quidem & splendide & vtinam audiatur. Si enim in sui ipsius cultu quisq; laboret: & que exteriora sūt reputet aliena: profecto optim⁹ erit status singulorum & omniū/ vigebitq; v̄tus/ & ratio p̄ualebit/regnāte vndiq; mutua caritate vt sit caro subiecta spūi & spūs plena deuotiōe dn̄o famuletur. Que si pcesserint nec tumore capitis onerabuntur mēbra: nec destitutiōe mēbrorū/aut ignauia languebit caput. Ista siquidē a peccati infirmitate pueniunt. Nā & inferiorū delicta bonū pncipē demerētur: & peccata superiorū subditis sunt occasio & auctoritas delinquēdi. Vn̄ illud. Oē caput languidū/& oē cor merēs a planta pedis vsq; ad v̄ticē nō est in eo sanitas. Māsuescit itaq; pnceps ab innocentia populi: & populares motus repmit innocētia principalis. Placida nāq; deo omnis creatura mitis est: & seruit homini/& eo indignāte omnis creatura armatur in vltionem eius. Coruus bestiam pauit/vrsus famulatum impēdit prophete. Vt parcat danieli ferocitatem nature dediscit leo & collectam nescit esuriem. Vnda siccis iustorum calcatur pedibus. Aduersus pueros succensus ignis in fornace non proficit. Ad votum fidei/aer imbres & terra fructum negat: & celum ipsum in impios euomit ignes suos.

Esaie. j.
iij. Regū. xvij
iiij. Regū. ij.
Daniel. vj. & xiiij.
iiij. Reg. ij.
Daniel. iij.
iij. Regū. xvij
iiij. Regum. j.


¶ Breuis epylogus aduersus gnatonicus Capm. XXX.


Eterū dū ista ꝑseqmur/nobis īsidiantᷓ gnatonici:& in iuidiā feliciū q̄cūqꝫ sūt dicta retorquēt vt mēdacii aut temeritatis reos nos faciāt. Mentiuntᷓ nos legē imposuisse ꝓncipibus & colla eoꝝ iugo importabili onerasse. Veritas siqdem īimica est illis. Inimicitias diuitum pcurant amatorib⁹ ꝟitatis:q̄rū vt grām consequantᷓ vel in verbo aut ope erubescant. Ad singula clamat gnato/seu bona: seu mala sint/pl̄chre:bene:recte. Pallescit sup his etiā stillabit amicis: Ex oculis rorem/saliet:tundet pede terram. Vt q cōducti plorāt in funere dicūt. Et faciūt ꝓpe plura dolētibus ex aīo. Sit derisor ꝟo plus laudatore mouetᷓ. Et nescio qūo ip̄os etiā om̄es pbos expugnant/& qui adulatorū nequitiā detestantᷓ: a qb⁹ & si nō sit laus quesita / nihilomin⁹ oblata delectat. Istis dū ꝟitati insisto/nequaq̄ placere possū:sed nec ob eoꝝ gratiā dignor non acqescere ꝟitati. Non est tñ quod mihi possint opponere nisi ꝙ mihi & illis nō cōuenit/& ꝙ interdū alicui amicorū dū in manibus eorū labitur/in aure suggero. Ne te decipiāt animi sub vulpe latentes. Hi quidē imperatores sunt curialiū nugatorū/quorū si vnū offenderis oībus aliis reus eris. Gnatonicorū ergo cōsilio cōuenerūt ābitiosi inuidi supstitiosi & similes dicētes sibi bella parari/& me in eos velle (vt dici solet) caninā facundiam exercere/cū tñ id mīme ꝓposueri:nisi aut eoꝝ iniuriis vrgear: aut auctoritate supioris amici ad hoc stilū licꝫ hebetē īpellētis. Est quidē quod magis anim⁹ affectat vt curialib⁹ cedēs nugis illis quib⁹ placent faciā locū. Nā vt de aliis taceā nō possū ferre grites gnatonis q sibi nil actū credūt dum aliqs restiterit:cui⁹ oculos nō obducant ad tenebras reprobato oleo peccatoris. Quod si quis effugerit nō tam gnatonis q̄ ꝓncipaliū virorū censetᷓ hostis. Valeat ergo curia cum tolerabilibus nugis/dum gnatonicorū factio habeat semp in malā rem: & fiāt iugiter nouissima illius deteriora ꝓorib⁹. Ceteros dies suus expectat & ociū: & si infecūdi pectoris āgustia & oris ariditas īfacūdi/nō habeat penes se/quod possit oībus imptiri. Tu quādo ābitiosos:& īuidos ceterosqꝫ domi nostre latētes egredi velis si tñ p̄missi libelli placuerint expectāti denūcia/& in ꝟbo tuo calcarib⁹ vrgebūtur:vt in publicum ꝓdeant. Nō enim omnes aggrediēdi sunt pariter: nec posset consertus eorū cuneus facile expugnari:cū nec ip̄e cohortes leuiter in numerū cadant. Non mihi si centū lingue sint oraqꝫ centum. Oia nugarū pcurrere noia possem.

Vers⁹ horatij. Virgil. in.vj. eneid.

¶ Explicit liber. VI.

¶ Incipit prologus in librum ſeptimum policratici.



Greſſus aulã curialiũ declinaſſẽ conſortia nugatorũ/niſi me in ipo limine abeuntẽ tue pceptionis detinuiſſet auctoritas. Cũ enĩ tibi cordis mei anguſtias denudarem:& de tẽporis & vite iactura cõq̃rerer:oĩa me quoad de⁹ aliud reuelaret/ſtatũq; reformaret in meli⁹/ forti aĩo pferre precepiſti:ſuadens vt more laborantium/qui cantilenis & vocũ dulcedine laboris tedia ppulſant:aut minuũt/rerum tempiſq; diſpendia compenſarẽ. Nam & itinerantibus via facilior videtur & breuior/ ſi iocunde narrationis ſenſibus aut vocis dulciſſone modulis recreet. Sic & me lectionis aut alterius officii ſtudio iubes inſiſtere/ & ſi aliud nõ cõceditur de meipo & variis fortune formis/cõqueri ſaltẽ mihi & muſis. Grandis enim pfectus eſt ad philoſophiã aſpiranti virtutis in ſe deplorare defectum. Ad hec quid tibi reſpõdeam comicus ſuggerit/qa oẽs cũ valem⁹ recta ꝯſilia egrotis dam⁹ Tu autẽ ſi hic ſis aliter ſentias. Sic ſic a captiuatis quorũ organa in ſalicibus ſuſpenſa ſunt:querũtur ỽba cantionũ/ que cantari omnino nequeũt aut nõ ſolent in terra aliena. Licet enĩ ỽtus iniurias captiuitatis ignoret:aut ſuo puari nõ poſſit officio/ rar⁹ eſt admodum/qui philoſophicis & curialib⁹ officiis ſufficiat morẽ gerere/cũ hec ſibi plerũq; conſtat aduerſari. Vñ rem fere impoſſibilem videris impare/pſertim cũ ego ſim homo ſub poteſtate cõſtitutus:vel inuitus faciã plurima neceſſitate obſequẽdi & in his que ppe voluntatis & ſapientie inſtinctu gerẽda ſunt: mihi vix tẽpus indulgeatur ad pauca Dies & nox neceſſariis & alienis occupationib⁹ tranſigunt. vt nec rei familiari curã ipẽdere liceat/& tu hortaris vt ſcribã. homo quidẽ imperit⁹ ſine ſciẽtia & ſermone. Et vñ qđ nõ accepi aliis erogabo? Nauẽ ſi poſcat ſibi peronatus arator. Luciferi rudis exclamat melicerta periſſe Frontẽ de reb⁹. Si itaq; vis vt ſcribã/da/vel poti⁹ ab eo q ſciẽtiarũ dñs eſt/ſcientiã impetra vñ ſcribam. da tẽpus expeditũ:& neceſſitatũ domeſticarũ exclude moleſtias. Nam ſi virgilio pium & tolerabile deſit hoſpitiũ/caderẽt oẽs a crinib⁹ ydri. Preterea vereor ne dum ad obſequium deuotus accingor/diſpendiũ pudoris faciens emulorꝝ prouocem linguas/qui mala aliena facillime carpunt:& bona difficillime imitantur. Qꝫ autem ſi aliud nõ licet/vis vt de fortune calculo mihi & muſis q̃rar: ſuadẽte q̃dem mentis anguſtia facilimũ eſt cũ teſte gregorio nazanzeno

Terentius.

nihil suauius videatur hominibus q̄ aliena loqui: vel aliena cu-
rare: sed a composite mentis arbitrio videtur alienū. Decet enī
sapientem mentē componere/ vt ad omnē fortune impetū que-
relis exclusis scutum rationis quasi volubile pretorium philoso
phantis opponat. Qui enī cum status sui qualitate rixatur: nisi
forte de peccati corruptiōe lāguidus ingemiscat/ nondū philoso
phantis ingressus est viam. De me quidem merito queri possū:
qui exigētibus culpis meis in id miserie proiectus sum: vt in fla ps.xxxvij.
gella parat⁹ videar/ & os meū nocte dolorib⁹ pforet̄: & qui me
comedūt non quiescant. Cū ergo dolor meus in conspectu meo
sit semper: putas ne calami possit vel stridentis fistule suauitate
mulceri? Faciā tā vtcūq̄ auctore dn̄o quod hortaris/ & inter va
rias opes & delitias nationū quib⁹ affluis ieiuni pectoris & ari-
de lingue qualiacūq̄ munuscula tuo nomini cōsecrabo. Nō enī
de subtilitate sentētiarū aut verborū venustate presumo: sed de
sinceritate deuotiōis in te cū quouis oratore contendam. Cert⁹
q̄ eam pre auro sapientum & eloquentium argēto acceptabis/
discipulus illius qui duo minuta vidue pōposis oblationibus di
uitum ptulit. Erit etiā fauore digna simplicitas/ & non quē sen- Mar.xij.
sum prima facie verba significēt: sed ex quo sensu vel ad quē sē- Luce.xxj.
sum fiant/ fidelis lector attendēs. Sic enī nugis seria immiscen
tur/ & falsa veris. vt ad sūme veritatis cultū oīa ex proposito re
ferantur. Nec moueat te: siqua eorū que hic scribuntur aliter in-
ueniantur alibi/ cum & historie in diuersis gestorum casibus si-
bi inuicem reperiantur contrarie: sed ad vnum vtilitatis & ho-
nestatis pficiunt fructū. Nā periculū veri statuendi mihi nō fa-
cio: sed que apud diuersos auctores legi/ ad vtilitatē legentiū si
ne inuidia communicare proposui. Nam & apostolus/ nō que- Sapiētie. viij.
cūq̄ scripta sunt vera sunt ait. sed quecunq̄ scripta sunt ad nostrā Romanū.xv.
doctrinam scripta sunt/ licet vniuersitas eorum de quibus loqui j.ad Corin.x.
tur/ ad illa sola possit aptari que in lege scripta sunt & prophetis
de quorum veritate nemo ambigit/ nisi qui fidei catholice non
concordat. Quedam vero que in libris auctorū non repperi: ex
vsu quotidiano & rerum experiētia/ quasi de quadā morū histo
ria excerpsi. Si qua vero ad grauioris philosophie exercitationē
videntur accedere/ achademicorum more inuestigandi animo
q̄ peruicatia contendendi si constet esse proposita/ vt in exami-
natione veri/ suū cuiq̄ iudiciū liberū reseruet̄: & inutilis scriben
tiū censeat̄ auctoritas/ vbi sentētia potior refragat̄. Propositū
tā est in his precipue versari/ vnde pniciē error nō pbit/ & ad il-

lorũ diffinitionẽ ꝑsumptione temeraria nõ assurgere: in quibus sine piculo nõ erratur. Nemo aũt in iniuriã suã reputet quippiã dici cũ nulla sit derogatio psonarũ/sed fugiendorũ sola cõcussio vitiorũ. In quo quidẽ me pstitũ ire obsequiũ tã mal' q̃ bonis arbitror dũ in his approbat̃ qd̃ faciũt/& bi notatis vitiis possint pficere vt pbentur. Sed hoc hactenus. Cur autem achademicos pre ceteris placebat imitari: sermo succinctus aperiet.

¶ Q: achademici modestiores fuerunt aliis philosophis q̃s temeritas excecauit. vt darent̃ in sensum reprobũ. Capm. I



Ntiquos quidẽ philosophos floruisse ingeniis & studio profecisse iam nõ celebris opinio est: sꝫ omnibus in cõe persuasa sentẽtia. Ad res enĩ ex natura fere incõprehẽsibiles studio & exercitatiõe viã sibi fecit ingenium/& illorũ beneficio plurima publicata sunt posteris qb⁹ gaudemus/& miramur inuentis. Mundũ dimensi sunt: celum suis regulis subiecerunt: nature varias scrutati sũt causas: & vniuersitatis opificem defecatis quodãmodo sunt oculis contẽplati. Quasi ergo mole gigantea subuecti: & iam non humanis viribus roborati intumuerũt/induxerũtq; bellũ gr̃e dei: de vigore rationis & libero confisi arbitrio/ac si scdm fabulas essẽt celo captiuo virtutũ qbus efferebantur brachia iniecturi. Deiecti sunt itaq; dũ alleuarent̃/& dicentes se esse sapiẽtes: stulti facti sunt/& obscuratũ est insipiens cor eorum/ vt qui oia fere pnouerant pniciosissime errarẽt/in maximis & variis distracti opinionib⁹ etiã minima ignorarẽt. Si cui ꝟo fabularꝝ instrumẽta vilescũt/licet & ab hoste doceri sapiẽtis anim⁹ nõ detrectet/cũ peculiar[ popul⁹ dei auro/argẽto/vestib⁹/& toto ornatu egyptiorũ resplẽdeat: si gẽtiliũ inquã figmẽta vilescũt/sic dũ in cãpo senaar fũdamenta babilonis iacit ipietas/dũ turris elationis: & cõtradictionis machia/in celũ erigit̃ de alto precipitii a deo facta est liguarũ diuisio: subtractoq; impiis ꝟbi cõmertio/ex necessitate secuta est secessio populorũ. Sic & philosophi dũ ingenii sui machinas suo quodam theomachie genere in altũ erexerũt: eis ꝟe incommutabilis & indeficientis veritatis subtracta est vnitas/& ignorantie nebulis obuoluti: eorum que ab vna & singulari veritate vera sunt: maximam notitiam perdiderũt. vt in reprobũ sensum dati esse conuincerentur ab operibus suis/ & tanq̃ recedente duce/spiritu scilicet veritatis/dispergerentur in varias sectas erroris & insanias falsas. Et eo quidem miseriores effecti sunt/ ꝙ in his defectum suum minime cognoscebant. Hinc

Defecare est rẽ mixtã a fecib⁹ segregare

Romañ. j.

Exodi. iij. & xj.

Geneß. x. & xj.

est ꝙ dū ꝑnoen suā stoicus veneratur: oīa necessitatis lege constringit. Epicurus econtra / dū rerū tuetur libertatem: dispositionem euacuat: & oīa casibus fluctuare contendit. E regione cōsistunt: vtriusqꝫ cultores / & de singulis fere rerꝫ articulis dimicāt: & quasi palladis sacramento astricti: solas paradoxas loquūtur / aut kyrriadoxas & eas vsqꝫquaqꝫ veras esse ꝯfirmant. Achademici ꝟo vitantes precipitiū falsitatis: in eo quidem modestiores sunt: ꝙ defectū suū minime diffitentur: & in rerū ignorātia positi fere de singulis dubitant. Quod quidem longe tutius est q̄ incerta temere diffinire. Achademiconū quoqꝫ iuuat opinionem ꝙ non modo eraclides pōticus & cicero noster in summa ingeniosorū virorū laude recepti tandem ad eos trāsierūt: sꝫ & alii plures: quos percurrere longū est. Nōne ergo ꝑferēdi sunt aliis: q̊s & asserēdi modestia: & tātorꝫ virorū ꝯmēdat auctoritas

Stoici dicunt oīa de necessitate euenire. Epicuri ꝙ oīa a casu ⁊ fortuna eueniunt. Pallas est deus belli.

Achademici de omnibꝰ dubitant.

¶ De errore achademicorum: & quos eorum liceat imitari / & que sunt dubitabilia sapienti. Capitulum.II.

NOn tamen omnes qui achademicorū cēsentur nomine hanc dico modestie regulam tenuisse / cū & ꝓfessio scissa sit. & pro parte tam risui pateat q̄ errori. Quid enim ineptius q̄ fluctuare in singulis: & nullius rei habere certitudinē / & nomen philosophi profiteri? Nā qui de omnibus dubitant eo ꝙ nihil habeant certum: tā a fide q̄ a scientia alieni sunt. Licet enim fides ad sciētie brauiū nō ꝑueniat: dum quasi per speculū ꝟitatem absentiū contuetur: habet tñ certitudinem caligine ambiguitatꝭ exclusa. Porro si de singulis achademicus dubitat: de nullo certus est nisi forte & hoc ip̄m incertū habeat / an contrariis existētibꝰ in eodē: circa idē possit & dubius & certus esse. Sed an dubitat: incertū habet dū hoc ip̄m nescit an nesciat. Cū vero homo in eo ceteris aīalibꝰ prestet ꝙ ratione viget & intelligentia: nam in sensibꝰ qui licet aīe sint corporis esse dicuntur / facile superatur: neqꝫ linci valeat equari perspicacia oculorum / sus auditu preualeat: vultur aut canis odoratu / gustu symea: aranea tactu / cum inquā discernendi & intelligendi viribus homo precedat / quis prestantiorē bestiis: aut potius quis nō inferiorē & vt ita dicā quis brutiorē nō credat hominem: cui ratio nō discernit: intellectus nō sapit: cum & bruta ad quandā rationis imaginem quodāmodo videantur assurgere? Nam & canis suos discernit affectus / beneficiorū memorē / familiaritatē cū homine ab expientia rerū & vsu cōtrahit & amicitie pre ceteris quasi fidem familiaribus exhibens rationis &

De aīalibꝰ q̄ in corporeis sensibus excedunt hoīem.

De camelo iniuriarū memore. De vnicorni q virgie delectat. Qr ad odorem pāthere cetera ɔcurrūt aialia. Virgil. in buco. ij. egloga. Nō vñ dicat. Augustinus. Cicero. Augustini cōmēdatio de securitate loqle et circūspectione in verbo. Et forte loqt̃ auctor in genere.

intellectus quodā nobilitatur ingenio. Sed & iniuriarū memoria camelo tenaciter residet/& rinoceros qui & vnicornis ē: virginis integritatē sic agnoscit: vt dūtaxat illius fere āplexib⁹ capiatur. Odorem panthere cetera sequūtur animalia. & ꝙ mirabilius est pisces in gurgitibus ad speciē auri cōueniūt. Vñ & sceuientis luxurię impator nero aureis vt dicitur rhetib⁹ piscabat̃. Quid multa? Torua leena lupū sequitur: lupus ipē capellā/ florentem cithisum sequitur lasciua capella: & in hunc modū voluptate sua trahūtur plurima: qđ vt credo euenire non posset: si de affectibus suis vel bruta animalia dubitarent. Qui ergo ad singula nescii sint: qua temeritate vel impudētia philosophādi ꝓfessionem arripiūt? Nam sicut ab eo qđ notū est notio/sic & ratio ab eo quod ratum est: id est certū & firmū grāmatice denominatur. Et profecto inanis est ratio hominis cui nihil persuaderi potest/quin semꝑ & in omnibus/opinionū lubrico vacillet. Quid enī ei philosophia cōfert qui semper fluctuat in omnib⁹/ & cui in ostendenda felicitatis via/ rationis lumen extinguitur & quasi oculū eruit: vt cautius & rectius ꝑgat viator cui ostēsura est viā? Nōne & plurimū obest illi qui excecatur/ quid poti⁹ sequit̃ q tanta cōtrarietate distrahit̃? Sane ad patriā nemo peruenit: nisi qui vnā seqtur viā: & qui omni ꝟbo aurē accōmodat numꝗ̄ quietus erit. Nōne similior est letargico aut insipiēti siue insano ꝗ̄ philosopho: qui cū sōnii meminerit an dormierit dubitat: & cū cibo satiatus est an ieiunus sit nescit: & null⁹ eorū que egit vel in ꝓximo sciētiā habet. Deinde qua nā via in philosophie inuestigatione ꝓficiet: cui ratio nihil persuadet quod teneat/aut sequatur/sed est ad oīa semꝑ incertus? Talis vtiqꝫ achademicus cū nec brutis animalib⁹ valeat adequari: nec dign⁹ est hoīs nedū philosophi vel honore vel noīe. Et quidem aduersus istorū ineptias magnus pater & fidelis doctor ecclesie augustinus: sed & cicero validis rationibus & sermone elegantissimo disputant copiosius. Verūtamen ad illos qui de singulis dubitant que sapienti faciunt questionē: cicero seipso teste transiuit. Nec eos noster augustinus persequitur/cū & ipē in opibus suis achademico vtat̃ tēperamēto frequentius/ & sub ambiguitate ꝓponat multa/que alii cōfidētius ne magis temerarie disputāti non viderentur habere questionem. Mihi tamen non videt̃ quisꝗ̄ eo loqui securius: qui ita circūspectus est in verbo ne prolabi possit ad falsa. Sunt autem dubitabilia sapienti que nec fidei nec sensus aut rationis manifeste persuadet auctoritas/ &

que/suis invtráq; partẽ nitũtur firmamentis talia quidem sũt/ que queruntur de prouidẽtia/de substantia/quãtitate/viribus: efficatia:& origine anime:de fato & facilitate nature: casu & libero arbitrio:de materia & motu & principiis corporũ: de progressu multitudinis/& magnitudinis sectiõe: an terminos omnino non habeant an eos dũtaxat alogos tandem inueniãt/ de tempore & loco:de numero & oratiõe/ de eodem & diuerso/in quo plurima attritio est/de diuiduo & indiuiduo:de substantia & forma vocis/de statu vniuersalium:de vsu & fine/ortuq; virtutum & vitiorum/an omnes virtutes habeat qui vnam habet an omnia sint peccata equalia & equaliter punienda. Itẽ de causis rerum:& adiunctione earũ vel repugnantia/de effluctiõe:& de fluctione occeani/de ortu nili:de humorũ in animalib⁹ corporibus augmento & diminutione ad motũ lune: de variis latẽtis nature secretis:de officiis & variis figuris causarũ que in contractibus/aut quasi contractibus maleficiis/aut quasi maleficiis:aut aliis rerũ formis varie oriuntur:de natura/ & operib⁹ eius:de veritate:& primis rerũ initiis/in quibus humanum ingenium deficit:an angeli oĩno sua nõ habeãt aut qualia corpora/& que pie de ipso deo querũtur:qui totius nature rationalis excedit inuestigationem/& super oĩa que mẽte possũt ꝑcipi exaltatur. Possent in hũc modũ enarrari q̃plurima q̃ sic dubitationẽ sapiẽtis admittũt:vt tñ dubitatio ipa vulgum ꝑtereat. In his itaq; facile crediderĩ achademicos tãto modesti⁹ dubitasse:quãto eos temeritatis ꝑcipitiũ diligẽtius precauisse reperio. Adeo quidem vt cum apud scriptores in locis non passim dubiis ṽba quodammodo ambigua qualia sũt hec:si forte/fortasse/& forsitan ꝓferuntur:achademico dicantur vsi temperamẽto:eo ꝙ tẽperaciores ceteris fuerint achademici/qui oẽm veriti sũt temerarie diffinitionis subire notam & precipitium falsitatis.

*Margin:* Nõ bñ de qui bus merito est dubitandũ.

¶ Unde dicti sint achademici. & quis timor aut passio mentis fm agelliũ & stoicos in sapientem cadat. Cap.III.

Achademici quidẽ dicti sunt ab achademia. Vñ plato extitit oriũdus:qui eundẽ sue natiuitatis locum & studendi vsu:& discipulorum frequentia/meritorũq; suorum celebritate fecit insignem. Illum vero locum ceteris pretulit:eo ꝙ ad incutiendum timorem quo vitia reprimerentur: & agnita conditione sui/modestia fidelius seruaretur maxime visus est ex frequenti terre motu quo sepe colliditur esse idoneus. Timor enim sicut modestie cognatus est/

*Margin:* Que locũ aliquẽ faciũt insignem.

ita familiaris est sapiēti. Nō ille tamen qui mentē turbat: & q̄si turbine quodā rationis & intelligētie prestringit oculū: sed q cō ponit animū/et quasi humilitatis fomes hoiem reddit ad oim virtutis officia aptiorē. Vnde in libris noctiū atthicarū scribit Agellius vir elegātis eloquii: & multe sciētie se aliqn̄ nauigasse cū quodā philosopho: eoq̄ nobili inter stoicos. Illis autem ex magna parte in sententiā sedit: timori locū nō esse animo sapientis: cū oia ex necessitate ꝑueniant: stultūq̄ sit timere qd vitari nō potest: et ecōtra vnicū sit remediū vt vir prudēs fortitudinis vires ꝑparet & robore patiētie quasi solidissimo animi inuicti clipeo om̄ia tela necessitatis excipiat. Cū ergo nauigiū turbato mari/ventorū vehementia celoq̄ minaci periculosissime iactaret̄ philosophus vi timoris expalluit. Deinde cū tēpestate trāsacta securitas ꝓbuisset colloquēdi vt fit & cōgarriendi locū: sociorū vnus diues luxuriosus asiaticus cepit cōpellare philosophū & illudere ei: eo q̄ cōtra ꝓfessionē suā palluerat timore cū ipse qui minime philosabatur māsisset intrepid⁹ in eo q̄ impēdebat exitio. At ille aristippi socratici respōsuȝ retulit. Qui cū in re simili similiter & a cōsimili argueret̄: respondit illū pro aīa nequissimi nebulonis merito nō fuisse sollicitū: se autem timuisse debere ꝓ aīa aristippi. Diuitis ergo questione depulsa: accessit Agellius nō animo exagitādi sed discēdi familiariter querens quenā esset causa timoris sui: cū preceptū sit discipline stoicorū ne mortis timeatur aduētus quā cōstat esse indubium terminū vite. Ille autē cū discendi auiditate gnauiter accēsum vidisset hominē librū expitecti stoici de mantica ꝓtulit: in quo scripta erāt ea que cōgruebāt decretis ȝenonis & crisippi qui dicūtur fuisse principes stoicorū. Cū ergo librū in manib⁹ agelli⁹ tenuisset: inuenit stoicis placuisse nō esse in potestate hominis vt visa quas fantasias appellāt: in animū veniāt aut recedāt: & cū venerint ex terribilib⁹ rebus aut cōtra necesse esse asserūt: & animū moueri sapiētis vt paulisper metu trepidet: tristitia cōtrahat̄/dilatet̄ letitia/cupiditatibus moueat̄: tanq̄ his passionibus preueniētibus rationis & mētis officiū: nec tn̄ ideo conscientiā mali in mente versari/nec approbari ista: aut eis aliquem indulgeri cōsensum. Hoc enī esse voluīt in potestate. Idq̄ interesse cēsent inter animū sapiētis & stulti q̄ stultus cōsensu mentis passionib⁹ cedit: sapiēs autē licet ea necessitate patiatur: retinet tn̄ de rationabiliter appetēdis vel fugiēdis verā & firmā incōcussa mente sententiā. Hec quidē illi auctore agellio: et pro

Agellij cōmēdatio.



Rn̄sum ꝯm Aristippū socraticum.

Accidētia motus tristitie/letitie/et cupiditatum.

parte elegãter & vere. Errant tamẽ si istarum passionum q̃ necessarie sunt: repressionẽ & castigationẽ citra grãm/virib⁹ suis asscribunt. eo ꝙ solius miserentis est dei: nõ vtiq; currẽtis hominis aut dolentis. vt he in vsum iustitie conuertantur. Hoc autẽ sufficiat demõstrare ꝙ timore modestia dispẽsaẽ & philosophãdi prima sternitur & disponitur via. Siquidem scriptum est: qa initium sapientie & finis modestie timor domini. Ecci.j. Prouer.xxij.

¶ Vnde dicatur philosophia: & de samio pythagora: & de doctrina ei⁹ q italicis philosophãdi auctor extitit. Cap.IIII.

IPsum ṽo philosophie nomen a pythagora italico inuentum est/qui tante fuit auctoritatis apud ãtiquos vt preiudiciali opinione sententias omniũ superaret essetq; satis ad quãlibet sententiam roborandã/si hoc ipse dixisse doceretur. Ipsa nãq; vox pro nominis vsurpatiõe quadam/proprii nominis explebat officiũ Fuit autem hic natione samius negociatoris diuitis filius/cui nomen maratus erat: sed parẽte longe ditior/eo ꝙ negociatio patris tanta nequiuit acqrere: quanta filius cõtẽnere maluit/q̃ habere. Magnis itaq; sapiẽtie format⁹ incrementis/egyptũ primo: mox babiloniã ad pdiscendos siderũ motus/originẽq; mundi spectandã profectus: sũmam sciẽtiam cõsecutus erat. Inde regressus cretam: & lacedemona ad cognoscendas minois & ligurgi inclytas ea tẽpestate leges contenderat. Quibus omnib⁹ instructis ad crotoniorũ vrbem applicuit omnino resolutam & solius ṽtutis opera indigentem. Fortune siquidem indignantes oderant arma que aduersus locrenses infeliciter sũpserant: mutassentq; vitã luxuria/nisi eis pythagoras philosophus obstitisset. Ex quo patet quãtũ homo prestet homini: cũ vni⁹ persone auctoritas/iam lapsum ad frugem melioris vite reuocauerit populũ. Laudabat virtutẽ quotidie: & vitia luxurie denudabat: & causas & casum vrbium perditarum enunciabat. Tantum quoq; studii ad frugalitatem multitudinis prouocabat: vt aliquos ex his luxuriatos esse icredibile videretur. Matronarum vero separatam a viris doctrinã & puerorũ a parẽtibus frequẽter habuit. Docebat nũc has pudicitiã & obsequia in viros/nũc illos modestiã & litterarũ studiũ. Inter hec velut genitricem ṽtutum/frugalitatem omnibus ingerebat. Cõsecutusq; disputationũ assiduitate erat vt matrone auratas vestes ceteraq; dignitatis sue ornamenta quasi luxurie instrumenta deponerent: eaq; omnia delata in iunonis edẽ/ ipi dee consecrarent/preferẽs vera ornamẽta matronarũ pudicitiã

Maratus pater pithagore.

non vestes esse. In iuuẽtute quoq; quantũ profligatum sit: victi feminarum contumaces animi manifestant. Sed trecenti ex iuuenibus cum sodalitii iuris sacramento separatam a ceteris ciuibus vitam agerent/quasi cetum clandestine cõiurationis habentes aduersus pithagoram: ciuitatem in se cõuerterũt. Que eos cum in vnã domũ conuenissent: cremare voluit. In quo tumultu.lx.ferme periere: ceteri in exilium profecti sunt Ab hoc itaq; philosophorum genus italicum nomẽq; philosophie exortum est. Tantus aũt extitit in illa parte philosophie que speculatiua vocatur/vt ei quisq̃ philosophantiũ vix valuerit adequari Tantus in innocentia/vt ab omniũ amantium temperasse credatur edulio. Tantus in cultu iustitie vt populos illi⁹ partis italie que antiquitus magna grecia dicta est/etiam post mortẽ nominis eius auctoritas rexerit. Cum vera antea sapientes dicerentur qui videbantur aliis prestantiores esse: interrogat⁹ quid se profiteretur: philosophũ se esse respondit.i.studiosum vel sapientie amatorem/quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur. Deniq; cum ad propulsandam labem morum xx.annos egisset crotone: metapõtum migrauit/ ibiq; decessit. Cuius tanta ammiratio fuit vt ex domo eius templum facerẽt ipsumq; pro deo colerent/nacti forte occasionem ex verbis eius dicentis: mentẽ philosophantis esse sacrariũ sapientie & verissimum dei templum. Traditur etiaʒ persuasisse hominibus animas esse immortales: & post dissolutiõem corporis/vite precedentis p̄mia recepturas. Impie tamen fabulam mille annorum primus dicitur induxisse.

¶ De ionico gñe philosophoꝝ & auctoritate socrat[ & dogmate platonis & opinione eius post mortem. Cap̄. V.



Lterum vero philosophorum genus est: quod ionicum dicitur/& a grecis vlteriorib⁹ traxit originem. Horum princeps fuit tale similesius: vnus illoruʒ septem qui dicti sunt sapientes. Iste cum rerum naturam scrutatus inter ceteros emicuisset maxime amirabilis extitit q; astrologie numeris comprehensis: solis & lune defectus predicebat. Huic successit anaximander eius auditor qui anaximenem discipulum reliquit & successorẽ. Diogenes quoq; eiusdem auditor extitit/& anaxagoras qui omnium reũ quas videmus effectorem diuinum animum docuit. Ei successit auditor eius archilaus/cuius discipulus socrates fuisse perhibet: magister platonis: qui teste apuleio prius aristotiles dictus est: sed

De tale similesio q̄ reperit genus philosophãdi ionicũ et defectus solis et lune.

De magistris platonis.

ERrant vtiq; & impudēter errant qui philosophiam in solis verbis consistere opinant̄. Errant q virtutē ꝟba putant: vt lucū ligna. Nā ꝟtutis cōmēdatio consistit ab opere: & sapiētiam virtus insepabiliter comitatur. Vñ cōstat qa illi qui verbis inherēt: malūt videri q̄ esse sapientes: Plateas circūeunt. terūt limina doctiorū: questiūculas mouēt/intricāt verba: vt suū & alienū obducāt sensū: paratiores vētilare q̄ examinare: si quid difficultatis emersit/verētur tñ pdere impitiā suā. Iactatores sapiētie nō amatores: & id qđ nesciūt prauo pudore nescire q̄ querere & discē malūt: p̄sertim si assint alii qbus notū arbitrētur qđ ipi nesciunt/ Fastū tñ eorū ferre nō poteris. De oī materia loquūtur: subito diiudicant oēs: alios culpāt: seipsos p̄dicāt: iactāt se iuenisse de nouo qđ tritū est ab antiqs/& testimonio librorū p etates multas ad tpa nostra pductū. Verba multiplicant: vt sepe minus intellecti sint onere & multitudine verborū: q̄ rerū difficultate. Cū eni ne intelligeret̄ effi cit/arbitrat̄ se meruisse: vt pre ceteris philosoph⁹ videat̄. Et sepe q paucissima nouit pponit plurima: que nec ip̄e pythagoras sufficeret explanare. Interdū eadē replicat: & reuoluit/ & qa nō habet quo diuertat laborat misere. Idē terit & easdē circinat auras. Dū eum pauł audis/tertiū cathonē e celo miraberis cecidisse. Quēlibet eni hominē attulisse videbit̄. Si pfessionē queris aut artē: est grāmatic⁹/rethor/geomet̄/pictor/aliptes/augur/cenobates/medicus/magus. Oīa nouit: & esuriēte greculo longe p̄stantior. Nā & si iusserı̄ ibit in celū: & dedalo doctior teipm quo volueris incolumē per mare traiiciet. Accede vt docearis quid in scriptis suis doctores senserīt diligent̄ inqre: excute lraꝫ/

ſtatim icrepabit duritiã tuã:& aſino archadic te dicet tardiorẽ. Plũbo ebetior es dũ quid latet in littera ĩterrogas:littera inutilis eſt/nec curandũ eſt quid loquaẽ. Si inſtas/moneberis fugere qm̃ perniciosa eſt & occidit. Caue ne ſerpẽs ſis: qui terrã comedit oĩbus diebus vite ſue:aut ludendũ aut fabulãdum: aut diſceptandum eſt tibi. Nã qui verboſior eſt/videtur doctior. Nec curandum eſt vnde aut quid de quo ſentiat aut ꝓferat aliquis dum loquatur. Nec refert qua quiſ ratiõe nitatur/dũ nõ inſtantiam ſed vmbrã eius quiſ dare ſufficiat. Quid verũ aut falſũ:ꝙ ꝓbabile aut nõ ꝓbabile ſit/fruſtra queriẽ cũ omnibus imago ꝓbabiliũ preferatur. Statue quod volueris/ſtatim illud aliqua ſimilitudo euacuat. Nã qđ obtines in vno ſimili/vel nol in aliquo obtinebit. Cõſtat tñ qđ ꝯo ſimile eſt non ſtatĩ eſſe verũ:& qđ falſũ videẽ nõ ſemꝑ eſſe falſum. Si propoſitorũ ſimiliũ diſſimilitudinem niteris aperire/ rẽ inanẽ aggrederis:aut enĩ te vel clamore prepediet:aut ſuꝑfluam operã deridebit/ cum oĩm ſimilium aliquã eſſe diſſimilitudinẽ oporteat. Alioquin non tam ſimilia ꝙ eadem merito eſſe dicentur:docere cur ita non ſit nõ modo friuolũ/ſed irriſiõe digniſſimũ iudicatur. Statim queritur an velis cõcionari:dicunt ſe vt peripatheticũ nõ emargoreũ audiant cõueniſſe:cũ tamẽ deambulatiõe & circuitione viarũ potiꝰ ꝙ diligenti inqſitiõe rerũ peripatheticos imitẽtur. Si tñ hec ad copiã eloquentie comparandã exerceaẽ diſceptatio & ſimilia & diſſimilia cõquiranẽ:exercitiũ quidẽ laudabile eſt: & quo aliud eſſe cõducibiliꝰ iuuẽtuti nõ facile dixerim: dũmodo fallaciarũ nube multiplici ſibi nequaꝙ oculos pſtringi patiantur. Nihil enĩ vtilius:nihil ad gloriam aut res acquirẽdas cõmodius iuuentuti ꝙ eloquentia : que ex eo plurimũ comparatur ſi rerũ in mẽte & in ore copia ſit verborum. Verba nã proferre rebus ĩcognitis: deſipiẽtis potius ꝙ docẽtis eſt/aut diſcentis. Multos videbis huiuſmodi qui totũ lõgo detinẽt ſermõe diem/ & nihil oĩno dicũt aut minimum. Tu defeſſus es audiendo: & is niſi verboſior eſſet:loquendo perfatigari potuerat:quo tamẽ tendat/aut qd velit nondum intelligis. Tu finem expectas: ille nondũ initiũ fecit. Prefer tamen vt videas qua exiturus ſit. Recollige tandem que contexerit:& occurrent tibi velut egri ſomnia vanas fingentis ſpecies:vt nec pes nec caput vni reddaẽ forme. Turbati cerebri hominem credas:& qui ex defectu rationis linguam continere nõ poſſit. Putes eũ noctes ꝯtinuare inſõnes: & ſopita rõne melãcoliã ſolã in eo excitatã. Si forte miſeratiõe ductꝰ ei mode

Eloquentie cõmendatio.

ſtiam pſuaſeris ſuccēdetur/& q̄libet in queuis finget opprobria cōpatiētibus/& deridētibus eque cōuitiabitur/ nec amicus nec hoſtis ab eo niſi cōſputus abſcedat. Si cepiſti pferas neceſſe eſt: aut procacis lingue ſuſtinebis iīurias. Deſiſte ergo niſi ſordida lingua malueris inquinari. Nam & immunda quo magis mo-

Verſus.

uentur eo plus fetent. Viri prudētis dictum agnoſces: quia ve- ſanū tetigiſſe timent/fugiuntq; poetā: qui ſapiunt agitāt pueri: incautiq; ſequūtur. Licet autē apud priuatos aut ſerio viuentes homo huiuſmōi rectiſſime videatur inutilis/ cōmod⁹ tamē eſt in cetu multitudinis que hilaritatis & iocularis letitie materia gaudet/optimū enī inſtrumentū eſt ad riſus conciliandos/ & ef ficacior quouis mimo. Vt venenū eius effugias: patientiā in- dicas auribus/morē geras inſano qui nulli pcit/& ſi eū forte vis reprimere benigniſſime obſecra: vt in docendo/ aut diſputādo: ſententie plus apponat/& eā verborū deductione cōpenſet. Nā qui verba rebus: & res tēporis oportunitati cōtemperat: mode ſtiſſimam totius eloquentie regulā tenet. Illa vero copia laudē parit: cui veritas/virtuti & oībus officiis amica: cōſentit. Mul- ta ſiquidē & faciliter loqui nugigeruli eſt: & famā oīno negligē tis: & in ſe virorū grauiū prouocantis odiū & cōtēptū. Nam &

Eccli. xxxvij.

ſpūs/ſapiētie auctor eſt: quia qui ſophiſtice loqtur odibilis eſt. Nū mediocris tñ vtilitas eſt in dep̄hendēdis importūitatibus ſophiſticis ſine quarū notitia quiſq; ad examinationem veri & falſi vētilationē pgreditur/quaſi miles inutilis/ qui aduerſ⁹ ex- ercitatū & inſtructū hoſtē pcedit exarmatus. Licet ergo ad ex ercitiū colloquentē viciſſim fallere/& quaſi in cāpi doctoꝝ ſco- la inter ciues iocularē militiā exercere. Sed vbi ſe colloquentiū intentio ad philoſophie ſobrietatē erigit: importunitates ſophi ſtice deliteſcūt.. Et ſi forte ab alterutra pte emerſerit: ſic a ſapiē- tibus corripiuntur/ſicut in re publica: inter cōtrahētes dolus ma lignantiū cohercetur. Ceterum verba rebus res temporib⁹ con temperare: & interuenientes fallacias prudenter arguere/ non paucorum dierum eſt aut leuis opera. Vnde plurimi acceden- tes abeunt retrorſum: & aliquā veſtiū philoſophie portiunculā preferentes gloriantur apud indoctos: ac ſi in iuriſdictionē eoꝝ tota conceſſerit. Vt enī ait quidam verbis nāq; manentibus no men excidit. Garcio quiſq; duas poſtq̄ ſcit iūgere partes: ſic ſtat ſic loquitur velut oēs nouerit artes. De generib⁹ & ſpeciebus

Boetius.
Plato.

nouam affert ſententiā/que boetium latuit quam doctus plato neſciuit: & quam iſte felici ſorte in ſecretis ariſtotilis nuper in-

uenit. Veterem paratus est soluere questionē in qua laborans mundus iam senuit/in qua plus temporis cōsumptum est q̄ in acquirendo & regendo orbis imperio consūpsit cesarea domus plus effusum pecunie:q̄ in omnibus diuitiis suis possederit cresus. Hec enim tam diu multos tenuit: vt cum hoc vnum in tota vita quererent:tandem nec istud nec aliud inuenirent. Et forte ideo quia curiositati nō sufficiebat in eis quod solū potuit iueniri. Nā sicut in vmbra cuiuslibet corporis frustra soliditat( substātia querit/sic in his que intelligibilia sunt dūtaxat:& vniuersaliter concipi/nec vniuersaliter esse queunt: solidioris existētie substātia nequaq̄ inuenit. In his etatē terere nihil agētis & frustra laborātis est. Nebule siquidē sunt rerū fugatiū:& cū querūtur auidius:citius euanescunt. Expediūt hanc auctores multis modis:variisq; sermonibus/& dū indifferenter verbis vsi sunt/ varias opiniones inuenire nisi sunt: & litigiosis hominib⁹ multam contendendi materiā reliquerūt. Inde est quod sensibilibus aliisq; singularibus apphensis qm̄ hec sola veraciter esse dicūtur ea in diuersos status subuehit pro quorū ratiōe in ipsis singularibus specialissima generalissimaq; constituit. Sunt q more mathematicorū formas abstrahunt/& ad illos quicquid de vniuersitatib⁹ dicitur referunt. Alii discutiunt intellectus: & eos vniuersalium nominibus censeri cōfirmant. Fuerūtq; & qui voces ipas gn̄a dicerent esse & species:sed eorum iam explosa sententia est:& facile cum auctore suo euanuit. Sūt tamen adhuc qui dephendūtur in vestigiis eorum/licet erubescant auctorē: vel sententiā pfiteri/solis nominibus inherētes. Qd rebus & itellectibus subtrahūt/sermonibus ascribūt. Magno se quisq; tuet iudice/& ex verbis auctorū qui indifferēter noīa p reb⁹: vel res pro nominib⁹ posuerūt suā astruit sentētiaz vel errorē. Oriūtur hic magna seminaria iurgiorū:& colligit quisq; quo suā possit heresim confirmare. A gn̄ibus & speciebus nequaq̄ recedit: sed eo applicabit vndecūq; sit sermo institut⁹. Poeticū illū te subito miraberis inuenisse pictorē qui ad oīa que necessitas exigit scit fortasse simulare cupssum. Desipit ita rufus: in venia a qua enī teste coquo nullus casus euertit. Nā quicquid agit rufus nichil est nisi venia rufo. Si gaudet/si flet:si tacet:aut loqt. Cenat propinat/poscit/negat/inuit/vna/est/venia: si nō sit venia mut⁹ erit Res illa ad philosophādū videt aptior ī qua liberior est licētia fingēdi qd volueris:& minor est ex rei difficultate aut disceptātiū impitia certitudo. Sepe sicut ad hostē impediendū facili⁹ sa

Aristoteles.

Cesarea dom⁹.

Cresus.

lebras & angustias trãseundi miles caut⁹ obseruat: sic difficiles quis aut a scripturis aut a rationib⁹ excitat q̃stiões: aut si aliud ꝓpositũ est/ex industria in eas quasi ex incidẽti ꝓlabit̃. & si satisfacere nõ sufficis: quia nemo est q oĩa que etiã ab impitꝭ queruntur sufficiat explanare/statim annuit oculis: distorquet vultum: brachia iactat/clamat/salit: & trãsfigurat̃ gestibus: que in quouis histrione vel mimo videant̃ inepti. Nõ vtiq꜃ satisfacies nisi ei respondeas verbis suis/& id tantum dicas qđ cõsueuit audire. Ipse tñ licet scrupulosior sit: totius est solutionis ignar⁹. In vno tamen sibi forte ꝓspexit cautius: quod in marsupio omnia q̃bus inflatur ingessit. Facile tamẽ & quasi acu vesicã hanc perforando/q̃cquid loquacitatis in follib⁹ impiti gutturꝭ resonabat interdũ vno sapiẽtis verbulo conquiescet. Nec illos ad philosophandũ crediderĩ aptiores: qui oĩ verbulo longã orõnem obiiciunt/ac si ad oĩa que querunt̃ ſmo sit ad pplm faciẽd⁹. Regularit̃ siquidẽ ꝓditũ est/ꝙ q plus vel minus rñdet q̃ ab eo querit̃/lineã recte disputãdi ignorat. Ceterũ cũ quis docendus est: illa sũt dicenda dũtaxat que solutionis propositorũ amminiculũ p̄stant. Vnde illos qui in singulis legunt omnia/& dũ vnum queritur nituntur oĩa expedire/planũ est recte docentium formulam non tenere. Aut enim nesciunt quis sit: recte docẽdi mod⁹/aut dissimulatione officii vendicant forte ingenia sua. Et (vt ait cicero) nõ quid ꝓposita disciplina: sed quid ipi possint ostentant. Qui ergo porphiriũ oĩbus philosophie ptib⁹ replent: introducendorũ obtundũt ingenia: turbãt memoriã: & qui instituend⁹ erat tanta grauitate cõcutiũt/vt onus reputet iportabile qđ suscepit. Diuine pagine libros quorũ singuli apices diuinis pleni sunt sacramentis/tanta grauitate: legendos forte concesserĩ eo ꝙ thesaurus spũs sancti cuius digito scripti sunt: oĩno nequeant exhauriri. Licet enim ad vnũ tantũmodo sensum accõmodata sit superficies littere: multiplicitas mysteriorũ intrinsec⁹ latet/& ab eadẽ re sepe allegoria fidem/tropologia mores variis modis edificet. Anagoge quoq꜃ multipliciter sursum ducit: vt littera nõ modo verbis sed rebus ipsis instituat. At in liberalib⁹ disciplinis vbi non res/sed dũtaxat verba significant: quisquis primo sensu littere cõtentus non est aberrare videtur mihi: aut ab intelligentia veritatis quo diutius teneantur seuelle suos abducere auditores. Plane porphiriolũ ineptũ credo: si ita scripsit: vt sensus eius itelligi nequeat: nisi aristotile platone & plotino p̄lectis. Valeat/quicq̃ꝫ me in aliquã disciplinam disponit itrodu-

cere compendio tali. Ego siquidem illum sequar qui litterā aperit: & quasi supficie patefacta sensū (vt ita dicā) hystoricū docet.

¶ Que sint necessaria & quasi claues philosophādi. & ꝙ simplicitas amica veritati ē. & quid sit luctari cū āgelo vel cibare eū. & qd sit aut ꝓsit ad vocationē sapiētie reliqre patriā. Cap. XIII.

QVe vero sunt discendi claues: & que philosophātibꝰ ad intuendā speciē veritatis: viā eo tendētis expediunt/ senex carnotensis paucis expressit. Et licȝ metri eius suauitate nō capiar: sēsū approbo: & philosophātiū credo mētibus fideliter ingerendum. Ait ergo. Mēs hūilis studiū querēdi/ vita quieta/ scrutiniū tacitū/ paupertas: terra aliena. Hec reserare solēt multis obscura legēdo. Hūilibus autē dat grām dñs. & illis veritatis intelligentiā cōfert qui timore iniciati ei in dilectiōe. & executione mandatorū suorū fideliter adherent. Nam ex testimonio sapiētis: q cōfidūt in dño intelligent ꝟitatē: supbis aūt resistit deꝰ. Quis eo inuito philosophabit᷑: aut eo renitente in aliquo obtinebit? Hūilitas est: vt nec personam docentis contēnat quis/ aut quācūq; sciētiā: nisi forte quam religio reprobauit. Si (vt dici solet) in vita humana nihil recte aggredimur/ quis ad scientiam sine eo pueniet qui scientiarū dñs est: & in quo sunt omnes sapiētie thesauri absconditi? Hoc vtiq; moliri arduū nimis est: & difficilius & longe maius q̄ vt fabularum vtamur verbis clauam eripere de manu herculis: imo certe lōge minus est/ qm̄ nihil est: si tamē quod oīno nichil est aliq̄ maius aut minus est. Quisqs ergo viā philosophandi ingredit᷑ ad hostiū grē eius hūiliter pulset: in cuius manu liber oīm sciendorū est: quē solus aperit agnꝰ q occisus est: vt ad viā sapiētie & vere felicitatꝭ seruū reduceret aberrantē. Frustra qs sibi de capacitate ingenii: de memorie tenacitate: de assiduitate studii: de ligue volubilitate blandit᷑/ quia si hec in inuio fuerit: quo efficatiora vidētur eo lōgius aberrabūt. Nā & equꝰ quo velociꝰ aberrat: eo tardius domū quisqs insidet redit. Est aūt hūilitati cōiūcta simplicitas: qua discentiū intelligētia plurimū adiuuat᷑. Humilitas eñi his que scribūt᷑ a doctoribꝰ acqescit: & simplicitas si qua secus q̄ oportuit dicta vident᷑ in partem meliorē fideli interpretatiōe retorquet. Ineptꝰ eñi est q scripturis a qbꝰ istruēdꝰ est appetit dñari: & captiuato sensu earum/ ad intellectū suum eas nititur trahere repugnantes. Nam in eis querere qd̄ nō habent proprium sensum obstruere est: non addiscere alienum. Nonne & discipulorum oculi tenebantur/ ne sapiētiam que eos comi-

Jacobi.iiij.
Prosequit᷑ de prima claue q̄ est humilitas.
Sapiētie.iij.
j. Regū.ij.
Ad Colossē.ij.
Apocal.v.
Luce.xxiiij.

tabatur ex ardore agnoſcerēt/ quia tardi erant ad intelligendū que prophete loquebantur:querentes quod aberat a mentib⁹ ꝓphetarū/& nō attendentes xp̄m qui latebat in littera?Sed quia charitatis ardētis ſtudio querebant quod latebat:ſapiētia q̄ querebatur affuit/& aperuit oculos eorū vt intelligerēt ſcripturas/ & ſuā viſo dn̄o tarditatē arguerent. Sic enī prodeſt querēdi ſtudium:ſi auiditas ip̄a ſciēdi referatur ad chriſtū. Sed nec ip̄e niſi in fractiōe panis agnoſcitur:quia mens ſcripturarū niſi refectio fidei/aut morū detur anime/oīno nō videtur. Quiſquis enī ad voluptatē ſuam/ingenii aut ſtudii viribus/ſcripturarū integritatem attēptat:quaſi a ſacrario philoſophie excluſus: ab intelligētia veri alienus extat. Nam & ſodomite/dū āgelos correptores malitie:& viri iuſti hoſpites/ corrūpere voluerunt: cecitate percuſſi ſunt/& circa parietem aberrātes palpando in meridie craſſis tenebris obuoluti:iuſto dei iudicio ſubmerſi ſunt. Sic dū elati & maligni oberrant ad parietem ſcripturarum ſenſū fidelem qui in domo ſimplicis cum quo eſt ſermocinatio dei/& qui correptorē malicie videt angelum non attingunt. Angelus ſiquidem ſcriptura eſt quam deo mittēte conſtat ad increpandā maliciā hoīm in mūdi ſodomā deſcendiſſe. Audite(inquit)verbū dn̄i principes ſodomorū/auribus ꝑcipe verba mea populus gomorre. Seruiendū eſt ergo ſcripturis nō dn̄andū niſi qs forte ſe ip̄ꝫ dignū credat vt āgelis debeat dn̄ari. Eos vtiq꞉ viri iuſti adoraſſe & cibū miniſtraſſe legunt:& eis hūana temeritas vult ꝑferri? Cibantur autem fidei & bonorū operum cibis/ nā & magni conſilii angelum ad puteum ſic cibauit mulier ſamaritana. Et fortaſſe eos adoraſſe non proderit:ſi cibus ſubtrahatur. Nōne querēdi ſtudio viguiſſe ſcribitur patriarcha:qui ſcalā videns cuius ſūmitas celos tāgebat/angelos aſcēdētes & deſcēdētes vidit:& ipſum dn̄m innixum ſcale/& cū angelo donec aurora illuceſceret luctaminis certamē exercuit:nec ante ab angelo fatigatus acquieuit vt cederet:q̄ femore altero debilitatus bn̄dictiōis gratiam voti compos abſcedente angelo reportaret? Hec ei in ſpiritu aut in figura contigerunt:ſed nobis apoſtolo teſte figuralia ſeruiunt. In via ergo peregrinationis nr̄e apprehendam⁹ angelos ſcripturarū & infatigabili certamine luctantes cū eis: nō cedam⁹ donec nos aurora ꝟitatis illuſtret. Nec ſolā noſſe ſufficiat veritatē:niſi femore amoris tēporaliū marceſcēte eo verē virtut[ aditū/de bn̄dictiōe angelica facilius conſeq̄mur:q̄ mag[ eternoꝝ amore excitato:in appetitu tp̄aliū claudicem⁹. Eo enī

Luce.xxiiij.
Geneſ.xix.
Hiere.xxxi.
Geneſ.xviij.
Joan.iiij.
Geneſ.xxviij.
j.ad Corin.x.

lucta ista perducit: vt triūphantis hominis testimonio: de⁹ ipe qui summa veritas est: facie ad faciem videat. Quicquid enim boni in fide aut operibus apparet/imago quedam diuine visionis est. Et recte aurora sine benedictione nō expedit angelum: quia notitia veritatis sine gratia bone operationis sane consciētie nō habet fructum. Porro ad studiū querēdi nō modo domesticis/sed etiam extraneis animamur exēplis. Nam solō qui sēper summo sapientie feruore flagrauerat: supremo die assidentibus amicis & cōferētibus: iam fere mersuz satis caput erexit/ interrogatusq́ cur hoc fecisset: respondit vt cum istud quicqd est de quo disputatis percepero moriar. Migrasset ꝓfecto ex hominibus inertia: si eo animo vitā ingrederētur quo eā solon egressus est. Carneades laboriosus & diuturnus sapiētie miles in studio. xc. expleuit annos. Ei siquidem idem viuēdi & philosophādi finis fuit. Catho octogesimū & sextum agēs annū: aīo tamē iuuenili/virili robore/grauitate senili/in republica agēs: vt nec memoriā tardiorē/aut laterū infirmitatē: aut quassatā carnem: mēbra torpentia: aut linguā impeditā quisquā animaduerteret Grecis etiā litteris appetiit erudiri: qui sero & fere senex latias didicit. Cum vero sibi eloquentie gloriā cōparasset: id egit vt iuris quoq́ ciuilis peritissimus haberet. Eius vero ꝓles mirifica & patre cathone digna: adeo doctrine cupiditate flagrauit: vt ne in curia quidē qua senatus cogebatur temperaret sibi: quo min⁹ grecos libros lectitaret: qua quidē industria ostendit aliis tēpora deesse: alios supesse tēporibus Vitā quietē necessariam esse: vel ethicus docet qui studentis inane exercitiū reputat: si ad hostium eius prementiū se tumultuū turba pulsat. Ait enī. Quis locus ingenio: nisi cū se carmine solo: vexant & dn̄is cure viseq́ feruntur. Pectora nostra duras non admittentia curas: Magne mētis opus: nec de lodice paranda: attonite currus & equos: faciesq́ deorū aspicere/& qualis rutilū confundat erinis. Nā quod turba lumen veritatis impediat: cecus euāgelicus docet quem turbe ꝑcedētes/& sequētes increpabāt pariter vt taceret. Siqdē dicente dn̄o/q versatur in turbis turbatur erga plurima: q̄ nihil studiis aut bonis moribus exercēdis ꝑniciosi⁹ est. Si enī studiū (vt ciceroni placet) est vehemēs applicatio animi ad aliqd agēdū magna cū volūtate: ꝓfecto mēs que turbata ad ꝓlima distrahit nequaq̄ in vno ꝟtut[ ope fideliter occupat. Sed studii tūc exercitatio plurimū ꝓficit cū ꝟtus in singulis que legit aut audit homo/tacito apd se veri iudicii scrutinio cōualescit. Ibi naq́ ra-

De solone.

De carneade.

De cathone et eius ꝓle.

De tertia claue sapientie q̄ est vita quieta

Matth. xx.

Luce. x.

Studiū qd ē.

De q̄rta claue sapientie q̄ est scrutiniū tacitum.

De quinta claue sapientie q̃ dicit̃ paupertas

tio cuncta examinat & fructũ oĩm appẽdit in statera. Ceterum vita quieta esse nõ põt: si nature necessaria subtrahunt̃/& econtra si luxuriat anim⁹ in delitiis: rerũ affluẽtia: lumẽ ratiõis extinguit. Vñ fecunda virorũ paupertas: & vere humilitatis custos & socia ꝟtutis pmissis adhibetur vt luxuriã moderatrix ista cõpescat: & stimulis suis hominẽ sui memorẽ officio virtutis iugiter

Seneca.

instare compellat. Honesta quidẽ res est (vt ait sapiẽs) leta paupertas: nec tamẽ est paupertas si leta: sed creſt diuitiis potior. V

De democrito

democritus cũ diuitiis censeri posset: que tãte fuerũt vt pr̃ eius exercitui xerxis epulũ dare ex facili potuerit: quo magis vacuo aĩo studiis litterarũ esset parat⁹/pua admodũ sũma retenta/patrimoniũ suũ patrie donauit Athenis aũt cũ plibus ãnis moratus oĩa tẽporũ momẽta ad pcipiendã & exercendã doctrinam cõferens/ignotus illi vrbi vixit: quod ipe quodã volumine testatus est.

De crate thebano.

Crates quoq; ille thebanus piecto in mare nõ puo auri pondere/abite (inquit) pessimi male cupiditates: ego vos mergã ne ipe mergar a vobis.

de anaxagora

S3 & anaxagoras cũ a diutina pegrinatione patriã repetisset/possessionesq; desertas vidisset: nõ essem (inquit) ego saluus nisi iste perissent.

Socratis oraculum.

Socraticũ fert̃ oraculũ: neminem locupletẽ futurũ vt doceat: nisi se ad discẽdũ pauperem & egenũ credat. Semper enim discentibus plura deerũt q̃ scitu iocunda vł aut necessaria sunt.

De sexta claue sapientie q̃ dr̃ terra aliena

Terrã alienã philosophia exigit & suã interdũ alienã facit/imo alienã facit suã: & nullo vnq̃ grauatur exilio: h̃ est qđ domesticas & que carnis sunt abigit sollicitudines: vt hõ totus quodãmodo versus in spiritũ: omẽ quod sapiẽtie pfectũ impedit/reputet alienũ: vbiq; tamẽ domi: & vbiq; in patria: quia vbiq; locorũ apud se: & vbiq; apud sapientiã commoratur.

Genesis. xij.

Et forte huc patriarchã inuitat domin⁹ dũ eũ exire de terra & de cognatione sua pcipit/vt in pegrinatione proficiens multiplicetur in gentem magnã: ipamq; terrã acquirat feliciter quã relinqt: dũ ad vocationẽ sapiẽtie oĩa que sunt mũdana contẽnit. Si quidẽ ꝟtus modeste paupertatis exercitio crescit/& fortitudo facili⁹ diuitiis q̃ laboribus expugnatur. Qui vero in cognatione temporaliũ quib⁹ quodãmodo ingenitus est pedem sui figit affectus/seruit & minoratur: & iure dñi feliciter acquirunt̃ oĩa: que mundi cordis affectione quasi mentis pede calcãtur. Sed quis est qui hanc arduam viã: vel intrare disponat. Angelum forte quis aggredit̃/aut quis si aggredit̃/pseuerat? Nec tamen sine discrimine colluctãdi videtur facies veritatis: & nisi

Genesis. xxix.

paupis exilii amaritudo pcedat: rachelis & lie cõiugatio nõ dul

cescit nec succrescit soboles numerosa/nisi in vtutis baculo iordanem labentiū solitudo transierit: & in duabus turmis spūalium & corporaliū bonorū in patriā diues igreditur: qui etiā inter cognatos exul in pure cōtemplationis & recte operationis labore diutius sudauit. Qui vero alia via philosophari nitunt errant: & vrgēte fame pmogenita distrahēt/si tamē inuenerit germanum qui vel lēticulā sapiētie pcii noie largiat. Est enim vt fert dixisse aristipp⁹ indulgere vitiis a legēdi studio temperare. Genes. xxxij. Aristippus.

Ⓒ De septima claue discentiū. Capm. XIIII.

IN libro quintiliani de institutione oratoris septima clauis discētiū ponitur amor docentiū quo pceptores vt parentes amandi sunt & colendi. Sicut enim illi corporū: ita & isti quidem sūt genitores animorum/ non quidem de se ipsis propagando substantiā: sed quasi sapientiam in auditorum mentibus gignunt in melius reformādo naturam. Et hec quidē pietas/studio plurimū confert. Nā & libenter audiūt quos amant: & dictis credunt: & eis similes esse concupiscunt: & pio faciente affectu in ipos cetus scholariū: leti alacresq; conueniunt. Emendati non irascuntur: laudati non erubescunt: vt sint & ipi charissimi studio merebuntur. Nā vt doctorum officiū est docere/sic auditorū prebere se dociles. Alioquin neutrum sine altero sufficit. Nā sicut hominis ort⁹ ex vtroq; gignētium est confectus/& frustra sparseris semina nisi ea pmollitus fouerit sulcus/ ita sciētia coalescere nequit/nisi sociata tradentis accipiētisq; cōcordia. Hec quidē quintilian⁹ in preceptis eloquentie: sed nihilomin⁹ sunt ad institutionē sapiētie applicāda. Profecto nec eloquētia nisi in preceptis sapiētie cōparat: & in forum illorū qui aures audiendi habēt: nō modo ridiculosus sed quodammodo vesanus irrumpit quēcūq; philosophia vt loqueretur diligentius nō instruxit. Septē alias claues quas ad intelligentiam scripturarū ticonius posuit in lucē proferet liber q de doctrina xpiana inscribitur: sed nequaq̄ istis obuiant/omnes potius versantur in vna istarum. Eas namq; studium querendi complectitur. Ceterum de traditione gētilium sermo fuerat institutus/ita tamen vt ad institutionem fidelium ex proposito referatur. Vna tamen est & singularis: & quasi clauium clauis illa que aperit: & nemo claudit: claudit & nemo aperit: & sine q̄ ad intelligentiam veri nullus accedit/quam quisquis aut non apprehendit aut non tenet potius eum insanire crediderim q̄ philosophari. Ticonius. Apocal. iij.

¶ In quo epicurus et sui summū bonū cōstituant:et q̄d per labores multos itur ad voluptates. Capitulū. XV.

Multa quidē sunt et difficilia quib⁹ philosophātiū ꝓbatur virt⁹:quia ad summū nō est iter nisi per ardua. In spe tamen ꝑficiendi oīa mansuescūt/& dū laboris pēsatur vtilitas:mens ad oīa roborat̃. Et quidē ad summum tendūt omēs sed via dispari:nemo tamen vt opinor:illuc sine labore ꝑtingit/aut tendit. Cū enī sint tres philosophātium secte:que & ipse scindūtur in semitas multas:oēs & si dissimiliter:laborāt tn̄ in assequēdo finē quē statuunt. Siquidē epicurus/et totus grex sodaliū ei⁹ vitā asserit que semꝑ tāta iocunditate letatur vt tristitie & perturbationis nō interueniat/ vel tenuis motus. Vera quidē diffinitio est:& qua nihil potest esse iocundius. Ab ea tn̄ plebs que eū sequit̃ defluxit in voluptates:reputans se earū vsu beatissimā esse futurā. Mihi tamen ꝑsuaderi nequit hoc aliquē hausisse de fonte socratico:qui tantā morū docuit puritatē vt a posteris credit⁹ sit nō humanū modo:sed diuinum spm̄ habuisse. Sed quia facile est aure vel ore insipiētium dicta optima deprauari:ad cōpendiū immūditie tracta sunt:q̄ virtutis esse debuerāt instrumētū. Caro siquidē opinata est:nā hoc vtiq₃ cordatus homo nō sentit ꝙ amore iocisq₃ nil est iocundius/nil suaui⁹ parasitica vita: aut eorū qui epulantur quotidie splēdide/qui vino estuant:splēdidis vtūtur vestibus. Deniq₃ oīa que mēs:lingua:manus: appetit cogitare/loqui/& facere:& in nullo cōtra ire sibi/aut motū ꝓprie reprimere volūtatis vitam esse hominis/vera & sūma felicitate gaudētis. Sed nūquid huc sine labore venit̃? Quot obices ne sic viuat̃ varietas humane sortis interiacit? Vt reb⁹ nāq₃ vtaris ad libitū:opulentia necessaria est. His enī egen⁹ ita nō vtitur quia desūt aut parcit sepe ne desint. Sed ponātur adesse. Inter multos cōpetitores:et tāta currētes auiditate:eas fortior asportabit. Virib⁹ itaq₃ opus est vt seruent̃. Exigitur ergo et potētia. Nunquid hec gratis id est sine labore & sollicitudine acquirūtur? Sed in his cōtemni durū quidē est & intolerabile eo ꝙ amor cōmodi innatus est homini:vt etiā qui nō agit vt bon⁹ sit bon⁹ videri velit/& in estimatione sui aliorū credit errare iudicia. Nam vt bon⁹ sit nō cōmodi sed iusti amor efficiet. Querit̃ ergo reuerentia cōuiuentiū:sed hec ipsa nisi fame beneficio ꝑtendat̃ leuiter euanescit. At illa que gloriā parit & ꝓrogat:ex multis surgit articulis:s₃ maxime a virtutū exercitio ꝯualescit. Patet ergo q̄ laboriosus

N̄ ꝺ ꝙ v̄tutes ꝑcipue pariūt gloriam.

sit transitus ad beatitudinē per voluptates: que sufficientie cau sa diuitias cōgerunt/vt potentia nitanť/fugiant conteptus/am pliores querūt dignitates/& cōciliande celebritatis grā aspirāt ad gloriam. His tamē omnib⁹ nō ea vita quā epicur⁹ describit acquiriť:& que tristitie sit & toti⁹ pturbatiōis ignara. Aut enī hec in vnū quēlibet nō cōcurrūt/aut nō cōferūt quos pollicentur effectus. Immo & sepissime tanq̄ e regione cōsistāt querētiū vo tis cōtraria operanť. Si mihi nō credis/liber de cōsolatione phi losophie reuoluať attentius: & planū erit hec ī cōtrariū cedere. Et licet liber ille ṽbū non exprimat incarnatū: tñ apud eos qui ratione nitūtur:nō mediocris auctoritatis est cū ad reprimēdu3 quēlibet exulcerate mētis dolorē cōgrua cuiq₃ medicamenta cō ficiat. Nec iudeus quidē nec grecus sub pretextu religionis/me dicine declinet vsū cum sapiētibus in fide & in perfidia desipiē tibus sic viuide rationis confectio ꝓficiat artificiosa: vt nulla re ligio qđ miscet abhominari audeat: nisi quis rationis expers ē. Sine difficultate ꝓfundus est in sententiis/in verbis sine leuita te conspicuus:orator vehemens:efficax demonstrator. Ad id qđ sequendū est:nūc prolabitur suadens:nunc quasi stimulo ne cessitatis impellens. Si huic vt necesse est acquieueris: videbis ista laboriose nimis queri ob aliud/& id cuius queruntur gratia ex eis minime prouenire. Illud tamen cuius queruntur gratia ve rius & cōpendiosius poterat inueniri:si nō aliunde q̄ a se quere retur. Sed iam fere malicia inualescente nō queriť s3 neglectui ducitur pre istis/etiā si occurrat Nā cū oīa bona sapiētie accesso ria sint: ipāmq₃ ꝯstet sup salutē & oēm pulchritudinē appetēdā: ipa ceterorū collatiōe vilescit:& sola sūt accessoria eius ī precio. Quis enī philosophať vt sapiat? Nā vt reb⁹ abūdēt:aut tēpora liter floreāt videbis multos:& si nō philosophentur tñ philoso phos imitari. Ceterū facili⁹ est vt diuitie philosophantē impe diant/q̄ vt philosophie qppiā cōferāt. Deo enī & māmone fide liter non seruitur. Ne verearis vt quis patriam deserat:vt paup tatem spontaneā amplectatur vt studio vacet. Nā philosophia ipsa labor videtur inutilis:nisi fructus opulētie cōsequať. Alios vt sciant curiositas excitat: alios vt scire videantur elationis sti mulo vanitas vrget:alios ad questum pestifera cupiditas inflā mat. Rarus est qui charitatis aut humilitat; pede/sapiētie vias scruteť:vt doceať/aut doceat. Nā ad immūde voluptatis: aut vane vtilitatis ineptias omnia referuntur. In his enim finis est anime aberrātis. Philosophia interim viaticum est paucorum

[Marginal notes:]
Nota q̄ voluptates sūt īpedimentum ad beatitudinē.

Nō eximiam cōmēdationē libri de cōsolatione boecij. licet iesus xp̄s ibi non exprimať noīatim.

Sapiētie. vij.

Matth. vj.

tamen/quia alia via longe videtur esse compẽdiosior. Nam vt dici solet. Amor ingenii neminem vnq̃ diuitem fecit.

¶ De amore diuitiarum:& ꝙ in eis anima non quiescit. Capitulũ. XVI.



Qui solas diuitias congerere curant: nihil in vita potius credi volunt via quam ceteris pretulerunt: vt eius indigentia expleatur. Diuersa probãtur a diuersis. Nullum graue periculum est: si spes dolosi nummi refulgeat. Ipsam fere naturam vicit amor pecunie:& res pene impossibiles ad possibilem redigit facultatem. Auaro nihil vile videtur aut sordidum/& sibilante populo seipsum consolatur:immo sibi & applaudit simul ac nummos contemplatur in archa. Petronianum illud ingestum omnibus credas. Quisqs habet nummos secura nauiget aura Fortunamq; suo temperet arbitrio. Vxorem ducat danen/ipsumq; licebit. Acrisium iubeat credere quod danaan. Carmina componat:declamet: concrepet omnes: & peragat causas: sitq; cathone prior. Iuriscõsultus paret: non paret hebeto. Atq; esto quicquid seruius & labeo. Multa loquor/quid vis nummis presentibus opta. Et veniet clausum possidet archa iouem. Dum itaq; questum faciat/ nulla pars mundi videtur inaccessibilis: & ipsius torride estum maior auaritie ignis exuperat. Inde est ꝙ hic mutat merces surgẽte a sole ad eum quo vespertina tepet regio. Hic toto ĩpetu fertur in hostem:concurritur hore momento/cita mors venit: aut victoria leta. Alius superbis gaudet assidere liminibꝰ:vt ex familiaritate maiorum facilius ad opes que desiderãtur accedat. Si potest versatur in aliquo ministerio:sinautem/sufficit vel in matricula curialium esse conscriptum. Sola siquidem conscriptio questuosa est/vt minimum locum ꝑcimonie facit qua nullum vectigal vtilius. Suis enim commodissime parcit quem loculi exhibent alieni.  Militatur in curia vsq; ad canos:immo & illos cõsumit curia. Vix est vt quem curia ꝑduxit ad canos:domum redeat/vel exclusus. Si migrauerint fame pereunt: quia vt ait sydonius eos non tam bonus pascit q̃ panis alienus. Suauior enim est/& quiddã ab alieno innate dulcedinis habet. Nescit vti suo qui semper abusus est alieno. Si honesta finiuntur officia/parasiti partes non erubescit explere:vel mimi. Que vis indigna patietur ãteq̃ exeat. Apud mironem trebium cogites discumbentem. Nam & huic idem propositum & semper eadẽ mens est:vt bona summa putet aliena viuere quadra:& ea pa-

Amor pecunie vincit oĩa.
Nõ ꝙ auaro nihil vile videtur/et ꝙ sempˀ cõtẽplatur in thesauro.
Nõ ꝙ ꝓpter q̃stũ auarꝰ oẽs mũdi partes circuit.
Iuuenalis.

tienti perferre animo/que nec sarmentus iniquas cesaris ad mēsas:nec vilis galba tulisset. Innumerabiles vie sunt:quibus palā aut clanculo properatur ad questum/& quem non subigit amor pecunie interdum superat cupiditas specierum. Equos vestes: aues armatas:venaticos canes:inumerosos greges armētorū & pecorum/& variam mundi superlectilem:quoniā per singula currere vires humanas excedit. Pleriq; pecunie preferunt:& totius hominis vires exhauriunt in acquirendis his aut tenendis. Nam in his duobus articulis furor totius auaritie constat ꝙ immoderatius appetit aliena/aut sua tenacius seruat. Et quidem immoderatius appetit quisquis quod deest/legem necessitatis excedens & que vsus exposcit. Tenētur quoq; auidius que vsu subtrahuntur. Ea vero que sine vsu possessoribus elabūtur: inutilia sibi esse quis dubitat? Auaritiam vel ex eo non modo fugiendam: sed detestandam constat ꝙ a celestibus procul sectatores suos & a cōsortio diuinitatꝭ & vsu celestis beatitudinis remouet & elongat. Omnia siquidem que celestibus viciniora sunt minus cupiunt & cōgregant pauciora. Volatilia celi neq; serunt:neq; metūt:neq; nent:neq; ꝯgregāt in horrea: neq; penū construunt:sed omnem excludunt sollicitudinem crastini. Ecōtra/mures & reptilia congerunt in futurū & generationes perhibentur esse quibus terra est in cibum/& eedem parceviuunt: nequando eis terra deficiat timentes. In quā tamē proculdubio ipse resoluentur. Sentiat vnusquisq; quod vult/ego auarū posse fieri compotem voti non credo nisi forte & epicurꝰ famelicum & siti aridum & languentem/plene voluptatis iocunditate frui consentiat. Siquidem vterq; famelicus est:sed perniciosus esurit auarus qui semper indiget & satiari non potest. Maior enī est hiatus mentis q̄ corporis:& nisi seipsum deus infundat/omnino nequit impleri. Nam cum natura spiritualis virtute propria sic corporalia comprehendat:vt nulla quātitate distēdatur:nec res vna loco preoccupato alterius impedimento sit quo minus illa comprehendatᷣ:& quo plura cōcipiuntur eo pluribus locus est. Luce clarius est ꝙ res corporalis/animā que spiritus est implere non potest. Totus enim mundus angustus est ad anime quantitatem. Ex quo patet ꝙ in eo toto anima non quiescit: nisi forte in āgusto clausum ergastulo spinis suppositis incubātem epicurus quiescere molliter opinatur.

Auaritia in q̄bus articulis constet.

¶ De ambitiōe. & ꝙ cupiditas stultitiā comitatᷣ. & quis sit ortus tyrannidis:& de diuersis vitiis ambitiosorū. Cap. XVII.


Edinare nituntur aliqui & si non maculã odibilem/ tamen auaricie notã. Nã & ab alienis videtur absti=nere & suis cũ res exposcit libere vti parati sunt. Eis tamen de fonte malorum oritur alicuius vitii vena que semitas eorũ a tramite vere felicitatis auertat. Sicut enim in orto deliciarũ de vno fonte oriuntur flumina que fecundant suauissimi odoris agrũ cui domin⁹ bñdixit: sic in loco horroris & vaste solitudinis in terra scilicet obliuionis/quam illi ĩhabi=tant qui sui obliuiscuntur in mundo/velut stupidus ludorum va nitate captus in theatro/quasi de fonte vno omnium pullulant capita vitiorũ. Hic autem puteus cupiditatis est. Eam vero sic patrũ diffinit auctoritas: vt dicatur cupiditas amor esse eorum que quis amittere potest inuitus. Sociatur ei stultitia comes: sua dens id amari & q̃ri/qđ teneri nõ põt. Et est stultitia eorũ q̃ sciẽ da sunt vitiosa ignorãtia. Sic eã liber magni augustini de libe=ro arbitrio pingit. Si enĩ nesciatur qđ sciri nõ põt: in nomẽ stulti=tie minime cadit. At cum sui ignorãtia quis tenetur: transit ad stultos. Si in bonis que minora patenter sunt maioribus p̃fert stulte iudicat. Si vitia sequẽs: pteꝫ suã deteriorẽ faciat: stultitie maledictione dãnatur. Si ergo error fuerit cupiditate succensus p̃cipitii via multiplex patet: cũ ab errore sit/ vt hõ quid sequẽdũ sit/ignoret: & ipm̃ in inuio abeuntẽ fornax cupiditat( inflãmet. Et quidem adhuc preualent verba iniquorum dum homo p̃p̃e conditionis ignarus & debite subiectionis detrectans iugũ/ fi=ctitiam quandam affectat libertatẽ: vt possit viuere sine metu: & impune quod voluerit facere: & quodãmodo iã esse sicut de⁹. Nõ tamen ꝙ diuinam velit imitari bonitatẽ: sed deum/ dando impunitatẽ malis: ad suã vult malitiã inclinari. De radice ergo sup̃bie surripit ambitio potẽtie. s. cupiditas & honoris: vt hic vi res habeat ne prematur: hic p̃ueniat reuerẽtia ne vilescat. Nemo enĩ est qui nõ gaudeat libertate: & q vires quibus eã tueatur non optet. Nihil est quod non in p̃mutationẽ eius veniat si locus as sit. Seruit⁹ enim quedã imago mortis est/ & libertas securitas vite. Inde est ꝙ ad conciliandã potentiam effunduntur opes: & quanto quis potentie cupidior est: tanto eas facili⁹ expẽdit. Cũ vero potentiã nact⁹ est: erigitur in tyrannidẽ: & equitate cõtem pta nature/& cõditiõis cõsortes dep̃mere inspiciẽte deo nõ ve=retur. Et licet oẽs occupare nõ possint principatus & regna/a ty rannide tñ oĩno immunis est aut nullus aut rarus. Dicitur autẽ ꝙ tyrannus est qui populum violenta dominatiõe premit. Sed

Genesis. ij.
Cupiditas qđ est.
Stultitia qđ est.
Seruit⁹ qđ ẽ.
Libertas qđ est.
Tirann⁹ qđ ẽ.

tamen non modo in populo:sed in quantauis paucitate potest quisq; suā tirannidē exercere. Nam & si nō populo:tamen quatenꝰ potest quisquis appetit dn̄ari. Non enī de his institutus est sermo qui sunt oīno animi defecati:et subiectione cōtinua gaudentes alicui in vita preesse refugiūt. Vita potius alicuiꝰ politicorū excutienda est. Quē mihi dabis inter illos qui non velit: vel vnū potentia anteire? Quis est qui nolit sibi ius esse in aliquem? Quis est qui sic subditum tractet sicut vellet se tractari si subderetur? Dū ergo ambitio inualescit/calcata equitate procedit iniustitia:et tirānidis ꝓcurans ortū/om̄ia quibꝰ illa crescit exequitur. Qui ergo suis non preualet/nititur viribus alienis. Est videre q̄plurimos aucupes potestatū:honorū procos adherere potētibus:& se reipublice muniis īmiscere tentātes viam qua se possint e latere / vel ex aduerso in altū tollere q̄ pre aliis possint aut saltem posse ratione cōsortii videantur. Effundunt patrimonia/labores īmensos aggrediūtur & perferunt:instare obsequiis/& sollicitare blāditiis quos captant nō verentur. Nullum ergo officiū gratuitum est:nō dux:aut iudex centurio/aut decanus:sed nec preco/nec caupo nisi ad preciū fiet. Ad hec in prophanis tolerabilia:dum que publica sunt ambitio non corrūpat. Nam quecūq; publica sunt/pietati debent & fidei consecrari. Ceterū hec ambitiosiora sunt et vix aut vnq̄ gratis in aliquem cadunt. Sed poterunt de his que sunt ab institutione traiani superius dicta sufficere. Domesticas calamitates & thalamum sapientie expositum fornicatoribus et sanctuarii interioris recessum in prostibulum permutatū:sine gemitu & lachrymis nequeo deplorare. Domus nāq; orationis/negociationis (domino ꝓhibente) facta est domus: & templi fundamentum in lapide adiutorii:in latronū spelūcam versum est. Siquidem ecclesia data est in direptionem/aliis palam/aliis clam occupātibus eam. Nā et ipsa occupanti cōceditur:eo forte ꝙ in nullius bonis est. Non est enī inuētus nisi perrarus qui accingatur gladio super femur suum/ad presumptionē ambitionis reprimendam. Illa namq; machinas multiplices erigit vt eam expugnet nemine defendente. Alius enim de nobilitate confisus/aut viribus potestatum violenter in sancta irruit:& si forte pulsat ad hostium/parietem/aut limina suffodere non veretur. Nam & seditionem cōcitabit in moysen/& alienū ignem inferet in tēplum: et vasa sanctuarii contaminabit. Alius sperans in multitudine diuitiarum symone ducente ingreditur:non inueniens

ff.de pollici.l.j.§.i.ff.de mūe. et hono.l.exi. stimo.

Esaie.lvj. Mat.iij. Marci.x. Luce.xix. Joan.ij.

Insti.de rerū diuisi.§.nulliꝰ. et.§.desc.re.

ibi qui eū & pecuniā suam iubeat ire in perditionē. Ali⁹ in muneribus ad petrū reformidat accedere: clāculo tn̄ p impluuiū auri / ac si per tegulas iupiter illabaꝛ in gremiū danes sic in sinū ecclesie procus descendit incestus. Alius obsequo q̄si muner( ignarus adest: ac si obsequia non cedāt in muneris rationē. Profecto nullū maius est munus: q̄ cū homo seipm̄ hoīs deuouet seruituti. Aliū collisione quadā vocantis liberalitas preuenit: sed postmodū collatā gr̄am suo giezi plenius cōpensabit Alius agit ne ipm̄ pulsare oporteat: sed ad ingrediendū compellaꝛ inuit⁹: & quasi obnubilās lucernā dei vt eū impune irrideat fraudulent⁹. Diu siquidē alius simulauit. Ambitionem nāqꝫ multis indiciis pdidit & se diuitem: potentē: insignē velle fieri ꝯfessus est sꝫ alia via: sed in alio statu: sed in minori piculo: maiore libertate voluit esse nobilis inter laicos / aut certe magnus in clero. Ob hoc pn̄cipū virorū quesiuit gr̄am / familiaritatē iniit: ab eis quascunqꝫ suscepit functiones. Scriniis forte prelatus est aut cōsignādi suscepit officium aut cubilii custodiā / aut publici claues erarii / aut ratiocinii varias cautiōes: aut si aliud nequit: vt corbili⁹ preficeretur obtinuit: nō tamē ꝙ ad eum ptineat de egenis aut de pauperibus curam gerat: sed quia fur est: & loculos habet quos auaricia soluit ad tempus vt sub imagine pietatis eos sacrileg⁹ farciat / & de mendicitate & morte egentiū priuatas sibi diuitias paret / si enim vere compassionis moueretur affectu: sua fideli⁹ & vtilius pauperibus erogaret: q̄ ad dispensationē alieni mercator impurus accederet. Iam palā emunꝛ oīa: nisi modestia ventitoris impediat: adeo enim sacris altaribus auaritie prophan⁹ imminet ardor: vt hec oīa quasi parodica quedā preemanꝛ. Et quia per se non veniūt in cōmerciū / licite & iuste credunꝛ acquiri si p̄empta: aut coempta fuerint. Quid enim? Nūquid in forū

xvj.q.vij.filijs approbante pretore non veniunt que iure antiquo sic possidenꝛ a laicis vt transeant ad heredes: & titulo donationis aut permutationis alienētur ab eis? Ius ergo aduocationis / aut patronat⁹

Ambrosius. ecclie quid prohibet distrahi? Nam quia beatus ambrosius heresim symoniacā cōmitti dicit in talibus / prouinciale decretum interp̄tantur esse: & qđ in sola italia & inter lūbardos debeat obtinere. At constitutio apostolica inhibēs ne illi qui dū ecclesias ambiūt quo facilius subintrent ius aduocationis querāt: admittanꝛ in eccl'ias quarū aduocatio fraude q̄sita est ad timorē dictū resenunt & nequaq̄ esse ppetuū: sed pro loco & tempore dispensandū.

Cirillus. Vt ait enim beatus cirillus in ep'la ephesine synodi / dis-

pēsationis mod⁹:nulli vnq̃ displiciãt sapientū. Si dispensatiōis modū queris/ꝓbabilis quidē est/si erga diuites erga nobiles:erga potentes:& regales aut curiales rigor canonū temperatur. Nam de moribus vltima fiet mentio:& istis lex canonuꝫ neq̃q̃ posita est. Iustitie siquideꝫ liberi sunt/& eo ducuntur spiritu: vt necesse non habeant esse sub lege. Statuat ergo lex qđ placuit latori. Nā isti ꝑuilegii principalis gaudentes beneficio: quicquid ambiūt sibi cōpetere opinanť. Episcopos ad prima bñficia obligant/& de futura successione pacifici nō vereanť. Restat ergo vt tristi pactio repleatur euentu/& illi⁹ quisq̃ animeť & armetur in necem/cuius ambit successionē. Si enī cedere moretur aduersantur vexant & multipliciter ꝑcutiūt possessorē. Possessio nāq̃ parit aduersario actionē in rem. Si vo prelatorū quispiā sue cōditionis memor eis ꝑ vota nō obedierit/amaras illico audit hystorias/eo ꝙ indignum & contumeliosum omnino reputant:si turpis & īhonesta petitio repulsam alicubi patiatur. Interim ergo alarū suarū feruntur remigio:nidificant in prouinciis singuľ Vix quot nidos habeant/vľ ipsi sciunt Diurna ad peragrandas alicuius orbis plagas eis preparantur hospitia: & in tāto numero vix hospiciolo vno donatur horridulus comes. Nam si quis hoc fecerit/probate liberalitatis est. Vtiq̃ & in signis prudentie/si quis tot quocunq; modo conquirit altaria:vt quasi ritu mēphitico quotidianas hostias nouis possit altaribus immolare. Nolunt tamen sacerdotio onerari/aut seruire altario qui de altario viuunt:ne vt populus arguit dicam luxurianť. Sed personatus quosdam introduxerūt/quorum iure ad alium onera/ad alium referuntur emolumenta/& cum apostolus dicat qui non laborat non manducet:qui minimum meretur plus percipit:& in labores alienos ociosus aut flagitiosus ingreditur. Quis ergo dicat in hac emenda licentia cum non res sacra sit:sed ꝓphana symoniam posse committi? Huc enim vt vulgo dici solet ꝑ argenteum pontem transitur a sordibus que transeuntē vel pōte aureo persequuntur.

j.q.vij. vidici. | Ironice loqť. | C. de ali. iu. mu. cā fac. l. vna. | Mēphis idē est qđ egypt⁹. | ij. ad Thess. iij

¶ Qꝫ ambitiosi dissimulāt se nolle qđ maxime appetāt: & qb⁹ excusationibus propositum tegant. Cap.XVIII.

SEd ecce ad aliquem istorum promouēdum aut cogitur/aut circūueniť ecclīa vt dicat hosti domestico amice ascēde supi⁹ Stupidi itaq̃ obstupescūt:nomē dignitat( abhorrēt: refugiūt on⁹: & vt auidi⁹ ipellātur more vt diciť arietis:vt forti⁹ feriat recedētis:cū suspiriis genu

Luce. xiiij.

tibus & singultibus interrũpẽtibus simulatas lachrymas retrocedunt. Notũ siquidem est: quia sedes hec trahit & cõpellit iuitos/& quos notat ambitio repellit. Nitunt ergo rationibus & auctoritatib⁹ docere quare eos episcopari nõ deceat. Non sum (inqt) medicus/& i domo mea non est panis: nec penes me thesauri sunt/vnde in necessitatis articulo noua & vetera indigentibus pferam. Possum vtiq; vti excusatione pphetica qm̃ loqui

Hieremie.i. nescio/& quia puer ego sum: & si non etate reuera sciẽtia & leuitate morũ. Sordidis vestibus ab initio indutus sum/ & eas nũq̃ in sanguine agni/aut vestibus studui dealbare. Quomodo ergo sancta tractabo pollutus/aut (qđ sacerdotẽ oportet) polluta mundabo? Nã legem indesinenter contẽpsi: & sancta dei increpante ezechiele polluere non cessaui. Mea ergo pmotio: populi deiectio est. Ruina siquidẽ populi sacerdotes mali. Facti sunt enim in laqueũ populi existentes i specula: & quasi rethe extensum ad inuoluẽdas aĩas. Terret me aggeus parabola mystica sacerdotii periculũ exprimens: & manifeste docẽs: quia populus

Age.ii. a sacerdotũ moribus facilius vitia ꝯhit q̃ ꝟtutes. Interroga (inquit) sacerdotes legẽ & dic eis. Si caro sancta vel vas sanctũ alicuius vestimentũ contigerit: si sanctificat eũ eo ꝙ cõtingit. Et dũ dixissent sacerdotes: quia non sanctificat/ rursũ dixit ad eos. Si immũdicia cõtigerit vestimẽtũ mundi/vtrũ polluat eũ? Et dixerũt/quia polluit: Tolerabilius est ergo me vnũ ppriis consumi vitiis/q̃ in multos vitiorũ diffundi pestem. Adhuc si psõa esset vsq;quaq; laudabilis: si nõ essem curie nexibus illigat⁹: me

Miche.iii. micheas durissime repellit ab aditu non ferens syon edificari in sanguinibus & hierusalẽ in iniqtate pncipũ suorũ Hic aut nulla est: aut compulsa: aut simulata electio. Hanc quoq; partẽ protẽsa disputatione psequitur. Postremo se promoueri non posse sine suspitione symoniace prauitatis: cũ ob hoc ius & auctoritatẽ sigilli aut camilii aut scrinii emisse videat. Licet alia mente ad obsequiũ potestatis/sicut presens testatur dies/qua delatuz honorem respuit/teste conscientia accesserit. Affectans vt p hoc sine onere sortiretur honorẽ. Apostolicas quoq; sanctiões replicat & reuoluit: quibus pridẽ statutum est: vt a sacris ordinib⁹ & omni pmotiõis spe arceant: qui cuiuslibet secularis curie emũt officia: aut qui viles aut seruiles obsecundatiões pncipibus prestant/aut quorũ electio nõ est a clero in eccl̃ia & sine pnominatione cuiusq; mũdane potestat canonice celebrata. Quos si aliter electi fuerit: sub piculo anathematis vniuersalis eccl̃ia prohi

bet cõsecrari. Vnus pncipum nostrorũ (nominis siquidẽ immemor sum) in causa simili egregiũ facinus egisse memorat (hẽricus fuerit an robertus nõ multũ refert) Cũ ambitiosus quidã monachus ad abbatiã quã preemerat vocaret: & ille modestiã simulãs vt auidi⁹ peteret onus refugeret/recusaret honorem: & se palã tante rei fateret indignũ. Plane (inquit) pnceps indign⁹ es: quia eã clam data mihi tãta pecunia/sũmã pecunie express sit/emisti. Sed qm̃quidẽ p me non stat: quo min⁹ pactio impleatur/liberũ me hr̃e/iustũ est & tu domũ redeas: & qui dign⁹ est destitute preficiat eccl'ie. Sed nũc lõge aliter succedit excusatori ãbitioso. Hec enĩ & alia q̃plura mltiplicat/vt credat nolle qđ appetit: & tandẽ gratis accipe quod pemit. Vñ tanq̃ vir modestie singularis capit/trahit/& ad cathedrã conclamãtib⁹ turbis & cõcinẽtibus choris: multitudine pressus deducit. Nec ignobilitatẽ pdest ptendisse/carnis aut sanguinis/eo q impatori nõ queritur successor: sed piscatori: fabri filio/ nõ augusto. Sciẽtiã accurata excusatio pdit/& religiosus esse cõuincit ex eo q inuitatus ascendere diuti⁹ recusauit. Visus est enĩ noluisse qui distulit. Que vero de canonib⁹ sibi opposuit: habita ratione loci tẽporis/& psone simili via tẽdẽtiũ ad honores socia multitudo dispensat. Si de presentib⁹ niti neq̃unt/aut pteritis/futurũ vaticinant pfectum. Sic callidus mãgo dũ qui duri⁹ puehit equum aut pullũ pbitatis incognite gradariũ pmittit in futurũ/& fractis gressibus incedentem mollius: propẽsiori laude in stabulũ incauti mercatoris extrudit. Mangonum mos.

De his q impudẽtius irruũt sine dissimulatiõe ãbitiõis quos neq ratio neq auctoritas repmere põt. Capm. XIX.

Consistunt e regione q̃plurimi nequaq̃ dissimulãtes ppositũ: sed ambitionis quasi (vt dici solet) insignia pconãtes. Predictorũ deridẽt ignauiã: velut militũ q militie sue titulos nõ audeãt pfiteri. Hi licet impuri sint/& nec vitã suã velint erigere: nec sciant instruere alienã/ immũdis vt dicit pedibus certatim irrũpũt in sancta sanctorũ: panes dñice ppositiõis/& carnes agni imaculati/assas igne passionis in cruce: nõ modo illotis: sed pollutis si liceat manib⁹ tractaturi. Hi sũt q licet pmo adito ac ianuis habeant indigni: continuo tñ tendũt ad sacerdotiũ: festinant ad tribunal: & repulsis ceteris: sic sacris altarib⁹ incubãt/vt iã nõ ad formã & exemplũ prebendũ plebi/ordo ille videat institut⁹: sʒ esse occasio quedã in abundantia & securitate viuẽdi. Nec putat officiũ districto

iudicio dei obnoxiũ: sed se cura quedã & nusq̃ discutiẽda ammi
nistratio. Credas illud poeticũ/voce preconis/oĩbus sonuisse.
Horatius. Occupet extremũ scabies Inde est ꝙ omnes quasi in stadii ago
ne contendũt/anhelãtibus singulis ne episcopatũ accipiat alter.
Votis ergo & si nõ re plures numero sũt rectores: q̃ illi quos re
gũt. Nam qui regi velint ꝑpauci sũt: cũ quisq; vt emãcipet a iu
go rectoris ꝓprii totis virib⁹ querat. Priuilegio siquidẽ aposto
lico aut regio p̄cepto/plurimi tuti sũt: ne iudicibus suis obtẽpe
rent: ne iustitiã faciãt: ne legi dei subditi sint. Nõ reprehẽdo cle
mentiã apostolice sedis: sed hanc indulgentiã eius eccl'ie dei nẽ
arbitror expedire. Nihil tale in illa gloriosa familia xp̄i legim⁹
Luce.xxii. licet & in illis contẽtio facta sit: quis eorũ videretur esse maior.
Actuũ.xv. Nullam emãcipationẽ hmõi ab ap̄lis factam meminim⁹/licet
Ad Gala.iiii. paulũ & barnabã audierimus ab inuicẽ discessisse. Nullã in illa
superna ciuitate que sursum est mr̃ nostra/ꝯdictionis materias
credim⁹: sed nec hic esse debere nisi vrgentissima ratio flagitet.
De his enĩ vt pace multitudinis & eorũ qui illius fouent iniqui
tatem loquar/dicã qđ sentio: ne quid subtrahã veritati aut ꝓba-
bilitati. Dico ergo qđ indubitãter credo: qm̃ hi qui efferẽte sup-
bia huiusmodi emancipationes querunt a ceruice sua iugũ xp̄i
& patris eius si fieri posset excuterent. Plus dico immo & quã-
tum in ip̄is est excutiunt & diuine ordinationi fallaciter contra
Ad Ephe.iiii. dicunt. Nusq̃ ergo illud apostoli/non oẽs prophete: non omnes
magistri sunt. Oẽs enim ꝓphete & magistri sunt: ita vt ſm an-
i.Regũ.xv. tiquũ ꝓuerbiũ merito dicat/nũ & saul inter ꝓphetas? Et reue-
ra sicut ait gregorius nazansenus nulla hystoria tradidit: vel tã
tũ in ecclesia fuisse numerũ ministrorũ: vel tam viliter cõgrega
tum. Vnde religioni & doctrine xp̄iane graue opprobriũ nasci
tur: ꝙ sacerdotia/vel ministeria/ambitione potius & ad gratiã
i.ad Corin.ix. q̃ meritorũ iudicio deferuntur. Omnes itaq; currũt: sed cum co
ventum est vnus accipit brauium. Ille qui in cursu ambitionis
Joan.xx. aliis velocior extitit: & qui precucurrit citius petro & quouis di
scipulorũ xp̄i. Ascendit enim illico & omnẽ celeritatẽ festinate
vocationis preuenit. Hi sunt qui crebris muneribus visitant po
testates/laterales & familiares eorũ sollicitãt/ecclesiaꝝ primis
se commendant/applaudunt omnibus: & etiam magnarũ do-
morũ nõ modo officiales: sed cituflones rogant vt cũ locũ vide
rint meminerit sui. Hi sunt amici omniũ: & qui non se sed ami-
cos in se desiderant promoueri. Hi sunt qui vitam scrutant alie
nam: negligunt suam: infulatorum annos dinumerant: canis le

tantur/phisicos & genelliacos de fatis presidentium consulunt: librant humores & quasi in statera appendunt elementa viuentium/& quos diutius superesse cōspexerint etatem nestoris debent excedere/& corui aut cornicis iam implere mensurā. Debiles etate vel morbo concutiūt: etiam sinceros criminibus incrustant simulatis: & quasi heredipede vacillantium cathedris insidiantur: turpiq; interueniente commercio: occupatarum sedium sepe illicitas impetrant sessiones. Hi sunt qui de se coadiuuandis & promouendis nefarias obligationes interponunt: & tandem cum ad rem ventum est: immemores fidei contra fidē date seipsos ambitionis/& inuidie stimulis impediunt & repellunt. Sic ergo pleriq; dum compeditorum rixa crudescit: sapiētia dei per occultā & rectam dispositionis sue viam/ fidelē incognitum introducit: de quo nequaq̄ precesserat sermo vel cogitatio. Illi tamen ex contingentibus nichil omittunt: nisi forte i eo contingentia pretermittant: q̄ ambiendo modum excedunt/si tamen in eo est aliquis modi excess⁹: vbi null⁹ est omnino modus. Pulsant itaq; & p̄cipitant potestates: si obsequia nō sufficiunt: si intercessiones non prosunt. Vires suas ābitio exerit: sue & aliene facultatis diuitias ostendit. Iam palam loquitur & in montem elationis ascendit & clamat. Hec omnia tibi dabo si a fundamento fidei cadēs promoueris me. Hoc siquidem cadere est: cum certum sit ex auctoritate sanctorum patrum q̄ per heresim symoniacā a sinceritate fidei corruit q̄sqs in sp̄ualib⁹ id est in rebus sacris & ecclesiasticis mercimoniū auaritie cōmittit. Nec refert q̄ pecunia ītercedat ī contractu: vel ante vel post: cū oi tp̄e negociātes ī talib⁹ dānatio symōiace p̄uitat( inuoluat: Cū enī p̄petuo p̄hibitū sit ob hoc accipē vl' dare q̄ppiā nūq̄ accipere vel dare erit licitū: qd̄ est vsq̄q̄q; p̄hibitū. vt enī ait p̄triarcha tharasi⁹: dare est q̄ncūq; dare: & accipe q̄ncūq; accipe. Egregiū quiddam in talib⁹ accidit in apulia temporib⁹ meis Regnāte rogerio siculo: ꝯtigit vacare eccl'iam auellanā cāpanie apulie & calabrie. Robert⁹ p̄dicti regis cācellari⁹ p̄sidebat: vir quidē ī reb⁹ gerēdis strēnu⁹/& sine magna copia lr̄aꝝ acutissim⁹: in p̄mis prouincialiū facundissim⁹/eoꝝ nō impar eloq̄o: p̄uilegio ptātis verend⁹ oib⁹: & morū elegātia venerabil'/eoq; mirabilior ī ptib⁹ ill' q̄ iter lōbardos q̄s pcissimos ne auaros dicā esse cōstat: faciebat sūptus īmēsos: & gētis sue magnificētiā exhibebat: erat ei āglicus natiōe. Ad eū vtiq; viri tres accesserīt. Abbas q̄dā: alt' archidyaconus: tertius laic⁹ quidā p̄posit⁹ regis/fratris sui clerici cau

j.q.j.cum oīs. et ibi in pluri⁹ bus capi̇s.

j.q.j.Eos.

Rogeri⁹ rex.

Lombardos auaros.

ſam agẽs ſinguli clam pro iã dicto epiſcopatu grãdẽ pecuniã of
ferentes. Quid multa? Adhibitis familiarib⁹ ſeorſũ cũ vnoquoq;
eorũ cõuenit de precio. Emptio ergo & vẽditio vndiq; perfecta
eſt/de ſolutiõe implenda ſufficiẽtiſſime cautũ/pignoribus & fi=
deiuſſoribus datis dieſq; prefixus eſt electiõis ſolẽniter celebrã=
de. Cũ itaq; ad diem archiepĩ/epĩ/ & multe venerabiles pſone
cõueniſſent: pfatus cãcellari⁹ cõpetitorũ cauſas & quid cũ vno=
quoq; eorũ egiſſet expoſuit dicens ſe exinde ex epiſcoporũ ſen=
tentia pceſſurũ. Dãnatis ergo cõpetitorib⁹ ſymoniacis pauper
monachus & totius rei ignarus canonice electus/ approbatus:
& introductus eſt: Illi tamẽ coacti ſunt ſoluere id in q̃ ſe obliga
uerãt: vſq; ad vltimũ quadrantẽ. Vtinã ita agat cũ procer nõ=
ſtris/q̃ oẽs ſedes olfaciunt/ attẽti⁹ quidẽ & curioſius q̃ oderatus
auis aut ſagacitas canũ formellas leporum aut ferarũ latebras
dephendat. Si mihi crederetur ſic excluderẽt & illi qui diſſimu
lata ambitione cedunt: vt validius irrumpant in ſedem / a qua
ſicut ipſi fatentur/fuerant repellendi. Siquidem iuſtum fuerat:
vt de ſe ſibi cõtra ſe crederetur. Quid enim in eis lateat: nemo
fidelius nouit. Plures tamen incontinenter abiunt & impuden
ter. Fruſtra enim vt queq̃ eorum excipias aliquem oppones ti=
tulum: quia clamore conductitio preualente delebitur/ concur=
rentibus exemplis & ſanctionibus patrum Ignobilis eſt: ſʒ nec
petrus patricius extitit aut alicubi de claritate ſanguinis gliat.
Hieremie.j. — Iunior eſt hieremiã & precurſorẽ dñi habet auctores. Puer eſt
Luce.j. — & mõſtrat ſeniores a daniele puero condẽnatos Illitteratus eſt
Danie.j.z.xiij — nec ſcholas frequẽtaſſe leguntur apoſtoli. Cõiugatus eſt: & apo
j.ad Thim.iij. — ſtolus vni⁹ vxoris virũ pcipit eligendũ. In iniuriã matrimonii
et ad Titũ.j. — ſui reliquit vxorẽ/& iohãnes a nuptiis ad euãgeliũ tradit reuo
catus. Opicus aut poti⁹ eliguis eſt: ſʒ aarõ vices moyſi q erat im
peditior lingue etiã ſacerdotiũ legit miſtraſſe. Si moderniora
deſiderant exẽpla valeri⁹ vĩcentio fidei & mor auctor extitit
& exẽplar martyrii. Scorta ſectat⁹ eſt: ſʒ oſee mãdãte dño ãple=
xib⁹ meretricis adheſit Inſipiẽs eſt: ſed p inſipiẽtiã mũdi decer=
Mat.xxvj. — nit dñs ſaluare credẽtes. Percuſſor eſt: ſed petr⁹ gladiũ exerens
Luce.xxij. — ſerui pncipis ſacerdotũ auriculã ãputauit. Meticuloſus eſt: ſʒ io
Jone.j. — nas ad niniuitas veritus eſt accedere/thomas ad indos. Tene=
Matth.ix. — tur functionib⁹ publicis alligatus: ſed mathe⁹ de theoloneo aſ=
ſumptus eſt. Vinolentus eſt & deditus gule: ſed dñs ipẽ dictus
Matth.xj. — eſt potator vini/vorator carniũ. Nõ acquieſcit maiorib⁹: ſed &
Galla.ij. — paulus in faciem reſtiuit petro. Contentioſus eſt: & inter diſci=
Luce.xxij.

pulos iesu facta cōtētio memorat. Garrulus est & linguos⁹: fa
cundus habeatur/qm̄ & apostol⁹: sic dictus est semiuerbi⁹. Mi- Actuū.xvij.
litiā armatā exercuit: sed martin⁹ iuliano legitur militasse. Vir
sanguinū est: sed moyses egyptiū interfecit & abscōdit in sabu-
lo. Manifestū est homicidiū: & samuel presente populo regem Exodi.ij.
pinguissimū interfecit. Perfidus est & piurus: sed petrus perfi- Mat.xxvj.
diam piurio cumulauit. Mutus est: sed hoc zachariā a sacerdo- Marci.xiiij.
tio nō exclusit Cecus est: sed paulus videre nō poterat: qn̄ eum Luce.xxij.
ananias dn̄o cōsecrauit. Exigētibus culpis depositus est: sꝫ mul Ioan.xviij.
ti tales restituti sunt/& postmodū eccl'ie dei plurimū pfuerunt. Luce.j.
Surd⁹ est. Sed hoc eū preconari legē dei non phibet. predicator
enī queritur nō auditor/Lepros⁹ est: sꝫ de pastore pastorū eccl'ia
recolit: quia nec speciē nec decorē habēs apparuit q excludēdus Esaie.liij.
videret tanq̄ leprosus: & nec humano dign⁹ aspectu. Persona
despicabilis est: sed in simili repulse titulo aduers⁹ martinū nō
audiuit eccl'ia defensorē. Errat in fide/ hoc dicit fecisse Cypria-
nus. Valitudinarius est sed Gregorius in summo languore ro
manā optime gubernauit eccl'iam. Supbus & van⁹ est sed & ta
lis brictius turonēsis. Corpore & mēbris debilitatus est: sed hoc
egregio cōfessori pānutio legit accidisse. Condēnationē ābitus Mat.xx.
tulit: sed & filiorū zebedei petētiū pmatū est petitio reprobata. Marci.x.
Heresim qnq; docuit: sed augustin⁹ manicheū se fuisse testatur. xxj.dist. nunc autem.
Coluit ydola: sed marcellin⁹ martyr insignis in papatu thurifi-
care cōpulsus est. Forte nondū erat xp̄ian⁹ sed dū cathecumin⁹ lxj.dist.§.his omnibus.
esset: beati ambrosii fuit vt tradit electio celebrata. Persecutus
est ecclesiā dei: sed & paul⁹ ex psecutore factus est p̄dicator. Ele Actuū.ix.
ctio deest: sed & apostoli non petētibus pplis missi sunt. Nō va
cat sedes in quam possit intrudi/accedat presidēti. Nā & augu- vij.q.j.nō aūt.
stin⁹ valerio yponēsi non tam successisse q̄ accessisse describitur. .§.ecce.
Auarus est/dispersa poterit congregare: & inutiliter nō distra
het ꝯgregata. Vt paucis vniuersa cōplectar ad oīa ineptus est:
sed samson mādibula asini philistiim expugnauit. Potēs est & Iudicū.xv.
nūc deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrahe. Ad hec dubiū Mat.iij.
esse non debet: ꝙ cathedra ep̄alis sāctos recipit/aut sāctos facit. xl.dist.ca.j.
Nam & cum saul inunctus esset in regem insiluit in eū spiritus j.Regū.xix.
domini/prophetauitq; & mutatus est in virū aliū. Cayphas q̄q; Ioan.xj.
licet sacrilegus: & qui cum iudeis conspirauerat in necem sal-
uatoris cum esset anni illius pōtifex/prophetauit: vt cōstet ip̄m
ab officio/prophetie gratiam quā demeruerat accepisse. Cum
ergo sedes suauis & dulce lignū/gratis & sine labore oīa desi

derabilia conferant/nõne sup̄flua sollicitudo est dies laboriosos & noctes insõnes ducere vt ad sacrariũ philosophie accedant? Ouidij v̄sus. Dulcius est iacuisse thoro tenuisse puellam. Treiciam digitis increpuisse lyrã. Aut si hoc nimis videtur arduũ: qm̄ tactus lire sonũ eliciẽs suum laborẽ habet & industriã exigit/ tutius est exultare quiescentem ad sonum lyre: & vocem organi/ & portas oim̄ sensuũ voluptatibus aperire. Interim philosophãtiũ studia deridentur. Si quid auditur incognitum quasi prophanũ sit condẽnatur/aut si minoris est contẽnitur. Nam vt auctoritate aut rationibus reprobetur/frustra expectas. Si ratione vel auctoritate niteris/consuetudinem qua abutuntur & quam fecerunt/ obiicient: dicitq; protenuius alter ad alterum. Hoc est cur pallet cur quis non prandeat: hoc est. Doctoresq; tuos curto centusse licetur. Et psallunt in sobrios hi qui bibunt vinum. Nec tamẽ ambitione tãta ep̄alis dignitas dũtaxat oppugnat: eo q̄ iam summis & minimis eadem est dominandi presidẽdiq; libido. Qui enim aspirare non audet ad cathedram/pari auiditate & eisdem machinis prefecturas/archidyaconatus/& alias aggreditur dignitates. Indulge ei modicum/audebit ampliora/ p̄cedet paulatim: reminiscens q̄ audentes fortuna iuuat/ & timor animos conuicit esse degeneres. Nemo repente turpissim⁹ fuit. Si paululum successerit eis nihil est quod se fieri posse nõ sperent. Tãdem itaq; qđ petit̃ obtinetur hoc (vt dici solet) deo irato. Tunc crassos transisse dies: lucẽq; palustrẽ. Et sibi iam miseri vitam gemuere relictam. Nouam ergo concipiunt sollicitudinem & serã/eo q̄ tẽporis iactura reparari non potest. Quod in claustralium pluteis continetur excutiunt. litteratorum expilãt scrinia: corrogant cedulas: verborum flosculos legũt: oratiunculas cõquirunt: & modis omnibus elaborant vt videantur scire qđ nesciunt. Nam vt sciant aut in virtute proficiant nondum solliciti sunt: vmbram dumtaxat virtutis appetunt/quam semp̄ virtuti pretulerunt. Vtiq; nihil miserius est/q̄ i alieno fulgore gloriari/& constat esse inopem debitorem qui solutionem celebrare non potest: nisi noui gratia creditoris. Verũtamen sic tẽpus redimere gestiunt: vt tibi satyricus recte videatur illis occurrere cum improperio ingerens. Hudũ & molle lutum es: iã nunc properandus: & acri fingendus sine fine: rota tibi ludit̃: effluis amens contẽnere sonat vitium percussa maligne. Respõdet viridi non cocta fidelia limo. Hec enim non modo aduersus prelatos ecclesie: sed omnes qui ante docendi officium presũpserũt

q̄ discipuli formam impleuerunt: ad pigritiam excitandā quasi stimulū libertas veritatis educit. Vnde ergo noua & vetera ꝓferent qui semp eque noua & vetera contempserunt? Nec est ꝙ error concurrentium sub pretextu multitudinis excusetur: quia viuendi forma a conuiuentium similitudine nequaq̄ trahit̄: sed a verbo dei in cuius via beati ambulant: & recto calle ad vere felicitatis patriam pergūt. Neq̧ enim ꝙ a multis peccatur peccatū non est: sed ideo grauius/quia multum. Nec delinquētis culpam socia minuit multitudo: sed pregrauat eo ꝙ viribus suis ne corrigatur obstat. Ne tamen aduersus iustitiam dei ambitiosorum multitudo preualeat: non modo diuina: sed humana iura armantur. Lex & prophete/euangeliū: & omnes regule patrum illorum detestantur audaciam/nihilominus tamē aduersus deum erigūtur. Erubesce sydon ait mare. Et tu clerice quid sentis: cum laicus fere legis ignarus ambitionem tuam arguit & compescit? Obstupesce propheta: cum asina te sessorē suum reuocat: & tuos cōuincit errores Brutum animal/homo stupidus/angelum videt tenētem gladium id est spiritum qui latet in littera: & tu cecus in tāto lumine scripturarum insan⁹ ruis in mortem. Erubesce ergo/obstupesce/subsiste/& a maledictione ad quam auaritia stimulante festinas recede. Et qui contemnis moysen & prophetas vel asinam quam ambitionis tue calcaribus vrges/audi. Miraculo siquidem opus est. Balaam enī non corripitur nisi asina loquatur. Nonne erubescis ꝙ te sic excecauit: sic pessūdedit suipsius ignara ambitio: vt propheticis & diuinis oraculis ruditum asine preferas? Terreris forte & contremiscis ad vocem asine: sed nequaq̄ compungeris. Hoc enim diuini verbi munus est: & donum illius qui solus in mentibus electorum ignem charitatis accendit. Vnde liquet quoniam inutiliter asinam audit quicunq̧ verbi dei contemnit vocem. Audi tamen & asinam vtilia suadentem: quia & in ea ad eruditionem tuam loquitur spiritus. Preuidet angelum cohibentem illicitos gressus tuos & eum ostendit tibi. Qua via ad honores ecclesiasticos ascendendum sit: que via fugienda sit canones docent. Contēnis tamen quia in via mandatorum dei non vides angelum tenētem gladium vt occidat te. Eadem incedit asina homo tui collatiōe stolid⁹ & tard⁹: & qui ꝟbi & exempli tui calcaribus vrgend⁹ est: vt faciat legē. Videt angelū/timet/subsistit: & ꝯsiliū dei tibi enūciat: loqͥt in casu isto. Tu miraculū venerare: & singula ꝟba eius repone & exsculpe in tabul' cordis tui.

Esaie.xxiij.

Numeri.xxij.

¶ De legibus secularium principū quibus curiales & officiales arcētur ab honorib⁹ ecclesiasticis: et quibus exemplis datanice et abiranitate nituntur obtinere. Caplm. XX.

In aut. q̄ſo opor. epi. in princi. col. j.



It ergo imperator Iustinian⁹. Maxima in oibus sūt dona dei: a superna collata clemētia: sacerdotium & imperiū. Illud quidē diuinis ministrās: hoc autē humanis presidēs/ ac diligentiam exhibens/ ex vno eodemq; principio vtraq; pcedētia humanā exornāt vitā. Ideoq; nihil erit sic studiosum imperatorib⁹: sicut sacerdotū honestas: cū vtiq; p illis ipsi semp deo supplicēt. Nā si hoc inculpabile qdem sit: vndiq; & apud deū fiducia erit plenū. Imperiū autē recte & cōpetenter exornet traditā sibi rempublicā erit cōsonantia quedā bona: omē quicqd vtile est humano cōferens generi. Nos igit maximā habem⁹ sollicitudinē circa dei vera dogmata et circa sacerdotū honestatē quā illis obtinētib⁹ credim⁹: qa per ea maxima dona nobis dabūtur a deo: et ea que sunt firma habebim⁹/ et que nondū venerūt acquirem⁹. Bene autē vniuersa gerūtur & cōpetenter: si rei principium fiat decēs & amabile deo. Hoc autē futurū esse credim⁹: si sacrarū regularū obseruatio custodiat: quā iusti laudati/ adorādi/ inspectores tradiderūt et ministri verbi dei apl̄i/ & sancti patres custodierunt & explanauerūt. ¶ Sancim⁹ igit sacras per oia sequentes regulas: dū quispiā sequēti omi tēpore ad ordinationē episcopatus perducitur/ ɔsiderari prius ei⁹ vitā fm sacrū apl̄m: si honesta/ si inculpabilis/ et vndiq; irreprehēsibilis sit: & in bonis testimoniū habeat: et sacerdotē decens: & neq; ex officiali/ aut ex curiali veniat fortuna. Neq; ex idiota mox clericus: deinde paruū aliquid preteriens eps appareat: aut in virginitate degēs a principio/ aut vxorē siquidē habens ex virginitate ad eū venientē/ neq; filios odibiles. Alioquin qui pter hec aliquid agit & ipse cadet sacerdotio: et qui eū ordinat extra epatū sectabit hāc legē offendēs. Sed neq; ineruditus existens sacrorū dogmatū ad epatū accedat Prius autē aut monasticā vitā pfessus: aut in clero cōstitutus/ nō min⁹ mēsib⁹ sex: vxori tn̄ non coherēs. De cetero autē nulli permittim⁹ a positione legis: vxorē habēti talē īponi ordinationem. Sicut bonā grām vel gloriā in eo qui ordinād⁹ est querimus: ita etiā calūniā in eo qui frustra accusauit punim⁹. Si autē quis dicat cōsciū se esse alicui⁹ illicitorū ei/ nō prius mereat epi ordinationē/ q̄ querele examinatio fiat/ & vndiq; innoxius appareat. Qz si post hmōi cōtradictionē nō passus is qui ordinem

facit legittimā examinationē imponi cause arrat ad ordinationem: sciat qđ ab eo fit ꝑ nihilo esse: sed is qui cōtra legem fit/cadat sacerdotio/& qui sine probatiōe ordinatiōem īponit: & ipse similiter sede cadat sacerdotali. Itē leo. Si queq̄ ad epatus gradū deo auctore/cōtigerit ꝓuehi: puris hominū mentibus/nuda electionis scientia: sincero oīm iudicio ꝓferatur/nemo gradū sacerdotii/pcii venalitate mercetur. Qualiter quisq̄ mereatur/ non quantū dare sufficiat estimet. Profecto enim quis locus tut⁹: & que causa poterit esse excusata: si veneranda dei tēpla pecuniis expugnent? Quē murū integritati: aut vallū fidei ꝓuidebim⁹ si auri sacra fames veneranda penetralia ꝓserpit? Quid deniq̄ cautū poterit esse aut securū/si sāctitas incorrupta corrumpitur cesset altaribus īminere ꝓphanus ardor auaricie/ & a sacris abditis repellatur piaculare flagitiū? Itaq̄ cast⁹ & humilis nostris temporib⁹ episcop⁹ eligatur: vt locorū quocūq̄ venerit/oīa vite ꝓprie integritate purificet: nō precio sed precibus ordinetur āti stes. tm̄ ab ambitu debet esse sepofit⁹: vt q̄rat cogēdus/rogat⁹ recedat/inuitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enī indignus est sacerdotio: nisi fuerit ordinat⁹ inuitus. Cū sane quisq̄ hanc sanctā & venerabilē antistitis sedē pecunie interuentu subisse/aut siquis vt alterū ordinaret: vł eligeret/aliquid accepisse detegitur/ad īstar publici criminis & lese maiestatis/accusatione ꝓposita/a gradu sacerdotii retrahat. Nec solum deinceps honore priuari: sed perpetue quoq̄ īfamie dānari decreuimus: vt eos quos facinus par coīquinat & equat: vtrosq̄ similis pena comitet. Itē iustinian⁹ cōstitutiōe nouella/ pre omnibus illud obseruari sancim⁹: vt nullus p suffragiū alicuius muneris epūs ordinetur. Si quid aūt tale cōmittat: ipi dātes & accipiētes: & eorū mediatores/dānationi subiiciant: & ꝓpterea qui dat & qui accipit: & mediator/sacerdotii: aut cleri honore remoueatur. Qđ aūt ꝑ hac causa datū est: & eccłie illi vendicetur cuius voluit sacerdotiū cōpare. Si forte mediator laicus ꝑ hac causa aliqd accepit/in duplū id eccłie restituat. Idē: sꝫ neq̄ quēlibet venerabilis dom⁹ gubernatorē aut aliā quācūq̄ sollicitudinem ecclesiasticā agentē: dare aliquid illi/ a quo cōstituitur aut nulli pte liceat: ꝓ cōmissa sibi gubernatiōe. Qui ꝟo dat aut accipit: aut mediator fit: clero nudabitur/acceptis vendicandis venerabili loco: si aūt secularis sit qui accepit: aut mediator ē: qđ datū est/duplum eidē venerabili loco ab ipo prebeatur. Idē. Sācimus cū opus fuerit episcopū ordinare clericos mox in tribus

C. de epis. et cler. Si queq̄

In auten. de sanc. epis. §. ꝑ oībus. col. ix.

In auten. de sanc. epis. §. neq̄ xenodochum. hic tñ plura decisa sunt q̄ ibi habentur.

In auten. de sanc. epis. in ꝑin. colla. ix.

decreta facere personis/sacrosanctis euangeliis tactis dicentes in ipsis decretis quia neq̧ ꝑpter aliquā donationē/ aut ꝓmissionem/ aut amicitiā hos elegerūt. Sed & sciētes eos recte fidei/ & honeste vite esse:& litteras nosse:& quia neq̧ vxorē:neq̧ concubinam:neq̧ filios habent:neq̧ hos curiales:aut officiales eē. Idem. Sed neq̧ curialem:aut officialē/clericū fieri ꝑmittimus. vñ ex hoc venerabili clero iniuria fiat:nisi forte monasticā vitam aliquis eorū non minus.xxv.annis impleuerit. Tales eñi ordinari precipimus/quarta ꝓprie substantie sibi retēta: reliqs ꝑtibus curie:& fisco/vendicandis si in clero cōstituti/ monacho condecentē vitā impleuerint. Idem ab epis deo amabilib⁹/ fm diuinas regulas religiosos clericos cū multa fieri inquisitiōe & boni testimonii viroꝝ ordinari sancimus:litteras oimodo sciētes:eruditos/sed nullos magis in sacris ordinationib⁹ diligim⁹ q̄ cū castitate viuētes:aut cū vxorib⁹ nō cohabitantes. Hec qdē seculi principes/nā licet ecclesie doctores hec lati⁹ prosequanť/ qm̄ nimis vidētur ardua q̄ dicanť ab ipis vilescūt: vtiq̧ qui vel istos nō audit cecior est hipsea/& dulichio remige surdior. & q merito p̄cipitandus est ꝓstratus ab angelo quē contēnit in infernum inferiorē. Nadab & abiu igne suo succēsos:& extra tabernaculum elatos/dño mādāte audieras:sed hi templū dñi & sancta sanctorū moyse repugnāte.i.lege dñi ꝓhibente/nituntur irrūpere:successit eis soboles innumerosa:replet atriū dom⁹ dñi. Alienū ignem succendūt:adolere thura nitunť prohibiti ad dathanitarū & abyronitarū societate cōtracta:irruunt in moysen: scindētes ecclīam:sacerdotiū ꝑturbantes: seditionem facientes in populo:nisi ad sacerdotiū ꝑmittantur accedere. Cū sibi conciliauerint gratiā potestatū/de iure patrie sibi asserť vniuersa: eo ꝙ p̄nceps vt dicūt/legibus non subiicitur.& qđ p̄ncipi placet: legis habet vigorē. Cū ergo ppl̄s ei:& in eū oēm auctoritatē suā cōtulerit ei obuiare/crimē maiestatꝭ est: & manifesta subuersio p̄ncipatus. Siquidē sacrilegii instar est dubitare: an is dign⁹ sit quē princeps elegerit:nec temeritatis effugit notā:& bene cum eo agiť si vł penā quisq̧ ex quacūq̧ causa volūtatē p̄ncipis eua cuare parat/nullas leges credūt ciuilibus p̄ferēdas/ has anacarsis scithica/telis aranee ꝯparauit/ que muscas & culices detinēt sed volatilia transmittūt grandiora. sic & iura ciuilia humilioꝝ reprimūt voluntates:sed ꝑfecto potentioribus cedunt: nam ex trāsgressione vel contēptu legittimā eis nō irrogāt penā: sꝫ nec interpellatos qdē cauta dissimulatiōe p̄tereūt:ad hec conquisita

In auten. de sanc. epis. §. sꝫ neq̧ curialē.

ix. dist. iusti. ff. de legi. l. princeps.

xvij. q. iiij. §. q aute. C. de crimi. sacri. l. ij.

tyrannorũ exẽpla ꝓponũt/qbus persuadeant potestatibus vniuersa licere. Maxime tñ sicubi locorũ fuerit: vbi iueterata cõsuetudo optineat: etiam si rationi aduersetur aut legi. Narrãt: quis tyrann⁹ domesticũ suũ aut familiarem inq̃ ecclesiã sine electiõe intruserit: quis clerũ vt ignotũ & indignũ eligeret/terroribus & dãnis ĩpulerit/quis ecclesiã dei vẽdiderit palã: quis metropolitanum cõpulerit reprobabilẽ cõsecrare: qs epõs religiosos ĩ exiliũ egerit: aut actos ab aliis coegerit exulare: qs ecclĩã & res sacras onerauerit mũerib⁹ sordidis: qs indignis suppliciis torserit religiosos. qs vilipẽderit & pessũdederit clerũ: quis in prouincias induxerit ferale institutũ. quis leges & canones exterminauerit a finibus suis. qs indixerit silentiũ episcopis vt queuis flagitia ĩpune & sine vlla rephensiõe ꝯmitteret: quis aduersus ecclesiam romanã diuti⁹ & pniciosius intumuerit: quis oĩa nõ tã sua q̃ peruersa lege tractauerit: quis tandẽ cõsueuerit libito licitũ coequare. Si quis aũt in his ꝯmemorãdis copiosior ẽ: & in explẽda malicia nequior: sincerioris est fidei/ & efficacioris industrie. Qui vero ꝑ veritate fidei/aut sinceritate morũ: de iure diuino aliqd loquitur: aut superstitiosus est: aut inuidus/ aut qđ capitale est pncipis inimicus. Si dicas quia ignis qui ꝑ septuagita ãnos babilonice captiuitatis sub aqua vixerat/demũ extinctus est ãtiocho vendente iasoni sacerdotiũ: aut quod beatus gregorius testatur/quia pestilentie & fames/concussiones gentiũ: collisiões regnorũ: & q̃plurima aduersa terris ꝓueniunt: ex eo ꝙ honores ecclesiastici ad preciũ: vel humanã grãm conferuntur psonis nõ meritis. Si dicas ozan pcussum a dño/eo ꝙ archam nutantẽ presumebat erigere. Si regnãte ozia rege leproso siluisse dixerꝭ esaiam/& eo mortuo vidisse dñm sedentẽ super soliũ excelsũ. Si dixeris onera tabernaculi hũeris & plaustris leuitarũ dũtaxat imminere: & si qua sunt ĩ lege dei similia: bene ageꝭ tecũ: si nõ mutilatus retrudaris in carcerem aut in exiliuȝ propellaris: vndiq; conclamaberis/& tam ambitiosi q̃ fautores eorũ: extreme dãnationis in te nonverebuntur ferre sententiam. Vnum tamen remedium tibi dñs procurabit: ꝙ cuiusq; sapientis & timentis deum conscientia consonat ṽbis tuis/inde est ꝙ sentẽtia eorum de te/dño auctore nõ semp obtinet. Si enĩ ipsis creditũ fuerit: tu quasi lese maiestatis reus/hostis publicus iudicaberis. Diceris itaq; publica euacuare iudicia / & dum professionis proprie ȝelator ecclesiasticam erigis libertatem: sapientiam subuertis principum/ & eos quasi stultos & contemptibiles reddere ma-

[Margin: Nõ plura exẽpla tyrãnorũ in gñe ad suadendũ ꝙ oĩa licẽt ptãtibus]


[Margin: ij. Mach. j. z. ij]

[Margin: ij. Regũ. vj. ij. Paralipo. xxvj. Esaie. vj. Numeri. vij.]

chinaris. Satius erit vt dyadema detraheretur principis capiti: q̄ principalis & egregie ꝑtis reipublice dispositio/ que in religione versatur illius subtrahatur arbitrio: non ꝑuata cupit romana quisquis in vrbe. Pompeiū trāsire parat: & forte arroganti⁹ priuatorū vota transgreditur: qui sub imagine libertatis principibus appetit dñari. Nā si quis principū superstitiōi huiusmōi acquiescat insipiens est: & ab illustrium regum virtute degenerat. Dauid tamen sicut regum narrat hystoria: & oīs israel ludebant coram domino in omnib⁹ lignis fabrefactis: & citharis & tympanis: & liris & sistris: & cymbalis/ licꝫ ei nō defuerit huiusmodi increpator: hystoria nāqꝫ memorata ꝓsequitur. Et egressa micol filia saul ī occursum dauid ait. Q̄ gloriosus hodie rex israel: discooperiens se ante ancillas seruorū suorum: & nudat⁹ est quasi nudetur vnus de scurris. Dixitqꝫ dauid ad micol viuit dominus/ quia ludā ante dñm/ qui elegit me potius q̄ patrē tuū & q̄ omnem domum eius: & precepit mihi vt essem dux super populum israel: & ludam & vilior fiam plusq̄ factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis de quibus locuta es glīosior apparebo: igitur micol filie saul non est natus filius: vsqꝫ ad diem mortis sue. Dauid vero sedit rex in domo sua/ & dedit ei dominus requiē vndiqꝫ ab vniuersis suis inimicis. Vides ne q̄ diligenter puniri docet hystoria hinc contemptum religionis cum arrogantia tumoris: inde deuotiōem fidei & humilitatis cultum remunerat. Nam & dauid quietem regni assequitur: & micol praue increpationis merito sterilis obit/ & nullum inclititi generis & felicis matrimonii reliquit fructum. Recte quidē cum & micol omnis aqua: vel ex omnib⁹ interpretetur: siquidē multitudinis imperite consilium: & que populare iudicium sequtur: fructus boni nec iocunditatem: nec memoriam habet: verū tamen cum istos consiliarios magnatorū audieris: nequaq̄ suspicaber( micol sine sobole decessisse. Omnes enim micol filios esse miraberis: & si non carnem/ spiritū tamen ex traduce illius putabis illos processisse. Et quod istud tibi facilius persuadeas/ hi qui diuinam euacuare nituntur/ vt suam statuant auctoritatem: sine liberis moriūtur: aut eos relinquūt degeneres & ignauos. Proculdubio quisquis ecclesiasticam deprimit libertatem aut punitur in se: aut punitur in sobole. Admittūt ergo filii etiā ꝓpria cum his que fauore eorū paterna impietas occupauit.

ij. Regū. vj. et j. Paral. xv.

¶ De hypocritis quomodo ambitionis labem falsa religionis imagine nituntur occultare. Capitulū. XXI.



Icet autẽ populi temeritas aut licẽtia potestatũ pre=ceptis legitimis & diuina institutione reprimi possit: ambitio tñ domari nõ potest. Si enĩ in manifesto nõ audet: clanculo serpit & fraudulenter ingredit. Si fo=res ecclesie munerib⁹ nõ aperiat: si nec sua/nec aliena violentia reserãtur: cõfugit ad artes fallacie sue. Omĩa que libertatẽ ĩpu=gnant: que decretorũ statuta cõuellunt: & que religioni ꝯtraria sunt: tota libertate spũs detestat. Symonẽ vt simplices & credu dulos circũueniat miraberis rediũsse. Simulat & dissimulat: & astutã gerit sub pectore vulpẽ. Stoico quouis liberior est catho ne rigidior. Est quoqꝫ interdũ simplicior paulo doctore gẽtium solicitior: feruentor petro/& ei viuere xp̃us est & mori lucrum: nec gloriat in aliquo nisi in cruce xp̃i quã iugiter portat in cor=pore vt spũs saluus sit: dissolui dũtaxat cupiẽs & esse cum xp̃o. Mortificat ergo carnẽ cũ vitiis & cõcupiscẽtiis: et nõ sicut cete ri hoim cũ hoibus degẽs vitã agit angelicã/& in celestibus con uersat. Ieiunãt hi cõtinue: sine intermissione orant: clare tñ vt audiat hospes/asperis & sordidis vestib⁹ induuntur/& populũ increpãt. Arguunt clerũ/de morib⁹ corrigendis solicitãt princi patus & potestates: testimoniũ sibi acquirentes iustitie: si vite detrahãt aliene. Vt vero fraus sub honestatis specie ꝓualescat laudabiliũ virorũ collegia expetũt/arduas subeunt ꝓfessiones: ostẽtant difficilia: & familiari⁹ sibi ꝓpicii possibilia et q̃ huma=niora sunt exequũtur. Se ergo basilii/benedicti/augustini: aut si hoc paruũ est apl̃orũ & ꝓphetarũ fatentur successores: vestes carthusiensiũ/cistertientiũ/cluniacensiũ induũt/& q̃ dignantur esse canonici gloriãtur in laneis tunicis & pellib⁹ agninis. Ve=niunt enĩ in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. sed vt ait dñs euidẽtissime cognoscitur a fructibus suis. Nõ tñ a fraude istorũ religionis vera diminuit gloria. Nã indubitan=ter oibus cõstat: quia noia que ꝓfitẽtur/& quorũ pollicẽtur offi=cia/honestissima & fidelissima sunt. Nã religio in his adeo ve=ra/adeo ꝓbata cõsistit vt nulli⁹ reprehẽsionis aculeos reformi=det. Siquidẽ carthusienses quasi auaritie triũphatores precipui vbiqꝫ clarescunt. Cisterciẽses beati bñdicti quẽ oim iustoꝝ spũ plenũ fuisse cõstat precepta & vestigia sequũtur ad vnguẽ. Clu niacẽses multis ꝓuinciis formã religionis tradiderũt: et canoni cis sufficere debet ad plenissimũ laudẽ: ꝙ regulã eorum oportet oẽs clericos imitari. Heremite quoqꝫ baptistam saluatoris & filios prophetarũ institutionis sue habent auctores. Fratres tẽ=

i. ad Thim. ii.

Ad Philip. i.

Matth. vii.

Commẽdatio carthusiẽsiũ/ cisterciẽñ. et cluniaceñ. ca=nonicorum/ et aliorum.

pli machabeorũ exẽplo ponũt aĩas ꝓ fratrib⁹ ſuis Xenodochiorum ſiue hoſpitaliũ procuratores apoſtolorũ ſequunt̃ veſtigia: & ad pfectionis cumulũ aſpirãtes in eo fideliſſime audiũt xp̃m ꝙ viuunt innocenter/& oĩa que habent pauperibus erogant. In his tamen omnibus fideles inueniuntur & reprobi: nec ob id religionis aut profeſſionis veritas deformatur. Que enĩ ꝓfeſſio eſt/aut que legitur vnq̃ fuiſſe ſocietas in quã macula nõ irrepſerit? Angelum apoſtatam legimus: in primis fratribus parricidium/prophetam reprobum/apoſtolum proditorem/diſcipl'os xp̃i perfidos: nec tamen corrumpitur puritas perſiſtentiũ angelorum: aut minus ſancta eſt ſocietas inuicem diligentiũ fratruʒ aut ꝓphetie gratia eſt in electis culpabilis/aut apoſtolat⁹ in fidelibus contemptibilis/aut diſciplina xp̃i p varios errores aberrantiũ eſt infamis. Sicut ergo angelus ſathane trãſfigurat ſe in angelum lucis/& apoſtoli pſeudo ad auctoritatẽ apoſtolicaʒ aſpirabant/potius q̃ ad vitã: ſic & hypocrite ad ſuperciliũ phariſeorũ confugiunt/dilatantes philateria & magnificantes fimbrias: & que in lege dei ſcripta ſunt nolunt cõtingere digito: niſi vt videantur ab hominibus a quibus honoris aut alteri⁹ remunerationis mercedem expectant. Inde eſt ꝙ faciei pallorẽ oſtẽtant: profunda ab vſu trahunt ſuſpiria/artificioſis & obſequentibus lachrymis ſubito inundant̃/obſtipo capite luminib⁹ interclufis/coma breui: capite fere raſo/voce demiſſa/labiis ab oratione mobilibus: inceſſu tranqllo: & quaſi greſſu quadã ꝓportiõe compoſito pãnoſi obliti: ſordes veſtium & affectatam vendicãt vilitatem: vt eo facilius aſcendãt: quo ſe ſtudioſius vident̃ in locum nouiſſimũ deieciſſe: & qui ſponte ſua decreſcũt creſcere cõpellant̃ inuiti. Hi ſunt qui ſi quid macule inheſit eccleſie dũ peregrinatur: publicis aſpectibus detegunt: vt ip̃i ab om̃i macula videant̃ immunes: hi ſunt qui bñficia que nec dũ ſanctis collata ſunt predicant auferenda. Hi ſunt qui poteſtatibus ſuadẽt vt ꝓptervitia pſonarũ iure ſuo priuentur ecclie. Decimationes & p̃mitias eccleſiis ſubtrahunt: & ecclias ip̃as accipiũt de manu laicorũ epiſcopis inconſultis. Hi ſunt qui p̃dia auita ſubtrahentes indigenis/vicos & pagos redigũt in ſolitudinem & in ſuos vſ⁹ vicina queq; cõuertũt/ecclias diruunt: aut in vſus reuocant ſeculares. Que domus orationis fuerat/aut efficitur ſtabulũ pecorꝝ aut opilionis/aut lanificii officina. Et quidem maiora impune faciunt/& quaſi cornibus gemine poteſtatis eccleſiam in cuius ſinu quieſcũt & ꝓteguntur vmbra/ventilare non ceſſant Ad ec

Job.ix. Geneſis.iiij. Numeri.xxij. j.Regũ.xiij. Matth.xxvj. Marci.xiiij. Luce.xxij. Joan.xiij. Jo.vj. ij.Corin.xj. j.Corin.ix.

Signa & geſt⁹ hipocritarũ.

Mala q̃ ꝯmit̃tũt hipocrite.

clesiā nāq; romanam confugiūt que pietatis mater religioni cō-
sueuit prouidere quietem. Implorāt opē eius/ ꝓtectionis impe-
trāt clypeū/ne cuiusq̄ possint malignitate vexari:& vt se possint
plenius exhibere:& charitatis implere mun⁹:ne decimas dent
apostolico priuilegio muniuntur. Procedunt vlteri⁹ & quo sibi
plura impune liceāt/a iurisdictione omnium ecclesiarū seipsos
eximunt:& efficiuntur romane ecclesie filii speciales:ita tamen
vt pro foro rei vbiq; conueniāt:sed tn̄ conueniri non possunt nisi
rome vel hierosolymis. Deinde secularium potestatū implorant
auxilium:& eis diuinam gratiam pollicentur:fiuntq; mediato-
res inter deū & homines:& eos qui venia indigent suis aggre-
gant societatibus/confessiones excipiunt/ & claues eccl'ie vsur-
pantes aut surripiētes petro/ligare presumūt & soluere: & dn̄o Deute.xxiii.
ꝓhibente falcem mittunt in messem alienā. Potentiores tamē
& ditiores/fauore:vel mercede recepta/facili⁹ exonerāt: & pec
catis alienis humeros supponētes:iubēt abire in tunicas & ve-
stes pullas quicquid illi se cōmisisse deplorant. Amplificant mi
sericordiā domini qui neminē vult perire: quā sicut apertā & pa
tentem penitentibus:sic solis desperantibus preclusam esse de-
nunciant. Indulgent interim his qui criminibus ardētius & te-
nacius inuoluuntur/peccare in spe:dum tamen sibi in redēptio
nem eorum aliquid prerogent:& audacter ꝓmittunt veniā eo
ꝙ sicut aqua ignem:ita elemosina extinguit peccatum. Penitē
tia quoq; nūq̄ sera est si tamē vera. Consentiunt ergo morib⁹ ini
quis:& popularem prouocantes affectionem/assentationib⁹ ob
turant aures hominū ne increpationes audiāt prelatorum. Ad
hec rumusculos inquirūt:tumultibus gaudēt/dissidentiū secre-
ta explorant:& eadem nunc ad amicos ꝑferūt: nunc ad hostes
vtrisq; grati/vtrisq; perfidi:magis tamen ad ista videntur ido-
nei/quia ab imagine religionis minus videntur suspecti. Quid
in palatio/quid in foro:quid in agro expediat:quid in castris:so
li creduntᷣ nosse qa vniuersa hec pre ceteris videntur curare:qui
istis iugiter immiscentur. Si cōueniant patres in curia: ciues in
foro:milites in expeditione:si deniq; consilium aut synodus cō-
uocetur:precipuam sediuꝫ partem occupabit vmbratilis ista re
ligio. Claustrorum fracta credas repagula:exhausta tochia vel Repagula sūt ipedimenta ianue carcerū.
xenodochia:& a locis venerabilibus examina conuiuentiū euo
lasse. Adeo quidem se religionis species turbis & publicis aspe
ctib⁹ ingerit:ꝑmas cathedras/recubit⁹ ꝑmos/salutatiōes ꝑmas
vsurpant: & si eas non deferas vehementissime indignantur.

Si eis obloqueris:religionis inimicus & veritatis diceris ipu-
gnator. Feras itaq; patienter:si iniurias & dãna intulerint: q li-
centiam omniũ apostolica & regia auctoritate obtinuisse vidẽ
Ad rom.xiij. tur. Nam & hoc merit eorũ deberi creditur/sane qui resistit po
testati/dei ordiationi resistit:nec ego apostolice maiestati & re
gie arbitror reluctandũ. Miror tamẽ vt fideliũ pace loquar/ qđ
nã sit ꝙ decimas:& iura aliena vsurpare non erubescunt. Ingẽt
forte Religiosi sumus. Plane decimas soluere religiõis pars ẽ:
& eas adeo popul⁹ dũtaxat religiõis exigit. At qui eas exigũt
Genes.xix. irreligiosi sunt. Vos aũt qs constituit iudices super nos? Aut q
Roma.xiiij. estis vt exerceatis iudiciũ in seruos alienos? Vnusq; suo dño
stat aut cadit. Stabit aũt Sum⁹ iquiũt tuti aplico priuilegio:cu-
ius bñficio de nutrimẽtis aĩaliũ & laborib⁹ nr̃is decimas retine
i.Corin.vi. mus. Nẽpe aplis oĩa licent:sꝫ ab apostolicis oĩa fieri nequaq̃ ex-
pedit. Esto ꝙ illi vobis hoc licẽter cõcesserint:vos an recte petie
ritis videatis. Nẽpe q petit:vt qđ debet nõ faciat:iustitie spõta-
neus nõ obedit. Nũquid de nutrimentis abel dñs nõ respexit?
Cayn fruges obtulit:recte qdẽ:quia dño debebanť:sed in parti-
tione iniqua/dũ diuisioni aliquid subtrahit peccatũ committit.
Acceptanť pre illo munera eius q fetus aĩaliũ cũ dño partitur.
Et forte de aĩalib⁹ reddũtur recti⁹:quia sine cultura & cura nr̃a
ꝑueniunt/plus enim laboris est in frugibus serẽdis & metẽdis:
nõ coguntť dare de suis. Quis eni de laborib⁹ alienis redditur⁹
est rationẽ? Quid multa? Multis & lõgis allegationib⁹ videtť
astruere:qm̃ alios dare decimas nõ prohibẽt: dũ ipi ab eis dan-
dis immunes sint:quia adeo religiosi sunt ꝙ in ea pte derogare
possint cõstitutioni diuine/& in eo licenter min⁹ grati sunt grẽ
dei:quo eam amplioribus bñficiis expiuntur. Que enim ex sola
grã ꝑueniunt vt sunt fena & sponte nascẽtia:nõ cẽsenť obnoxia
religioni. Primo qdẽ dũ religio pauptate gaudebat:& in alioꝝ
necessitates aut vsus effundebat viscera inopie sue/indulta sũt
ꝑuilegia ꝓfessiõib⁹/q̃ necessitate cessãte & frigescẽte charitate:
poti⁹ auaritie q̃ religionis istrumẽta credũtur. Ecce eni:qa oẽs
hi ꝑuilegiati que sua sũt querũt:& iesus qui predicať in publico
aut oĩno abest:aut in abditis latet. Inde est ꝙ cũ ad iniquũ com
pendiũ auaritie priuilegia trahi conspiceret beatus adrian⁹: vo
lens ea oĩno reuocare licentiam eorũ hac moderatione cõpescu
in decre.ex it:vt que de laboribus vsurpant circa noualia dũtaxat interpre-
pte.i.de deci. teť. Sic eni gaudere poterũt ꝑuilegiis/ sine graui dispẽdio iuris
alieni. Vnũ tñ est qđ tantus pater vtrũq; sustinuit:& quia patrũ

canonibus refragaẽ mirabile est in oculis nostris. Milites nāqꝫ templi sui fauore ecclesiarū dispōem vendicant/occupant personatus: & quodāmō sanguinē xp̄i fidelib⁹ ministrare presumūt: quorū fere professio est humanū sanguinē fundere. Nō equidez ꝙ eos viros sanguinū dicā q pene soli inter hoies legittima gerunt bella: cū & dauid nō ꝑpter bella que legittīe exercebat vir sanguinū dictus sit: sed ꝑpter vriā cuius sanguinē nocēter fudit. Vt enī canonibus cautū est: laicis q̄uis religiosis nulla de rebus ecclesiasticis legitur attributa facultas. Esset vtiqꝫ vere religionis indiciū si ab illius rei dispositiōe temperarēt: quā sibi dn̄o ꝓhibente tractare nō licꝫ. Sed nec de rapinis nō dico eccl̄iarū: sed nec quorūcūqꝫ fideliū hospitalitatis mun⁹ implēdum arbitror: q̄a panē sacrilegū odit deus: & aspnatur oblationes que offeruntur ex sanguine: & quotiēs iuocaẽ a talibus aures suas claudit: vt nec pateāt ad preces eorū. De his que ī fraudē iustitie dei cōmittūtur a talibus ad pn̄s nequaq̄ sermo est īstitut⁹: licet iniquū oino sit ꝙ amore pecunie illecti eccl̄ias quas ep̄i clauserūt aperiunt. Diuina suspensis celebrant: sepeliūt mortuos quos ecclesia reiicit: & semel in anno faciūt: vt toto āno erroneus popul⁹ ad vocē eccl̄ie obsurdescat. & quia coerceri nō pōt emēdari contemnat. Circūeūt ergo eccl̄ias: collegiorū suorū merita p̄conāẽ: abolitiōes criminū portāt: & īterdū predicant euangeliū nouū: adulterantes verbū dei: quod annūciāt nō ad gr̄az: sed ad p̄ciū: viuētes ad voluptatē non ad ꝟitatem/& tandē cū in latibul' sero conueniūt die de ꝟtute locuti: clunē agitant errore & labore nocturno. Si sic itur ad xp̄m fallax & vana est doctrīa patrū/que artam & arduā viā monstrauit homini tendēti ad vitā. Cū ꝟo istis eccl̄ia indigneẽ nulli oino equi⁹ cōmouētur q̄ viri ꝟe religiosi ī q̄ꝝ iniuriā hec oia refunduntẽ. Succenset popul⁹ sꝫ religiose ꝓfessiones aduersus hāc hypocrisis labē iusti⁹ amaricanẽ. Nō enīz hoc fecisse dicunẽ hypocrite: sed cistercienses: aut cluniacēses: aut alii quorū hi ventiloq & vetriloqui habitū induūt: ac vitā mētiūtur. Nā claustrales qui plane vere religiosi sunt: dū ꝓfessionib⁹ seruiūt ab hac malitia imunes sūt. Nulla vita fidelior/nulla simplicior: nulla felicior: q̄ eorū qui in claustris humiliter degūt: abiectione sua gaudentes/obedientes prelatis suis in oī subiectione: & reuerentia: nec appetētes sub obedientie noīe dominatū/aut fraudādi/aut vagandi/aut ociādi licentiā: vasa sua possidentes in sanctificatione & honore: p̄stolantes in silentio & patientia salutare dei/a detractione & murmure alieni: excipientes ab

ij.Regū.vij.
j.Paral.xvij.
ij.Regū.xj.
xvj.q.j.laicis.

Commēdatio bonorū claustralium.

ra sunt. Ipsa quoq; etiam filiorū successio babilonioni castratur principi: quia ea que alias meritū virtutis habent & fructū: dum inanis glorie causa fiunt: inutilia sunt auctori. Iustus enī remunerator hypocritas aspnatur: & solius veritatis in bono cultum acceptat: cuius oculi nullo fuco / nulla malicia pstrigi possūt: qa videt in abditis & cordiū pfunda scrutat̄ / species discernit a rebus ne qua sub erato mendosum tiniat auro. vnde & hypocrisis nomen accepit: que quidē epicureoꝝ idubitata species est.

¶ Qꝫ cartusienses dū moderationis habenis auaritiā cohibēt / & magni mōtis noua religio dū oīa mundana contēnens & de crastino non cogitans repellit oīa / auaritiā excludit / ab hypocritarū nota & nomine longius absunt. Capm. XXIII.



Ypocritarū autē nomen & notam cautissime & fidelissime declināt carthusienses & magni montis noua pfessio in antique virtutis culmine saluatore preuio solidata. Siquidem carthusienses cupiditati sue: immo necessitati limites pfixerūnt: & moderationis habenis oēm auaritiā cohibent & iterdū ipsi necessitati aliqd subtrahūt ne sub obtentu illi⁹ quippiā auaritia moliat̄ / magni pculdubio viri: & inter pcipuos numerandi cū non mō pfessiōes: sed iā senescēte mūdo in tanta multitudine labentiū seculorū pauci processerint hoīes / qui satietatis sibi aliquos pscripserint terminos necesse est semp deesse aliquid curte rei / & ipe hiatus desiderii aliqd vlteri⁹ iugiter affectantis iperfectionis signū est. Signum dico defectū potius dixerim cōscientie manifestū. Quodā igit̄ modo eoꝝ glorioso pfectus est qui preuidet vnde possit satiari. Quod & si neminē: vel admodū paucos gentiliū assecutos credā / hinc tn̄ nōnullos instituisse pposito certū habeo / cū & ethicus dicat: certū voto pete finē: sine q in infinitū animi humani conatus ptendit̄ / & in id qđ oīno nequeat apprehēdi. Porro magni mōtis icole vitā prearduā elegerūt: & nō modo auaritie sꝫ ipsi⁹ nature quodāmodo domitores: oīa necessitatis imperia exclu serunt. Abiecerunt sollicitudinē crastini: omnia mundi oblectamenta contēnere parum est apud eos: quacūq; ad portas eorūꝫ pulset imagine excluditur: & cōfusus abscedit. In eas quippe solus christus ingreditur / cuius innituntur gratie / iactantes cogitatum suum in eum qui paruulos enutrit: & dat iumentis escam pullisq; coruorum / lilia vestit agri & omnibus sperantibus in se aut constitutionis sue obtemperantibus legi: necessaria prestat: Vt nichil desit his qui se eius non subtraxerint vo

luntati. Tantā ergo sollicitudinē suam & omnem in eo ꝓiciūt: cui de fidelibus cura est/adeoq̧ prouidentie deuitant angustias: vt vita eorum tota/nonnullis tēptatio videatur. Sancti siquidem pr̄es genus tēptationis diffiniunt: cū quis agendorū habenas diuino dūtaxat cōmittit miraculo humano nōdum auxilio destitutus. Ceterū ego vitā deo placētem arbitror: cupiditatis ignarā/insistentem innocentie: & ꝑuigilem in opere charitatis. Quid ergo in his aut in illis sibi palliata hypocrisis vendicabit cupiditate deducta? Regula nāq̧ verissima est ꝙ de radice charitatis non oriuntur mala: & de cupiditatis plāta nequaq̄ bona prouenient. Nec est quod displiceat deo vbi sincere voluntatis victima immolatur/aut quod eū nō offendat si in qualibet pigui oblatione ꝓpriam ei quis subtraxerit voluntatē. Ergo qui suam voluntatem facere disponit: irritat dominū: & qui sua postposita illius se subiicit voluntati altissimū placat. In eo siquidē solo vere iustitie sūma consistit. Vn̄ illud in euāgelio. Iudiciū meū (inquit) dn̄s iustum est: quia nō facio voluntatē meā: sed voluntatem eius qui misit me Moyses quoq̧ in leuitico. Oblatio oīs que offertur dn̄o absq̧ fermēto fiet: nec quicq̄ fermēti ac mellis adolebitur in sacrificio dn̄i. Superbie nāq̧ fermentū offertur & mellis: cum quis neglecta humilitate & amaritudine mandatorum: quippiā offert ad nutū ꝓp̄e voluntatis. Qui ꝟo mandatis legittimis propriā subiicit voluntatē/quicquid offerat fermenti ac mellis a sacrificio ꝓhibitā. s. excludit dulcedinē. Isti itaq̧ ꝓp̄e voluntatis immemores querētes iugiter quō placeant ei cui se ꝓbauerūt/laudē que ab hoībus est contēnētes: nec hn̄tes nec volentes habere diuitias/quā dicēdi sunt cū hypocritis hr̄e portionem? Qđ tn̄ miraberis iā ad carthusiēses diuertisse dictus est aliquis vt a sanctoꝝ ꝯsortio euocatus ascenderet/ & postea conuersus retrorsū quid quesierit operū testimonio declarasse. At ille iudicē suum habet: nec tn̄ vnq̄ cōmittere potuit vt sanctissime ꝓfessionis gloriā denigraret. De magno monte neminē adhuc assūptū audiui: sed vtinā aut nunq̄ assumatur: aut talis q nullo decoloret actu hoīm singularis eminētie venustatē. Alii basiliū: alii benedictum: hi augustinum: at isti singularem habent magistrum iesum xp̄m. Licet autem duas istas professiōes minus tamen q̄ meruerint cōmendaueri: nihil deo teste in suggillationē aliorū recte in ꝓfessionib⁹ suis incedentiū ꝓtuli. Sancti sunt vtiq̧ cistercienses/sancti cluniacēses: sancti monachi & canonici regulares: & in his sicut stella a stella differt in claritate/

Regula. Ioh.v. Leuitici.ij. Basilius. Benedictus. Augustinus.

ſunt alii aliis ſanctiores:& q̄uis pfeſſionē profeſſio antecedat in quauis earū forte reperientur qui poſſint ſanct( ſuperiorib⁹ adequari. Plane ꝟginū p̄mus gradus & ſingularis glorie titul⁹ eſt: in cōtinētibus tū & coniugatis forte ſunt aliqui multis ꝟginib⁹ preferendi. Confeſſoribus martyres p̄ferēdos catholica cōfitef eccl'ia/& tū nōnullos ꝯfeſſores aliq̄bus martyrib⁹ forte quo ad aliqd nō verebitur coequare. Nec eſt ꝙ ſe aliqs ſeculariū mei.ſ. ſimiliū iam dictis pfeſſionibus conferat:quia vix eſt vt quiſpiā talis vl' ignauo cenobite poſſet equari. Si qs eni in nob( a ſeptēbris idibus vſq; ad paſcha ieiunet:omni die nocturnis aſſit vigiliis:iugiter abſtineat ab eſu carniū/omnē veneris immundiciā neſciat.horis cōpetētibus nūq̄ deſit aut raro:& hoc ex iuſta cauſa:ſobrietatis limites non excedat.cautā ponat ſilētii cuſtodiaꝫ ori ſuo:& diurnos exceſſus deleat ſatiſfactiōe quotidiana:& qđ precipitur incunctanter & ſine mora expleat:& nō modo verborum/ſed & verberum acrimoniā ſufferat patienter vt corā tondente ſe obmuteſcat:quis non eum quaſi virtutis egregie & ſingularis meriti hominem ammiretur & cum reuerentia preconetur tāq̄ reuera apoſtolicum virū & expreſſum xp̄i imitatorē? Hoc aūt etiam ignaui ex neceſſitate tū faciunt cenobite. Nam in eo a ſtudioſis differunt:ꝙ illi ex dilectione exercēt ea ad que iſti ſtimulo neceſſitatis vrgentur & ſepe inuiti. Sunt tamen in habitu communi quos ſeculares non audeo nominare: cū nihil ſeculare dicendum ſit in talibus:niſi ꝙ ſeculo nequā amoris federanf affectu. Sicut eni p̄putiū nihil eſt: & circūciſio nihil eſt: ſed & obſeruatio mandatorū dei:ſic vt religioſorū pace dicam: monachatus nihil eſt:& canonicatus nihil mandatorū obſeruatione deducta. Hec igitur tandem proſunt ſi quis legē obſeruet. ſi vero ſine his quiſpiā obſeruat legē eum nequaq̄ dixerim ſecularem. Veruntamen geramus morē religioſis:ſint ſeculares interim quos veſtis pulla ab aliis non diſcernit. Nulla enī iactura noīs niſi ſecularis ſit & vita. Indignāf aliqui ꝙ de religioſis ego habitu ſecularis:& cōuerſatione peccator iſta pnuncio:& dum cōmendo cenobitas me aliis detrahere criminātur:aduerſ⁹ hos non ceſarem:ſed benedictum appello:qui ſicut gyrouagos & ſarabaitas arguit ſic manifeſte cōmēdat cenobitas. Auctor mihi hieronymus eſt licet eū nonnulli monachorū/min⁹ benigne audiant eo ꝙ clericos quo ad aliquid viſus eſt p̄tuliſſe. Auctor eſt inq̄ ꝙ veſtis nequaq̄ religiōis differentiā faciat:ſed in oi habitu qui timet deū & opatur iuſtitiā:acceptus eſt illi. Idē quoq; ait ve

Clerici nō poſſunt ſe cōparare religioſis.

i.Co:in.vij.

ſtes pullas eque vita vt candidas: ornatus vt ſordes/pari mō fu gienda: quia alterū delitias/alterum gloriā redolet. Non abſq̧ lineo amictu incedere: ſed preciū lineanū veſtiū non habere lau dabile eſt. Et manifeſte videtur exprimere ſectam tēporis nr̄i/ hominū. ſ. qui irregularē regulam quandā ꝓfitent: quos an ex ꝟbis eius poſſis agnoſcere audi quid in cōtinēti ſubiūgat. Alio quin (inquit) ridiculū & plenū dedecoris eſt referto marſupio ꝙ ſudarium & orarium nō habeas gloriari. Sunt qui pauperibus parū tribuant vt amplius accipiant: & ſub pretextu elemoſyne querūt diuitias que magis venatio appellāda eſt q̄ elemoſyna. Sic beſtie: ſic aues: ſic capiūtur & piſces. Modica eſca in hamo ponit vt in eo matronarū ſacculi ꝑtrahant. Eſt vtiq̧ meli⁹ non habere qđ tribuas q̄ vt tribuas petere īpudēter. Nō hn̄t fratres hoſpitales: vel alii quid hic de me querant: qui eni hec loquitur doctor eccl'ie eſt: & forte ad eos hieronym⁹ nō reſpexit. Ipſi licet ego non nouerim nouerunt regulā ſuā. Noui tamen regulā veri tatis: qua mihi cōſtat ꝙ religio mūda & imaculata apud deum. & patrē hec eſt/ viſitare pupillos & viduas in tribulatione eoꝝ: & imaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Hec aūt politicorū oīm eſt: & bene cum iſtis agitur: ſi eam fidelit̄ ſeruāt. Porro in ſacro ocio dei degentiū regulam in ſe propheta exp̄mit dicens. Pro-uidebam dominū in conſpectu meo ſemp: qm̄ a dextris ē mihi ne ꝯmouear: ꝑpter hoc letatū eſt cor meū: & maria exempta a turbis/ & in euāgelio ſedēs ſec⁹ pedes dn̄i vt audiret verbū ei⁹. At vt de hypocritis ſmo claudatur quid beatus iob de his ꝓnū ciet ꝑferatur in mediū. Hoc (inquit) ſcio a p̄ncipio ex quo poſit⁹ eſt homo ſuper terrā/ ꝙ laus impiorū breuis ſit/ gaudiū hypocri te ad inſtar puncti. Si aſcenderit vſq̧ in celum ſuperbia eius: & caput eius nubes tetigerit: quaſi ſterquiliniū perdetur in fine.

Nō de fratribus ⁊ aliis religioſis q̄ matronas ſeducunt vt ab eis pecuniā eliciant.

Veritatis regula.

Ps. xv.

Luce. x.

Job. xx.

## ¶ De inuidis & detractoribus. Capitulum. XXIIII.

Ecce q̄ miſer eſt finis hypocritarum: qui ſacro teſtāte eloquio perdentur vt ſterquiliniū: quo nihil immun-dius eſt. Fruſtra ergo affectauerunt vmbrā bonorum operū. nā ſi bona eſſent reuera nequaq̄ perderent: vt deſideria carnis implerēt/ que aduerſus ſpm̄ cōcupiſcit. Multa ſuſtinuerunt in fame & ſiti: in frigore & nuditate: & ſimilib⁹ q̧-bus xp̄i precioſum emi poterat margaritū. Non eni in ſola im-mūdicia vel gula ꝯſiſtūt opa carnis: cū apl's ad galathas loq̄ns ea i mult' vitiis maifeſta eſſe ꝯuicat: vt ſūt: fornicatio: imūditia auaritia: īpudicitia: luxuria: idoloꝝſuit⁹; veneficia: īimicitie: cō

Ad Gala. v.

Ibidem.

sentiones/hereses/secte/inuidie/homicidiā/ebrietates/comes-sationes/& similia:que qui cōmittūt regnū dei nō possidebunt. Siue ergo ad finē imundicie/vel luxurie/siue inanis glorie/vel auaritie exitū opera referātur:quia priuātur fine suo: mortem

Ad Gala.v. incurrūt. Vnde idem apl's. Nō efficiamini (inquit) inanis glo-rie cupidi inuicē ꝓuocātes/inuicē inuidētes. Sane vitia quibus falsa iustitia innotescit:prudēter & eleganter expressit:cū arro-gantie tumor facile ꝓuocet:vnde sibi ꝓuenire victoriā opinat̄: et liuor illis inuideat:quos supiores putat esse vel pares. Quo quidē nihil crediderim esse miserius:licet nulla miseria minus moueat misericordiā/& hoc recte q̄ calamitas eorū qui sponte abiecerūt beatitudinē. Quis eni cōpatiat̄ eis qui a felle mali-tie malūt esse miseri q̄ beati? Patrib⁹ siquidē pridē placuit bea-titudinē ꝯsistere in virtute:& nullā sine charitate posse esse vir-

Ad Gala.v. tutem. Cui⁹ vtiq; fruct⁹ iocūdissim⁹ est aplo testante qui operi bus carnis hec opera spūs que ad vitā ꝓficiūt euidēter opponit: que sunt charitas/pax/patiētia/lōganimitas/bonitas/gaudiū/ māsuetudo/cōtinentia/castitas. Qui ergo hos virtutis ramos a terra cordis sui succidūt/& radicē charitatis de qua oriūtur ex termināt:qua nā via ad beatitudinē pergūt? Plane nihil est qđ

Inuidia qđ ē magis charitatē impugnet q̄ venenū inuidie. Est autē inuidia vt philosophis placuit:tristitia ex apparēti ꝓsperitate alicuius initiū. Si eni de tyranni vel peruersi ciuis apparēti quis ꝓsperi tate tristat̄:nequaq̄ deturpat̄ inuidie macula.nam & bonis di-splicet/cū in perniciē multorum bene succedit his qui ad mala

De charitate. credūtur ꝓniores. Si ergo liuor bonis affligit̄ alienis/planū est ꝙ a charitate plurimū distat:qui sua nō querit sed ꝓximorum. Charitas in bonis nihil suū:in malis nihil reputat alienū:ma-lis cōpatitur alienis:bona sua diffundit in ꝓximos. Nā & ani-

Augustin⁹. mos vnit vt idem velint:idēq; nolint. Ait magn⁹ pater Augu stinus. Tolle inuidiā/meū tuū est/& tuū meū:& forte non erit aliquid meū vel tuū:sed omia nostra erūt. Ipsa eni est que quod sibi vult adesse:idē ꝓximo abesse desiderat/& si nō absit: infeli-citer cruciat̄:et sepe in eo qđ non desiderat:dū videt illud ꝓxi-mo adesse torquet̄. Recte quidē cū & ethicus dicat quia iusti⁹ inuidia nihil est/que ꝓtinus ipm auctorē rodit excrucians aīm. Nec leue tormentū credas quo nullū graui⁹ potuerūt seculi ex

Naso. cogitare tyranni. Pestē hanc licet poetici nube figmenti naso

Versus ouidij depinxit elegāter quidē & vere. Pallor in ore sedet: macies in corpore toto. Nusq̄ recta acies. linent rubigine dētes. Pectora

felle virent: subfusa est ligua veneno. Risus abest/ nisi quem vi
si fecere dolores. Vixqꝫ tenet lachrymas quia nil lachrymabile
cernit/nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Sed videt in
gratos/intabescitqꝫ videndo. Successus hominū carpitqꝫ & car
pitur vna Suppliciūqꝫ suum est. Non est minus vera descriptio:
licet rei incorporali corporis cōpositionē auctor ascribat: cū i eo
figure que sarcophegia vel sarcographia dicitur vis cōsistat qd
rebus incorporalibus: corporis liniamenta licēter attribuit: hoc
quidem potius attendendū ꝙ nulla vis beneficii aut nature/flā
mā restringit inuidie. Nam & palladis virib⁹ & forma/ motā
describit inuidiam: & sororis felices thalamos soror stimulata
ferre non potuit/& vt ꝑmissam numini: vel germane fidem ser
uaret: nullo potuit precio īclinari. Sepe mori voluit ne quicq̄ ta- Uersus.
le videret. Ad parricidii facinus in fratrem patriarchas excita-
uit inuidia: vt nec impune reuelare licuerit gratiam: quā spirit⁹ Gen.xxxvij.
innocenti monstrabat in sōnis. Ergo seruitute dānatur innocēs
frater/pater orbitate: & vt dispositionē gratie dei euacuet: in se
famē/seruitutis iugū: calamitatem exilii: calūnias egyptiorū/ Gen.xlvj.et se
seuitiā pharaonis/a iusto iudice iniquitas impetrauit. Manus quētib⁹ capl'is
ioseph in laboribus seruierūt: & successio eorū in luto: & latere
ipsisqꝫ paleis reputat̄ indigna. Videas multos eisdē liuoris sti-
mulis vrgeri: vt quos possunt obices opponant gr̄e & dispositio
nem altissimi nitant̄ impedire. Si forte quasi sōniando cōiiciūt
alicuius prouectum: obstant: reluctantur: vt quasi fratrem isma
elitis exponant: si non occidunt/incrustant ipsam sinceritatem:
& vt propriū pretexant scelus innocētis tunicā ostendunt cruē-
tatā. Hanc enī video in multis descriptionem: qui ad oīa felicio
ris aure momenta vrūtur: sibiqꝫ vellent aduersari fortunam: dū
alii grauius lederētur. Et vt esopo vel auiano credas: videbis q Esopus.
sibi oculū alterū erui gaudeat: dū vtroqꝫ priuetur ꝓxim⁹: nec est Auianus.
qua via declines inuidiā nisi miserrim⁹ fias. Celebre nāqꝫ est ab
antiquo prouerbio: quia sola miseria nescit inuidiam: fortunaqꝫ
hominis miserrima cui non inuidetur. Fertur plato cum ei con Socratis ver
discipuli inuiderent: socratem interrogasse qua ratiōe posset ho bū ad platonē
minū declinare inuidiam. Cui socrates. Esto (inquit) vt tersites
Dū ergo torquentur inuidia/alios miserie sue volūt esse partici
pes: vndiqꝫ querentes vt noceant: & ipām innocentiā quandam
putāt esse mortꝭ imaginē. Vn̄ maro vt ab vno discas oēs notās Maro.
inuidū ait: & si nō aliqua nocuisses: mortuus esses: quo nihil mi
nus decet philosophū aut virū auctoritate vel moribus grauē.

Vñ socrates:non ille antiqu⁹: sed quē auctorem gestoṝ cassiodorus in triptita laudat hystoria. Qꝫ (inqt iulianus) tonsores & cocos a palatio expulit:non modo impatoris/sed & philosophi op⁹egit: vt aūt detraheret atqꝫ dilaceraret:neqꝫ philosophi neqꝫ pncipis fuit. Cū enī ex quacūqꝫ causa cessant opera/ decurrit ad maliciā detrahēdi. Hec est vtiqꝫ indubitata ꝓles inuidie:& charitatem abesse manifesto iudicio protestatur. Et nūc quidē bona aliena puertit/nunc minuit mala:aut fingit que nō sunt/aut magnificat & extollit si qua sunt. Charitas nō agit perperā. At hec sola puersitate letatur. Cū apostolus vitia gentiū multa enumeret/nouissime & quasi in culmine malorū siue profundo rectius dixerim posuit detractores:eosqꝫ tanq̄ singulari nota/diuine bonitatis hostes exp̄mēs/quasi solos deo odibiles esse ꝓnunciat. Verūtamen illos deo odibiliores īter ceteros eē crediderī/ qui latenti odio vt magis noceant eisqꝫ credatur fidelius:laudes p̄dicant alienas:amicitiā simulāt/subiiciētes tam in calce s̄monis:vel modicū qd̄ p̄cedentib⁹ titulis aduerset̄. Felix & nato:felix & cōiuge ꝓtheus. Et cui si demas iugulati crimīa phoci. Oīa ꝯtigerant. Nūqd tanti parricidii labes/oēs nō modo fortune dotes:sed q̄uis magnifice ꝟtutis titulos grādes nō oblitterat? Tale est illud oratoris Iuliū fortunatum fateor virū fortē/ & quem cōstet strēnue egisse q̄plurima quo tamē pacto iudiciū repetundarum apud iudices iustos euaserit mirarer quidē/si vis eloquii eius mihi esset incognita. Hoc nōne venenū est & quodāmodo speciē boni operis:& vt ita dicā/ꝟtut[is] vitā extinguit? Et qdem de gnatonicis.i.de adulatoribus multa supius dicta sūt/ sꝫ quos deteriores dixerim gnatonicos an detractores: nō satis liquet: vtrūqꝫ tn̄ vitiū apud ātiquos inuenio morte mulctatum. Nam & atheniēses thimagorā/inter officia salutatiōis dario regi more gentis illius adulantē/capitali supplicio affecerunt:& lacedemoniorū senat⁹ caristolū interimi iussit: eo ꝙ magnorūꝫ virorū carpere facta maluit q̄ palā cōstātia virili arguere. Hoc enī apd̄ bn̄ cōpositos semper licuit:vt qsqꝫ suo iudicio vteret̄/palāqꝫ rep̄henderet qd̄ nequaq̄ recte factū videret̄. Si quidē hanc reprehēdendi licentiam charitate subnixā libertas approbat: & tyrānica dūtaxat rabies ꝑhorrescit/& īpedit. Ceterū detractores & inuidos sic in curia videbis habundare ac si in eā quasi toti⁹ orbis sentinam cōfluxerint. Non est cetus conuiuētiū (nisi religiosissimus sit) quē liuoris stimulus nō attingat:vbiqꝫ tn̄ qui illustrioribus clarescunt meritis:acrius inuidie toxicato dente roduntur.

Ad Rom. xiii

Inuidorū detrahentium modus.

De thimagora atheniēsi.
De caristollo lacedemonio.

Vrit enim fulgore suo qui pregrauat artes. Infra se positas/extinct⁹ amabitur idē: sed pre ceteris senū dn̄os: p̄latos subditi insequūtur. Nam sicut seruorum ita & subditorum genus plerūq; q̄rulū ē/& aut se iniuste p̄mi aut indigne remunerari studia aut officia male ām̄inistrari causatur. Raroq; inuenies qui ī aliquo nō detrahat p̄sidenti/& si interdum omnia recte gerant. Comicos reuolue/relege tragicos: familiam fere semper patrisfamilias videbis īgratam. At non modo in curia sed in schola: sed in claustro: sed in capitulo: morē hunc si tamē domestica vitia sūt moribus aggreganda/miraberis obtinere. Venerabilis pater gilbert⁹ herfordensis episcopus mihi referre consueuit claustralium morem: quem ī seipso se fatebatur expertum. Cum enim monasterium ingressus esset: feruens adhuc igne quem de nouo cōceperat/magistratuū suorum ignauiā arguebat. Nec mora promotus in modico miseratione complicū motus est: nō tamen pepercit maioribus. Paulo post ad priores ascendit/prioribusq; compatiens: carpere non cessauit abbates. Factus est & ipse abbas: & propici⁹ in coabbates episcoporum cepit vitia intueri. Tandem & ipse episcopus coepiscopis parcit: nec tamen ipsum inuidie vitio arbitror laborasse. Sed vir prudens/q̄d hominibus quodammodo ingenitum est eleganter expressit. Et forte hoc sibi prefatus pater imposuit: vt sic laborantium turbe sponte consertus benignius audiretur. Sane iulius cesar audita cathonis morte tandem cōpassus est laboribus & erūnis extincti/& egregium ciuem rebus humanis defleuit exemptum/publice tamen confessus est: q; & catho virtuti eius inuiderat: & q; ipse cathonis glorie inuidebat. Que vero ad gratiā sine īuidia via expeditissima sit/senex docet in andria/dum filium ī omnibus obsequi neminē ledere refert. Ait quoq; sequēde beatitudinis pater Augustin⁹/quia dentē caninū: vl' euitabit cautissima hūilitas: vel retūdet solidissima v̄itas. Alia siquidē virtute nemo detractionis decliat aculeos: libere tamē reprehensiōis medelam/sana mens minime aspernatur/licet iure cōuitia puniātur: famosiq; libelli. Nā si mala condiderit in quē quis carmina/ius est/iudiciūq;/& aduersus cōuiciatores pridē lex est accepta: chorusq; de inepta licentia presumentium & abutentium turpiter obticuit sublato iure nocendi.

De subditis q̄ rulis in princi pes.


De Gilberto herfordensi episcopo.

De Julio cesare in morte cathonis.

Senis dictū in andria.

Augustin⁹. Detractio quō vitetur.

## De libertatis amore & fauore: & de his que libere dicta patienti animo maiores tulerint: & de differētia ledorie & scomatis. Capitulum. XXV.


Ibertas quoqꝫ de singulis ꝑ arbitrio iudicat: & que sanis videt moribus obuiare: reprehendere non veref. Nihil aūt est gl'iosius libertate ꝑter ꝟtutē: si tñ libertas recte a ꝟtute seiūgitur. Oībus enim recte sapientibus liquet quia libertas ꝟa aliunde nō prouenit. Vñ quia summū bonū in vita constet esse ꝟtutē / & que sola graue & odiosuꝫ seruitutis iugū excutit / ꝑ ꝟtute / que singularis viuēdi causa est moriendū si necessitas ingruit philosophi censuerūt. Ad hec ꝑfecte sine libertate non ꝑuenit / libertatisqꝫ dispendiū conuincit perfectā nō adesse virtutē. Ergo & ꝑ virtutū habitu quilibet liber est: & quaten⁹ est liber eatenus ꝟtutibus pollet. E contra vitia sola / ꝟuitutem inducunt: hominēqꝫ personis & rebus indebito famulatu subiiciunt: & licet ꝟuitus persone quandoqꝫ miserabilior appareat: vitiorꝫ seruitus lōge semꝑ miserior est. Quid est itaqꝫ amabilius libertate / quid fauorabili⁹ ei qui virtutis aliquā reuerentiā habet? Eā ꝑmouisse oēs egregios ꝑncipes legimus: nec vnq̄ calcasse libertatē nisi manifestos virtutis hostes. Que fauore libertatis sūt introducta nouerūt iurisꝑiti: & q̄ ob illius amorē magnifice gesta sūt / hystoricorꝫ testimonio percelebre est. Catho venenū bibit / asciuit gladiū: & ne qua mora ꝑtenderet vitā ignobilē: iniecta manu dilatauit vuln⁹ / sanguinē generosū effudit: ne regnantē videret cesarē. Brutus arma mouit ciuilia: vt vrbē eximeret seruituti: ipaqꝫ sedes impii miserabili maluit bello semꝑ affligi q̄ dñm licet mitissimū sustinere. Transeo ad infirmiorē sexū Cōiuges theuconorꝫ ob amorē pudicitie rogantes victorē mariū vt dono miscerenf veste virginibus se q̄qꝫ ꝑmittētes cōcubit⁹ futuras exꝑtes: cū minime audirētur: ꝑxima nocte spiritū sibi laqueis eripuerūt: eliso gutture: ne seruirēt / aut pudicitie dispendiū paterenf. Si singula huiusmōi referre voluero: tēpus anteq̄ exēpla deficiet. Libertatꝭ itaqꝫ vs⁹ eximi⁹ est: eiqꝫ soli displicet / qui moribus ꝟuilibus viuit. Qui libere dñr: aut fiūt: sicut timorꝭ ita & temeritatis exꝑtia sūt. & dū recta via incedif: laudē meref & gratiā: at cū sub imagīe libertatis temeritas / spūs sui ꝑfluit vehemētiā / reprehensionē incurrit. Vulgi quidē aurib⁹ gratior / q̄ sapiētissimi cuiusqꝫ aīo ꝑbabilior: vtpote frequēti⁹ tuta venia aliena / q̄ ꝑuidētia sua. Viri tñ optimi & sapiētissimi est habēas laxare libertati: & q̄libꝫ dicta eius patiēter excipe. Sed nec opib⁹ se opponit dū virtutꝭ iacturā īcurrat. Cū enī ꝑ seipāꝫ ꝟtus queqꝫ resplēdeat: patiētie titul⁹ gloriosiori fulgore clarescit. Priuematiū quidā cū īterrogaref qua-

De morte cathonis ꝑ libertate.

De bruto pro libertate.

De patientia.

lem pacē habituri essent priuernates captiui sibi impunitate donata. Rn̄dit cōsuli romanorū. Si bonā dederitis ꝑpetuā: si malam nō diuturnā. Qua voce libertatis nō modo veniā rebellionis obtinuerūt priuernates: sed etiā beneficiū ciuitat romane: quia sic in senatu loqui priuernas ausus est. Philippus quidā aduersus ordinē senatorū libertatē exercuit: segnitiemq; ꝓ rostris exprobrās alio sibi senatu opus esse dixit: nec tn̄ senatoria grauitas moueri potuit: sicut nec prudētia philippi consulis: cū ei a reo diceret cui littoris ꝓceperat inici manū: non es (inquit) mi philippe mihi cōsul: quia nec ego tibi senator sum. Magni pōpei inter ceteros in hac parte virt⁹ enituit. Cū enī gneius piso malliū crispū reū ageret/eūq; euidenter nocētem pōpei gratia eripi videret: iuuenili impetu ac studio ad accusationē ꝓuectus multa & grauia crimina prepotēti defensori obiecit. Interrogatus deinde ab eo cur se predes quoq; non accusaret. da inquit: & tu predes reipublice te si postulat⁹ fueris ciuile bellū nō exercitaturū: et ego etiā de tuo priusq̄ de mallii capite in cōsiliū iudices mittam. Ita eodem iudicio duos sustinuit reos accusatione malliū: libertate pōpeiū/et eorū alterū lege peregit: alterū ꝓfessione qua solū poterat. Gneius lētulus marcellin⁹ cōsul cū in cōtione de magni pompei nimia potentia quereret/assensusq; ei clara voce popul⁹ esset. Acclamate (inquit) quirites acclamate dū licet/iā enī vobis intumescēte pompeio id facere nō licebit. Impune tn̄ tā eximii ciuis pulsata potētia est: hinc inuidiosa q̄rela: hinc lamētatione miserabili. Eidē candida fascia crus alligatū habēti fauoni⁹ nō refert inquit/qua in parte corpis sit dyadema. Res ei⁹ regias exprobrans cauillatione pāni exigui: sed is neutra in partemutato vultu vtrūq; cauit: ne aut hylari frōte libēter agnoscere potentiā: aut tristi iram ꝓfiteri videret. Idem cū helino formiano libertini filio īproperās ꝙ redierat ab inferis vt luteū libonē amicū pompei accusaret. Ab inferis inquit helin⁹ in libonē venio accusator sed diu illuc morat⁹ sum: vidi q̄plurimos in diuersa etate & sexu innocētes ibidē de te grauissime cōquerētes ꝙ ipsos per hanc īportabilē bonis potentiā tuā nequiter cōdēnaueris: et oīa pōpei ꝑuersa & reprehēdēda audientib⁹ cūctis exposuit. Itaq; eodem tēpore & fortissimū erat pōpeium maledicere/& tutissimū. Vnde & delphilus traged⁹ inter agēdū populo directa in pompeiū manu: miseria inquit nostra magn⁹ es. Item gaio carbone cōsule iubēte sibi obsides dari a placētinis marcus crastitius libertate inflāmat⁹: nec minis

Libera rn̄sio priuernatis captiui i senatu.

Philippi patientia.

Pompei magni patiētia ꝯ gneiū pisonē in accusatione mallij crispi.

Predes id est fideiussor.

De libertate Gnei lentuli marcellini cōsulis aduers⁹ pompeium.

Fauonij libertas in pōpeiū.

Helini formiani libertas cōtra pompeiū.

Delphili tragedi libertas cōtra pōpeiū.

Julij cesaris patientia aduersus seruiũ galbam.

Pisistrati atheniẽsis tyranni patiẽtia in filie iniuria

Pisistrati patiẽtia erga trasippũ amicũ.

Seruij sulpicij libertas contra mittẽdos in hyspaniã.

Legati cinniorũ libertas aduersus brutũ consulem.

Paschelij nimi libera dicẽdi licentia.

Tarẽtini libera rñsio aduersus pirrum.

Libera querela mulieris aduersus philippum regem.

nec viribus cessit:imo consuli dicenti se habere gladios. Respõdit/& ego años. Serui⁹ galba ꝓ põpeio obligat⁹: cũ in foro conueniret gai(inqt)cesar ꝓ põpeio genero quondã tuo tertio eius cõsulatu pecuniã spopõdi quo noie nũc appellor. Quid agam? an dependã:palã atq; apte ei bonorũ põpei vẽditionẽ exprobrãdo:vt a tribunali submoueret meruerat. Sed illud ipa mansuetudine miti⁹ pectus:es põpei: es alienũ ex suo fisco solui iussit. Pisistratus atheniensiũ tyrann⁹ cũ eũ vxor hortaret vt capitale suppliciũ sumeret de adolescẽte q filie ei⁹ amore succens⁹ eã in via publica obuiã fuerat osculat⁹ respõdit:si eos q nos amant interficimus/quid faciem⁹ his qbus odio sumus? Vox quidem ciue dignior q̃ tyrãno:qui & filie laudabiliter tulit iniuriã:& laudabilius suã. Idẽ a trasippo amico cõuitiis in cena fine fine laceratus & animũ & vocẽ ab ira cohibuit. Et licet eũ trasippus ipetu temulẽtie sputo in os eius eiecto resperserit: filios & familiã ab vltione retraxit:posteroq; die supplicẽ & volũtariã mortẽ de se exigentẽ:data fide in p̃stine gradũ amicitie recepit. Nobilissimis ciuibus fortune tñ disparis/a senatu/hyspania ꝓuincia delegabat. Audiẽte seruio sulpitio hũili viro: sed liberrimi spũs. Cũ ergo senatui etiã popul⁹ prestitisset assensũ/neutrum mitti mihi placet(inquit)sulpitius qm̃ alter nihil habet: alteri nichil est satis/eque malã licẽtis impii magistrã iudicãs inopiam atq; auariciã. Romanũ quoq; consulẽ brutũ lisitanie impatorẽ legatus cinionũ aduersus romanũ imperiũ arma tractantiũ ibi grauitate mouisse poterat nisi roman⁹ esset/qm̃ huic populo p̃ ceteris moderatio semp amica fuit. Cũ eñ cinii ad redẽptionẽ libertatis inuitarent legat⁹ ferrũ sibi a maioribus quo vrbẽ tuerẽtur relictum esse respõdit/non aurum q̃ ab imperatore auaro emerent libertatem. Paschelius nimus vir sũma libertate multaq; scientia/& domi & foris clarus:sed in solo philosophãdi studio interrogatus quid sibi tantam daret que vellet dicẽdi licentiam duo respõdit:que homines horrent/senectutem & orbitatem. Quid enim timebit senex orbus? Pirrus percunctatus est eos qui in conuiuio tarentinorum parũ honoratũ sermonẽ de se habuerant:an que audierat vera essent. Tunc ex his vnus nisi(inquit)vinum nobis defecisset:ista que tibi relata sũt/pre his que dicturi eramus ludus ac iocus fuissent. Tam vrbana crapule excusatio tãq; simplex confessio veritatis iram tyranni cõuertit in risum. Inserit se viris/liberi spiritus mulier/barbari sanguinis que a philippo rege temulento tumultu merens dãnata prouo=

carem (inquit) ad philippum sed sobrium. Sic ergo excussit crapulam oscitāti: & presentis animi ebriū resipiscere: causaqꝫ diligentius inspecta / coegit iustiorem ferre sententiā. Siracusana quedā sola quotidie tēpore matutīo votis expetētibus a diis salutem grauissimi & importabilis tyranni dionysii deuotissime exorabat. Q̄d vt is cognouit: nō debitā sibi āmirat⁹ beniuolentiam: ad se vocatā cur aut quo suo merito hoc faceret interrogauit. Tunc illa. Certa est (inqt) ꝓpositi mei ratio Puella enī cum graue tyrannū haberem⁹ carere eo cupiebā. Quo interfecto: aliquanto tetrior arcem occupauit: eius quoqꝫ finiri dominationē magni estimabam. Tertium te / superioribus importuniorem / cepimus habere rectorem. Timens itaqꝫ ne si & tu absumptus fueris etiam tibi succedat deterior caput meum ꝓ salute tua deuoueo. Tam facetam audaciā dionysius / & si teterrimus: puniretamen erubuit. Quid enim securū erit si etiam virtutes iter quas precipuū fere locum libertas obtinet puniuntur? Romani ergo sicut aliis prestantiores: ita & reprehensionis patientiores extiterunt / adeo quidem vt dummodo in conuiuiis & locis minus sobriis caueat quisqꝫ eam iustā tn̄ horret ac refugit: sobrietatis videat ignar⁹. Nam & si cōtumeliā habeat euidentē: vel absc ōditam: patiētia reprehensionis apud sapientes longe gloriosior est q̄ pena. Inde ledoriarū & stomacū etiam aduersus viros summa potestate preditos exercitium licentiosum magis q̄ licitum est. Est autem vt in libro saturnaliorum eustachi⁹ docet ledoria que exprobrationem: & directā cōtumeliā continet. Scoma quidem morsus est figuratus: quia sepe vel fraude / vel vrbanitate tegitur: vt aliud sonet aliud intelligas. Nec tamen semper ad amaritudinem pergit: sed nonnunq̄ his in quos iacitur & dulce est. Quod genus maxime vel sapiens vel al̄as vrbanus exercet: precipue inter mensas & pocula vbi facilis est ad iracundiam prouocatio. Nam sicut in precipiti stantem vel leuis tactus impellit: ita vino vel infusum vel aspersū paruus q̄qꝫ dolor incitat in furorem. Ergo cautius in conuiuio abstinendū scomate quod tectam intra se habet iniuriam. Tanto enim impressius herent dicta talia q̄ directe ledorie: vt hami angulosi q̄ directi mucrōes tenaci⁹ infigunt. Maxime qa dicta hm̄ōi / risū presentibus mouent / quo velut assensus genere / ꝯfirmat iiuria. Est aūt ledoria hm̄ōi Oblitus ne es quia salsamenta vēdebas? Scoma aūt qd̄ dictum est cōtumeliam esse celatā: tale est Meminimus quando brachio te emūgebas. Nam cum res eadem

De siracusana orāte ꝓ dionysio tyrāno.

De romani ad repħensiones patiētes fuerāt

De ledoriis et stomacibus.

Ledoria qd̄ ē.

Scoma qd̄ ē.

Scomata plura tullij.

Alexãdri scoma in parmenionem.

Sirtes sunt scopuli eminẽtes loca arenosa in mari.

vtrobiq̃ dicta sit/illud tamen ledoria est quod aperte obiectum exprobratũq̃ est/hoc scoma/qđ figurate. Sunt scomata minus aspera/que quasi edentate belue sunt morsus: vt tulli⁹ in consulem qui vno tantum die consulatũ peregit. Solent (inquit) esse flamines dyales modo consules dyales habem⁹ & in eundem: vigilantissimus esto consul noster canius qui in cõsulatu suo sõnum non vidit. Eidemq̃ exprobranti sibi ꝙ ad eundem consulẽ non venisset: veniebam (inquit) sed nox me cõphẽdit. At de vsu ledorie/vel scomatis & ciuilitate dicetur in sequẽtib⁹. Nũc ostendisse sufficiat/quia arguere licitũ est: quod equum est esse correctum. Vnũ tamen de scomatib⁹ alexandri quasi in calce libelli huius superioribus annectam. Cui ei rex darius vno & altero prelio virtutẽ eius expertus partem regni tauro mõteten⁹ & filiam in matrimoniũ cũ decies centũ milibus talẽtis pollicearetur: eiq̃ pmenion vir magnus inter alexandrinos dixisset se si alexander esset vsurũ hac conditiõe/respondit. Et ego si parmenion essem eadẽ vterer/tacite quidẽ consiliarii timiditatem arguens voce duabus victoriis respõdente dignaq̃ cui tertia sicut euenit tribueret. Liberũ ergo fuit & semper licitũ libertati pcẽdo personis/dicere de vitiis quoniam & ius est quo licet veras expromere voces: & ꝙ etiam seruis aduersus dominos dũ vera loquuntur decembrẽ indulget libertatẽ. Tunc ergo nõ impetrata venia que ipo iure competit liguas acuũt: & quicquid eos toto anno vrit impune redarguũt: palam detegẽtes & crimĩa: dũ tamẽ expletis saturnalibus citra veniã nequaq̃ ad accusatiõem dñoꝝ patronoꝝ ve ꝓsiliant: vtor ergo libertate decẽbris & iussis tuis obtẽperãs quod me & te vrit bñficio iuris cõmuni fidenter arguo/nõ necesse ratus veniam impetrare/in his que publice seruiũt vtilitati & tue sunt placita voluntati.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Incipit prologus libri octaui.



Olent qui mare nauigãt illis habere gratiã & referre: quorũ beneficio pericula euaserit. Accenduntur ignes/clamores excitant: eriguntur & signa/quibus scillea vorago: turbo carybdis: saxa latẽtia/ tractus & tenacitas sirtiũ/ a nauigantibus queãt salubriter declinari. Sic & his/qui ea imminere denunciãt: quibus salus periclitat hũana/rectissime grã debetur ex merito: & qui eã merẽtibus nõ repẽdit ingratus bñficii/ dignus est salutis

dispendiũ sustinere. Nemo aũt est qui salutẽ vitiis nesciat ĩpediri: eaq; ex amore ꝓximorũ notari ad fugã publice interest. Vita siquidẽ humana quouis freto ꝓcellosior est: nec possũt deuitari crimina nisi suis denuncientur iudiciis. Ad hanc ꝟo operam publice vtilitatis & tue iussionis stimulis vrgeor: licet in me nihil agnoscam: qđ attentionẽ ꝓuocet auditorũ / hõ vndiq; imunitus & imminutus: & cui nec vita ad conscientiã: nec ad doctrinam sciẽtia: nec opera suppetũt ad exemplũ. Vñ in me a pluribus conclamat vt taceã dicentib⁹ q nec etiã ꝟtut speciosa laus est in ore peccator. Hoc hi soli faciunt quibus vitia placent / currẽtes in mortẽ nemine reuocante / aut qui saluãtur inuiti. Nam quibus bona placent nõ a quo sed qd dicatur attendũt: & ex causis dicendi dicta pensantes: gratũ habent / quicqd vndecunq; elicitũ ꝓficit ad ꝟtutem. Nõ ergo quis sed qd / qua ve de causa scribam diligẽs lector attẽdat / & vbi male dicta inuenerit sincerus iudex: & nec inuidie: nec odii: nec alterius affectionis motu cõcussus / testimoniũ de malo ꝓhibeat: & vbi bene dixero non me cedat. Mihi tñ ꝑ minimo est: si innocentie mee gratis detrahitur a peruersis / quos emendari vellem si me tamen benignitatis tue fauor exceperit. Quicquid autem a pñtib⁹ patiar: spero auctore deo & charitate qua vrgeor ad scribendũ mihi prestante fiduciam q labori meo gratia non deerit posterorũ. Odio siqdem vel amore in partem alterutram pñtium pluriũq; indicia prolabunt. Nihil equidẽ presenti opi ex ꝓposito inseret qđ non sit ratione vel precedentiũ auctoritate scriptorũ subnixũ. In qb⁹ tñ quid sequendũ sit lectoris relinquit arbitrio: vt ꝓcul a nomĩe meo faciam vitiũ: & notã mẽtiendi. Sed hec hacten⁹. Nũc transeamus in epicureorũ castra: & quod ibi procerto fuerit exploratum: in medium proferatur. Nam ad eorũ sectam pertinere noscunt indubitanter q in oibus proprie seruiũt voluntati.

## ¶ Incipit liber. VIII.

¶ Q gnatonica subest trasoniane: & de septẽ ꝑncipalib⁹ vitiis & seqla eoꝝ fm gregoriũ: & q ianis glia nobilẽ ortũ hꝫ. Cap. I.



IN tota ergo epicureoꝝ familia isignis est traso: & licet nõ exierit primus: aut oim primus habendus est: aut non minim⁹ inter primos. Ei nãq; licet ineptus sit / tota gnatonicorũ factio famulatur. Et forte comic⁹ gnatonẽ ideo introduxit seruum militis gloriosi: vt eleganter innueret / qm̃ & in vita hominũ: & in asser

tione morum gnatonica subest trasoniane. Altera tamen pendet ex altera adeo quidem vt inuicē sine se esse non possint. Nā & gnatonis opera inutilis est/si non sit miles glorios⁹. Et forte trasonis arrogantia conquiescet si nō eam fallacia gnatonis exceperit. Comici forte cōtēnis eunuchū: sed in eunucho fere omnium vitam expressit. Et eo quidem liberius & elegantius omnes arguit quo cautius fictitio argumento sine lesione personarum vitia denudauit. Si nobiliorem queris auctorē multi procedent xenodoxie repressores. Est aūt xenodoxia vt patrib⁹ placuit glīa inanis que mentem inflat: & aures: & nihil aliud emolimenti de soliditate virtutis mortalibus affert. Cū autem superbia sit totius peccati īitium. Hanc de se primā sobolem gignit. Ab hac enim virulenta radice superbie septem prīcipalia vitia oriūtur: que quidē prīcipalia dicunt respectu minorū que ex his velut hydre capitibus multipliciter pullulant. Quorum vt nomina & figure fideli⁹ teneant/qualiter hanc pestiferā arborem beatissimus papa gregorius/depingit in moralib⁹ si vacat paulisper attende. Primos ergo ramos huius plante sic distinguit: vt sit primus inanis gloria. Scđs inuidia. Tertius ira. Quartus tristitia. Quintus auaritia. Sextus ventris īgluuies. Septim⁹ luxuria. Vnde & saluator/quia nos his superbie vitiis captiuos doluit: ad spirituale liberationis preliū septiformis grē spū plenus venit. Cū vero vitiorū quinq̧ sint spiritualia duo carnalia: vnūqđq3 eorū tanta sibi cognatione iungitur: vt non nisi de altero alterū generetur. Habentq3 rami singuli de se ramusculos ꝓcedentes: tanta quidem amplitudine dilatatos vt mundū fere totū in maligno positū pene operiant. Nam & de inani glīa/inobediētia: iactantia: hypocrisis: contentiones: pertinacie: discordie: & nouitatū presumptiōes oriuntur. De inuidia odiū: susurratio: detractio exultatio in aduersis ꝓximi: afflictio aūt in ꝓsperis nascitur. De ira rixe/tumor mentis/contumelie: clamor/indignatio: blasphemie ꝓferuntur. De tristitia/malicia: rancor: pusillanimitas: desperatio: torpor circa ꝑcepta: vagatio mentis erga illicita prodeunt. De auaritia proditio: fraus: fallacia: piuria: inquietudo: violētie: & contra miam obdurationes cordis egrediuntur. De ventris ingluuie/inepta letitia: scurrilitas: immundicia: multiloquia: hebetudo sensuum circa intelligentiam propagantur. De luxuria: cecitas mentis: inconsideratio: inconstātia: precipitatio: amor sui: odiū dei: affectus pñtis seculi: horror aūt vel desperatio futuri generatur. Sed qūo/ab inuicē ꝑncipa-

Xenodoxie et inanis glorie diffinitio.

Lib. xxxj. moralium beati gregorij.

Qꝫ a superbia deriuātur oīa vitia.

Pctā mortalia que sint.

Que vitia ptīcularia oriant ex inani glīa.

Que vitia pticularia oriant ex inuidia.

Que ex ira.

Que ex tristitia oriātur.

Que ex auaritia oriantur.

Que vitia pticlaria oriāt ex vētris igluuie

Que ex luxuria oriāt vitia


Vitia ꝑncipa-

lia prodeāt/idē doctor exponit. Prima nāqꝫ sup̄bie soboles: dū oppressam mentē corruperit:mox iuidiā gignit. quia nimirum dū vani nominis potentiā appetit:ne quis alius adipisci valeat hanc itabescit. Inuidia quoqꝫ iram generat:quia quāto interno liuoris vulnere animus sauciatur/tāto etiā mansuetudo tranqllitatis amittiť. Et quia quasi dolēs mēbrū tangiť:idcirco opposite actionis manus velut grauius pressa sentitur. Ex ira quoqꝫ tristitia oritur:quia turbata mens quo inordinate se cōcutit: eo ad dicendū mala confugit. Et cū dulcedinē tranquillitatis amiserit nil hāc nisi ex pturbatiōe subsequēs meror pascit. Tristitia quoqꝫ ad auaritiā diriuatur/quia dū confusum cor bonū letitie in semetipō intus amiserit/vn̄ consolari debeat foris querit: & tanto magis exteriora bona adipisci desiderat quāto gaudium nō habet ad qđ intrinsecꝰ recurrat. Et quidē singula eorū sue pniciei afferunt fructꝰ/cū ianis glīa deū:iuidia proximū/ira aufērat & semetipm̄. Tristitia solatii fit ignara. Auaritia dū per exteriora vagať:edacitatis sue macerať ieiunio. Vt vero maciei sue indigentiā expleat/ plabitur ad duo carnis vitia que sequuntur. In quibus liquet ꝙ de vētris ingluuie luxuria nascitur:dum in ipā distributione mēbrorū ventri genitalia videanť esse subnixa. Vn̄ dū vnū inordinate reficitur/aliud procuIdubio ad contumelias excitatur. Hec quidem Gregorius/ immo per gregoriū spiritus sanctus. Ex quo constat ei qui ad salutem tendit primā superbie sobolem extinguendam: qui si paulisper succreuerit oīm vitiorū frutices de se vt p̄dictū est gignit. Nā & si sit apđ aliquem quandoqꝫ precipua nequaq̄ possibile est vt sit sola. Si enim quempiam ianis gloria stimulat:necesse est vt p abrupta vitiorū preceps ruat. Hoc est aūt qđ nobile censeť vitiū adeoqꝫ humane fragilitatis demulcet ingeniū:vt vix sit vel a preclaris mentibꝰ alienū:nā & ortū nobilē habet:suiqꝫ dispendii pcessum nescit anteq̄ a fastigio corruat quod optauit. Nā & de seiuicem vitia oriuntur:at inanis gloria etiam in virtute originis sue figit radicem. In quo enim quisqꝫ pre ceteris pollet:in eo nisi assit moderatrix gratia facilius intumescit.

*lia quō ad iuicē successiue procedant.*

*Inanis glorie ortus.*

¶ Qꝫ rarꝰ ē ꝯtēptor glīe. & de trībꝰ loci a qbꝰ laud matīa trahiť & q̄ sit laus ꝟa q̄ pfecta:q̄ neutra:& de moderatiōe largitionū. (Ca.II



Vix tn̄ est q vane glīe nō īsistat:& eā q ab hoībꝰ est laudē nō q̄rat. Ad hāc alii ꝟtute:alii ꝟtut imagine:alii fortune aut nature bn̄ficio proficiscuť. Ex his eni trībꝰ locis placuit oratoribus laudis esse materiā.

Nã ab aĩo aut corpe: aut extra positis peti debet. Porro animi bona aut corpis/aut naturaliter insita sunt/aut studio cõparata aut casualiter & causalr accesserũt. Et in his certi sunt grad⁹ pro dignitate eorũ in quibus consistũt: & a quibus petuntur. Prim⁹ siquidem cõmẽdatiõis gradus est q ab animi dote ꝓuenit: secũdus & medius qui corporis valitudinẽ approbat & venustatẽ. Terti⁹ idẽq; nouissim⁹ q exteriorũ cõtinet laudẽ qđ & apuleiũ docuisse superi⁹ retuli. Et laus quidẽ animi ꝟa est sepeq; pfecta/ si tamen ei tenaciter bona que in ipo cõmẽdanẽ inheserit adeo quidẽ vt sint insepabilia. Certũ est enĩ quia ĩuito auferri nõ possunt: alas quidẽ vera fortasse: sed perfecta esse nõ põt. Corporis aũt verisimilis est cõmẽdatio: sed pfecta nũq̃. Nã bona ei⁹ q̃unt semper auferri ĩuito/natura enim eius & debilitari põt iugiter & corrũpi. Aduẽticiorũ vero persũctoria est gratia: & nec verã nec pfectam habent laudẽ: immo nec verisimilẽ. Sufficiat eis si vel ꝓbabilẽ imitenẽ/siquidẽ in vtrãq; partẽ flectũẽ facile: & nisi possidentiũ iuuenẽ vsu/nõ tam ad laudẽ sunt: q̃ ad vituperationem proniora. Nam diuitie: potentia & gratia cũ plurimum virium dent in vtrãq; partem certissimũ faciũt experimentũ morum/sitq; possessor ab eis qñq; melior/interdũ peior. Ceterum opa ipa mẽtis aut corpis: & si simpliciter bona vel absolute mala sint vituperationẽ interdũ aut laudẽ cõtrahũt ꝑ arbitrio iudicantis. Vnde & interesse plurimũ putat aristotiles: vbi quicqđ laudetur/vel vituperetur. Nam plurimũ refert qui sint audientium mores: que publice recepta persuasio: docetq; in rhetoric vt illa maxime que ꝓbent esse in eo qui laudabitur publice credant: aut in eo contra quẽ dicĩ ea que oẽs oderunt. Eritq; quotiens fieri poterit singuloꝝ docenda vtilitas. Quod enim expedit omnes approbãt: & si honestũ aliud aliis videaẽ. Studia litterarũ min⁹ honoris merenẽ lacedemõie/q̃ athenis: forte plus patiẽtia: fortitudo his rapto viuere honestũ: aliis cura legũ: frugalitas apud sibaritas fortassis odio foret: veterib⁹ romanis sũmũ luxuria crimẽ. Eius quoq; qui laudatur habenda ratio cum operibus necessariis gratuita recte facta laudẽ p̃ripiãt: & ꝑ ratione psonarũ res plerũq; habeaẽ vel hõesta vel turpis. Si ergo recta via .i. virtute sibi qs laudẽ conciliat: suo laudis innitiẽ fũdamento: si vero aliunde gliã querat: plane desipit: nec ad eã quã videtur affectare pertinget. At inter ipsa virtutis opera censentur gratie amplioris que de liberalitatis/aut magnanimitatis fonte proueniunt. Ea enim fauore populari clarius efferuntur

li. vj. ca. xxviij.

Aristoteles.

Varia in laude locorum consuetudo.

& videntur esse precipua/que magis ardua sunt/vel que plibus prosunt. In his tamen longe liberalitas antecellit que & animi indignationē mitigat: detrahētium linguas obtundit: cohibet etiā manus hostiles & a facie hominū operit mltitudinē peccatorū. Qui ergo linguas hoīm aut captant/aut metuūt effundūt patrimonia sua: mittūt in vulgus missilia: cōuiuia extruūt: pusillis & maioribus adulanť. Et plerięꝫ porcū poti⁹ agētes q̄ hominē/cōmessationib⁹ & ebrietatib⁹ insistūt/mimos & histriones fouent: nequissimas artes remunerāt/admittūt nebulones: maledicorū excitāt linguas: ad implendā ꝓcacitatis sue malitiam dū silentiū eorū aut viruléta dicacitas/male merito donať premio. Sūt q in his maximū & fere solū diuitiarū reputāt vsum: si multiplicēt ollas carniū/cōuiscerationes exerceāt quotidianas: si nec modū cōuiuii nec numerū nouerint cōuiuarū: nec aliquā habeant regēde familie rationē. Quā si forte videris cōuenisse: forū cōuocatū credes/non prandentiū aut cenantiū turbā. Hoc tū apud ditissimos licet: & man⁹ inferior in eo ꝑ modulo suo p̄potentiū vestigia imiteť. Quisqs enim fame petitor est: vires suas excedit: & nō quid possit: sed qd aliis placeat attēdit: & illd festinat implere. Sed esto vt ad famā poti⁹ q̄ ad consciētiā qs liberalitatē exerceat: quia nulli ꝟtuti precludēda est via/mimos tū & ꝓfessiones obscenas fouere beneficiis/illicitū est & īfame. Refert valerius ꝙ ciuitas massiliensiū tāte grauitatis custos extiterit vt nullū aditū daret mimis in cena/quorū argumēta maiore ex parte stuprorū continēt actus: ne talia spectandi ꝯsuetudo etiam imitandi licentiā faceret. Nūquid ergo honestum est illos a xp̄ianis imo & clericis audiri in cena: q nec a gentilib⁹ audiebātur in cena? Lacedemonii libros archilochie ciuitate sua exportari iusserunt ꝙ eorū parū verecūdā ac pudicā lectionē arbitrabantur. Noluerunt eni ea librorum suorū aīos ībui/ne plus moribus noceret q̄ ingeniis prodesset. Itaqꝫ maximū poetā aut certe summo proximū quia domū sibi inuisam obscenis maledictis lacerauerat carminum auxilio mulctauerūt. Simili fere sententia condēnata est lasciuia carminū in nasone. Nunquid licitum est audiri in poculis: quod ieiuna sobrietas non audebat audire? Eadem ciuitas omnibus qui per aliquam religionis simulationem alimēta inercie querebāt clausas habebat portas/mendacē & fucosam superstitionē submouendā esse existimās Hi tamen qui superstitionis sibi conscii sunt/precipuam partē vendicant apud eos qui laudum amore macerātur. Porro sicut

De liberalitate/ꝛ q̄ liberalitas operatur.

De laude massiliensiū q̄ mimos in cena non dimittebāt intrare.

De poeta exule ꝓpter obscena maledicta.

auarum a largo ita & prodigum quadam contrarietate differre censuerunt qui duo vnius opinati sunt esse contraria q̃titate alterum/alterum qualitate. Siquidem magnanimitati timiditas aduersatur qualitate mali/dum audēda metuit: & audacia quantitate/dum plus q̃ audenda p̄sumit. Prodigalitas itaq; eroganda:& non eroganda profundit in eas res que nullaȝ sūt omnino aut breuem habiture memoriam. Hanc autem effusioneȝ auctore cicerone commendasse dictus est theophrastus/ĩ libro quem de diuitiis scripsit/in quo multa preclare:illud absurde ꝙ multum in laudāda magnificentia & apparatiōe popularium munerum taliumq; sumptuum facultatem fructũ diuitiarũ putat:q̃to aristotiles grauius & verius has pecuniarũ reprehēdit effusiones:p̄sertim cum neq; necessitati subueniant:nec augeāt dignitatem:ipsaq; illa delectatio delinite multitudinis ad breue exiguũq; tempus sit:eaq; a leuissimo quoq; in quo tamē ipso vna cum satietate memoria quoq; moritur voluptatis. Bene etiam colligit hec pueris & mulierculis & seruis & seruorum simillimis liberis grata esse.graui vero homini & ea que fiũt certo iudicio ponderanti/nullo modo posse probari valerius maximus. Sed & cicero refert ꝙ in alexandro qui largitione beniuolentiam macedonum sectabatur hanc profusionē pecunie philippus argueret. Et epistole quidē verba sunt hec. Quod te malum rationis in istam spem induxit: vt eos tibi fideles putes q̃s pecunia corrupisses? An tu ideo agis vt macedones non te regem:sed ministrum & prebitorem putēt? Quod quidem regi sordidum esse non ambigis/& corruptelam q̃ largitionem potius dici. Fit enim deterior qui accipit:atq; ad idem semper expectandum paratior. Quid autem est stultius q̃ ꝙ facias libenter curare vt diutius facere non possis? Largitiōes immoderatas rapine sequuntur:cũ enim dando egere ceperis:bonis alienis manus cogeris inferre. Itaq; cum beniuolentie comparāde causa sis prodigus:non tanta studia assequeris eorum quib⁹ dederis q̃ta eorum odia quibus ademeris. Quobrem nec ita claudenda est res familiaris: vt eam benignitas aperire non possit/ nec ita reseranda vt omnibus pateat:sed vtriq; modus adhibeatur:isq; referatur ad facultates. Et quidem eleganter siue philippus siue alius popularis huius professionis immoderationē cohibuit:que quidem gloriam videt̃ afferre sȝ more meretricio cũ res defecerint euanescit. Nā gratie quam non virtus sed fortuna conciliat:amor meretricius rectissime comparatur.

Theophrasti opinio de ꝓdigalitate reprobata.

Aristotelis opinio ꝯ ꝓdigalitatē commendata.

Notabil' ep̄la philippi regis macedonũ ad alexādrũ filiũ suum ꝓ reprimenda prodigalitate.

¶ Q: oīs professio suos habet trasones: & de personis que ad similitudinem eunuchi terenciane sint apud inaniter gloriantes: & ꝙ vana glīa meretricis more sequit̄ loculos. Cap̄.III.

EST(vt dixim⁹)in quauis professione inuenire militē gloriosum qui obsequiis & muneribus suam thaidē id est nomen celebre/& quasi fame gratiam captat. Sed ei nec gnato vt decipiat/nec phedria:q laudē preripiat:nec qui dona corrumpat adolescens/aut seruus parmeno qui desipiētem irrideat deest. Apud eunuchū comici audi gnatonē/& an ip̄m in familia gloriantium videas diligenter attende. Est(inquit)genus hominū qui esse p̄mos se oīm rerū velint nec sunt. Hos consector/hiisce ego vt rideant me nō comparo: sed his vltro arrideo:& eorū īgenia ammiror:simul quicquid dicunt laudo/id rursū si negant laudo/ id quoqꝫ negat quis: nego ait:ayo. Postremo imperaui egomet mihi omnia assentari/ is questus nunc est multo vberrim⁹. Talem ne vidisti alicubi: immo nec quēpiā illorum qui felices esse videntur sine huiusmodi mancipio agnouisti? Adeoqꝫ scitū hoīem vbiqꝫ reperies:qui homines ex stultis(vt ait parmeno)prorsus insanos faciet. Vide & quid sentiat de se traso. Istud(inquit)est datū profecto vt grata mihi sint omnia que facio:vel rex mihi sēper maximas agebat grās quicquid fecerā. Aliis non ita. Me sēp habebat in oculis/oēm credebat exercitū/ consilia & vbi eū satietas hoīm aut negocii/si quando odiū ceperat/requiescere vbi volebat/ vt illā expueret miseriam ex animo:tamē me cōuiuā solū abducebat sibi. Inuidere mihi omnes mordere clanculū/ego floccipendebam. Illi inuidere misere/ego alios palam reprehendebā alios ego mordaciter irridebā vt risu emorerent̄ oēs qui aderāt. Deniqꝫ metuebant omnes iā me. Profecto magn⁹ est hic in oculis suis/& nō est ei similis in tota comedia. Dign⁹ est ergo q intromittat̄ ad thaidem/excluso phedria qui in ea nō min⁹ insanit. Dolet exclusus/a seruo docet̄ sobrio/vt recedat a meretrice/ bonoqꝫ animo sit/quia si ad ignem accesserit calescet pl⁹ satis: nec patiatur contumelias meretricum/que vna falsa lacrimula quā oculos misere terendo vix vi expresserunt restinguent amātis bilem/& vltro accusantes id agent vt vltroneum suppliciū prestet. Nam sapienter amare nemo potest facilius q̄ ratione insanire. Huius ergo phedrie et thaidis ea conditione interest verbis/ Vt quod verum audierit taceat & contineat optime. Sin falsum aut vanum aut fictum: continuo palam effundit.

Plenus rimarum est:hac atq; illac effluit:vtrūq; arguit/irridet vtrūq; qm̄ alterū fallere/alterū videt irreuocabiliter insanire. Ait quoq; exclusus & gemens pre dolore/o thais vtinam esset mihi pars equa amoris tecū:ac pariter fieret/vt aut hoc tibi doleret/aut ego istuc abs te factū nihilipenderem. Thais ad hec. Ne crucia te obsecro anime mi phedria non pol quo quē q; plus amem/aut plus diligam/eo feci:sed ita erat res/faciēdum fuit. Plane credo(inquit)parmeno misera pre amore exclusit hunc foris. Quid multa? Id agit fallacia meretricis/vt vn⁹ amantiū alteri priores partes cedat per aliquot dies: duз deterius rebus amissis emūgatur admissus. Mos eni gerēdus est thaidi/que ꝓfusiores & perditiores admittit. Interim quid donare queant aut mittere:exclusi deliberant. Nā potissim⁹ est apud eā qui nouissima mittit:vbi vero priorē emunxerit redit alter: exclusoq; priore delegat ei mestā doloris sui ꝓuinciam Insanit ergo miles & ītpetu doloris potius vel moriendū esse decernit q̄ in se cōtumeliā tā insignē accipiat/familiā conuocat/et disponit bellū/ et ꝓstibulū collectis virib⁹ expugnare decernit Progredit̄/mēte & ore reuoluit iniuriā:loquit̄ grandia & minis feruet:sed cū ad cōflictū accedit memor amoris pristini/preceptū recolit militare:quo ex auctoritate scipionis liquet:quia oīa prius experiri q̄ armis sapientē decet. Thaidem ergo suā ex pacto sic conuenit iure nō virib⁹ agens:primū thais hoc mihi respōde:cū tibi do istam virgineз dixistin hos mihi dies solidare te? Thais Quid tū postea:ꝯcedere videt̄ que nō negat Thraso At mihi ante oculos corā amatorē adduxisti tuū. Et illa. Quid cū illo litigas? Ecce quia amice patrocinio/nec verba miscere cū riuali licitū est. Cū eo(inquit)te mihi clam subduxisti. Et illa. Libuit inquit. Pamphilā ergo redde huc nisi vi eā manus eripi. Equū et iustū petere videt̄ cū repeti possit qd̄ ob causam datuз est/si ea secuta nō fuerit. Quid multa? Ad clamorē meretricis cōtribules/cōuicaneiq; cōueniūt/turba fit:cōuitiatur miles petēti:virib⁹ & iure resistit̄:denūciaturq; furcifero oīum ineptissimo/vt linguā/manusq; cōtineat:quia si quippiā turpe fecerit aut molliminis sibi loci/diei/tortorisq; memoria in vstione signorū promittit̄ in euū protēdēda. Interrogantē se thais querere iubet:q̄ respōdeat sibi. Miles opera & re perdita cogit̄ redire inglorius et hunc fructū reportant miseri amatores/eo tñ addito ꝙ alius rebus quas illi perdiderit abutit̄/& quo magis doleant q̄ eas meretrici surripuerit sibi successisse nō putat:nisi stultitiam &

Suetonius. Terētij verba in eunucho.

Riuales duo q̄ vna muliere vtūtur. ꝓprie riual' dr̄ q̄ cū matrimonio licito vxorē possidet alienam

infortunia amantiū suosq; successus in auditu omniū preconet & publicet. Audi cheream occultum da te pamphile corruptorem quid meretrice decepta loquatur egrediens. Num quis hic est? nemo est. Num quis hic me sequitur? Nemo homo est. Iā ne erumpere hoc licet mihi gaudium? Proch iupiter nunc est/ profecto interfici cum me possum perpeti. Ne hoc gaudium cōtaminet vita egritudine aliqua sed neminem hic curiosum iter uenire: nunc mihi qui me sequatur quiq; iam rogitando obtundat/cruciet/enecet/quid gestiam: aut quid let⁹ sim/ quo pgam/ vnde emergā: vbi sum vestitum hunc nact⁹: quid mihi queram sanus sim an insaniam? Interrogatus hec omnia imo ego te (inquit) obsecro antipho vt audias omnia/ audias diem festum: iocundum euentum: suauem fortunam: in cuum omnibus hystoriam memorandam/& sui quoq; furoris subtexuit dolos. In summa totius argumenti eo ad presens vniuersa hec arbitror posse referri: vt constet pro certo: quia amicitie prostitute fides haberi non debet. Nam que venit a sinceritate animi fidelis certa & fixa est/que ab archa vel loculis: fluida incerta erronea: & deficiente viatico emarcescit. Cum fortuna manet vultum seruatis amici. Cum cecidit/turpi vertitis ora fuga. Omnis enī res que in commercium venit/ab vno transit ad alium & ditiorem & auidiorem comitatur emptorem. At foro isto nihil iniquius est: quo rem semel emisse non proderit: nisi semper ematur: & vbi nisi quisq; rem ab alio venditam vendicat: nisi & ipsi de precio satis fiat. Quis enim popularem fauorem vendidit? Si publice est habendus ematur ab vniuersis: singulis enim non licet publica bona distrahere. In prouerbii quoq; consuetudinem venit: quia incauta largitio non habet fundum. Preterea quē popularis fauor ad mūera extulit / si forte trasonis more emptam celebritatem exigit contumeliis affectum/honore spoliatum/ thais altera fama/& quauis thaide minus fida: a preempto honoris gradu arcet deprimit & repellit. Insultat riualis: sobrius corruptor exultat/gnato vix submurmurat: dū tamen spes est: aut silet omnino si desperat: & ad illos transit: quia ei consilium est semper felicioribus adherere.

Versus.



¶ Q; nullum vitium peius auaritia: nec amari posse qui suspectus est auaritie & de duplici fonte liberalitatis: & vter sit potior: & de considio & gillia. Capitulum. IIII.



Ec tamen & si ꝓdigalitas videatur in culpa/locū arbitror auaritie relinquendum. Nullū enim vitiū deterius est: nullū detestabili⁹: presertim in his qui principatum/aut magistratū aliquē in republica gerit. Nō enim res ipsa: sed etiam opinio eius vitanda est: & omnino impossibile est vt fidelis videat̄ aliari aut amore dign⁹/qui ex merito/apud graues & circūspectos viros auaritie suspitionem incurrit. Cum vero laus & fauor humanus quasi a duplicifonte ꝓueniāt: opere. s. & pecunie facilior est/hec preserti locupleti: sed illa laudatior & digniorviro forti & claro. Nā que ꝟtutis opera & industria liberales erunt/quo pluribus profuerūt eo plures ad benefaciendū habebunt adiutores. Deinde benefaciendi cōsuetudine paratiores erūt: & tanq̄ exercitatiores ad bene de multꝭ ꝓmerendum. Si tamen archa suppeteret nihil gloriosius ea liberalitate q̄ consistit in donis: maxime cū & socrates vt dicit̄ interrogatus quenam esset substātia beatitudinis dignis donare respondit. Ego quidem socraticam diffinitionem sic interp̄tandam arbitror vt dignitas in accipientiū necessitate credatur eē vel meritis. Illis enī qui premeruerūt donare iustum est/ & eis qui indigent subuenire piū: ita tamen vt id respiciatur in singulis/q̄d in facie sapientis sine rubore & nota valeat denudari. Siquidem cū imitari debemus qui solē suū facit oriri super bonos & malos/& pluit super iustos & iniustos. Si enim paupereꝫ hystrionē videamus aut mimū/nō debemus vtiqꝫ fouere maliciā/ sed correptam & si fieri potest emendatam/fraterne charitatis iure/oportet sustentari naturā. Expedit quidē omni/ petenti tribuere: vel affectū mētis vel solatiū charitatis. Interdū tn̄ increpare pigrū/meretricem/ & hystrionē confundere salubrius est: q̄ quod exigunt elargiri. Quid moror? Quicquid charitas erogat/remunerat̄ a dn̄o. Quod dispēsat vanitas euanescit. In quinto considio saluberrimi exēpli nec sine paruo ip̄ius fructu liberalitas referente valerio annotata est/qui catheline furore ita consternata republica vt ne a locupletibus quidē debite pecunie ꝓpter cumulū p̄cii possessionū diminuti solui creditorib⁹ possent/ cū censies atqꝫ quinq̄gies sextertii sūmā in fenore haberet: neqꝫ de sorte queq̄ debitoꝝ suoꝝ neqꝫ de vsura sui pass⁹ est cōueniri: quātūqꝫ in ip̄o fuit/amaritudinē publice confusiōis/p̄uata traq̄llitate/mitigauit. Oportune mirificeqꝫ testatus nūmorū suoruꝫ/ non ciuilis sanguinis se esse feneratorem. Nam qui nūc p̄cipue fenerationi delectantur cum pecuniam domū cruentam retule

Beatitudinis substantia est dignis donare

Matth. v.

Quinti ꝯsidij feneratoris liberalitas.

runt q̄ in probando exultant gaudio/cognoscent/si diligenter se natusconsultum quo considio gratie acte sunt/ legere non fastidierint. Subnectit hinc aggregentinum gilliam quem ppe modum ipsius liberalitatis precordia cōstat habuisse. Erat opibus excellēs:sed etiam animo multo q̄ diuitiis locupletior. Sēperqȝ in eroganda potius q̄ corripienda pecunia occupat⁹: adeo vt domus eius quasi quedam munificentie officina crederetur. Illinc enim publicis vsibus apta monumenta extruebātur. Illinc grata publicis oculis spectacula edebantur. Illinc epularum magnifici apparatus/labentiqȝ annone subsidia oriebantur. Et cū hec vniuersis priuatim alimenta inopia laborantibus/dotes virginibus pauptate pressis subsidia detrimentorū/ ī cursu quassatis solatia erogabanť. Hospites quoqȝ tū vrbanis penatibus:tū etiā rusticis tectis/benignissime excepti/variis muneribus honorati dimittebanť. Quodā vero tēpore quingentos simul gelensiū equites vi tempestatis in possessiones suas cōpulsos/aluit ac vestiuit. Quid multa? Nō mortalem aliquē:sed propicie fortune benignuȝ esse diceres sinum. Ergo quod gillias possidebat:oīm quasi cōmune patrimoniū erat/pro cuius salute & incrementis: tū agrigentina ciuitas:tū etiā vicine regiones/tum loca e cōtraria parte sint archas habentia inexorabilib⁹ claustris obseratas nonne prestantiorem aliquanto existimes illā impensam q̄ hāc custodiam? Deniqȝ quicquid sapientia disponit approbať. Qđ temeritas presumit:vere laudis fructum nequaq̄ assequitur.

Gillie aggregētini cōmendationes in liberalitate publica ⁊ ꝑuata.

De duobus naturalibus affectib⁹ scilicet amore iusti & amore commodi & de sequela corū amore scilicet libertatis & amore dn̄andi & de comparatione cesaris & cathonis:& de alexandro aristotele:augusto & platone & de his qui via deuia ad gloriam pergunt. Capitulum. V.



Vos quidem affectus in homīe ab initio extitisse/ sacre scripture designat auctoritas/appetitū.s.iusti & cōmodi appetitū. Quorū alter ī volūtate/alter in necessitate cōsistit/& q̄to appetit⁹ iusti qui in voluntate est amplius crescit:& tanto melior est & dignus beatitudine ampliori. Nam nimis velle quod iustum est nemo potest: nisi forte quis queat/iustus esse nimium/aut beatus. Porro si appetit⁹ commodi mensuram necessitatis excedat/vergit ad culpam:& cupiditatis conscius vitiorum sibi parat originem. Alter ergo istorum quoniam militat charitati querit que dei sunt: Al-

ter in propria vtilitate versatur:postponens que dei sunt aut ꝓximorum. Ab hoc duplici fonte mores oriuntur. Recte quidē: si faciat quis alii quod sibi vult fieri: & ab eo abstineat alii inferendo quod sibi ab alio nollet irrogari. Distorti vero: si quis aliū ledat vel non prosit/cum possit: que quidem vtrimq; multipliciter fiunt. A priore quidem amor libertatis: amor patrie & tādem extraneorū amor. Nā libertatē nō amare non potest: q seipsum & patriā amat: & in gradu suo extraneum/quicūq; sincera charitate diligit ꝓximū. Siquidem in eo consistit charitas ordinata. Ab altero vero cupiditas domiationis procedit: & laudis/& glorie: & adeo inualescit: vt ex opinione multorū res tamen parū considerate examinantiū ꝟtutibus connumeret᷑. Nā qui rectum sapiunt/hoc vitiis maioribus aggregant: licet ei ab imperitis qui tamen sapientū nomine censentur virtutes subeē videantur. Vnde & veteres primiq; romani prout eoruʒ docet & cōmendat hystoria laudis auidi pecunie liberales erāt. Ingētem gloriā appetebant: diuitiis spretis & honestatē quātelibet vtilitati preferebāt. Hāc quidē gloriā ardentissime dilexerunt: eo totam vitā referētes & mortem. Ceteras cupiditates huius vnius vigēte cupiditate presserūt. Ipām deniq; patriam suā qm̄ seruire videbatur inglorīū: dominari ꝟo atq; impare gloriosuʒ/ prius omni studio liberā: deinde dominam esse concupierunt.

Prius enim pro libertate: deinde pro dn̄io certatū est. fuerūt tn̄ quibus iustitia quantum gentili dabatur sufficiebat/cupiditate deducta. Aliis nil satis erat: sed sub imagine magnanimitatis/ vel impossibilia presumentes/laudem maximā consequebant᷑ & gl̄iam. Longe igitur ꝟtus cathonis veritati videtur ꝓpinqor fuisse q̄ cesaris. Quod ex ipā sententia eius facillime liquebit. Nolite (inquit) existimare maiores nostros armis rempublicā ex parua magnam fecisse. Si ita esset/multo pulcherrimā eam nos haberem⁹ nunc. Quippe sociorū atq; ciuiū: p̄terea armorū atq; equorum maior copia nobis q̄ illis est. Sed alia fuere que illos viros magnos fecerūt: que nobis nulla sunt: domi industria: foris iustū impiū: animus in consulendo liber: neq; delicto: neq; libidini obnoxius/pro his nos habemus luxuriam atq; auariciā publice egestatē: priuatam opulentiā. Laudamus diuitias: seq̄mur inertiam. Inter bonos & malos discrimen nullum/ oīa virtutis premia ambitio possidet. Neq; munī/vbi vos separatim sibi quisq; ꝯsilia capitis/vbi domi voluptatibus/hic pecunie aut gratie seruitis. Eo fit vt impetus fiat invacuam rempublicam.

Verba cathonis de bonis moribus antiquoꝝ romanorū/et de corruptione eorum morū p posteros.

Paucorū igitur virt⁹ ad gloriam/honorem/imperiū/via vera est:id est ipsa virtute nitentiū etiā a cathone laudata est. Hinc erat domi industria/quā cōmemorat catho/vt erariū esset opulētum:tenues res priuate:vnde corruptis moribus: vitiū econtrario posuit publice egestatē:priuatim opulētiam. Ipse tulius hoc dissimulare nō potuit in eisdē libris quos de republica scripsit:vbi loquitur de instituēdo principe ciuitatis:quē dicit alendum esse gloria/& cōsequenter cōmemorat maiores suos multa mira atq̧ p̄clara glorie cupiditate fecisse. Huic ergo vitio nō solū resistebant:verūetiam id excitandū & accēdendū esse censebant:putātes hoc reipublice expedire. In libris quoq̧ philosophie idem Tulius hāc intulit vniuersalē/generalēq̧ sententiā. Honos alit artes/& gloria accendūtur om̄es ad studia/iacentq̧ ea semper que apud quosq̧ improbantur. Huic ergo cupiditate melius est resistere sine dubitatione q̄ cedere. Vt enī ait beat⁹ Augustin⁹ in libro de ciuitate dei. Tāto quisq̧ deo est similior/ quāto & ab īmundicia hac mūdior. Que in hac vita/et si funditus nō eradicat̄ ex corde quia beatos & p̄ficiētes aīos tētare nō cessat:saltē cupiditas glorie superet̄ dilectione iustitie:nā sani⁹ videt/qui & amorē laudis vitiū esse cognoscit. Nec soli⁹ id augustini sed etiā gentiliū sentētia est:gloriā hanc nil aliud esse q̄ vētosi quodāmodo sp̄us tumorē fumo simillimū. Nā et fumus oculorū obtundit aciem:et quo magis ascendit citius deficit:& quo magis deiicit̄ amplius solidat̄. Cū enī ad excelsa p̄uenerit euanescit. Recte quidē/eo q̄ a principe totius vanitatis traxit originē. Nimio sui capiuntur amore qui dū nubes & inania captant:et nescio quid in manu solidū apprehēdere moliunt̄/obliuiscuntur sui/cū tamen nil aliud q̄ se oculis p̄tueātur iniquis. Nolunt enī apprehēdere qd̄ sunt:et illud ad emendationē vero iudicio intueri:sed fantasticas dūtaxat vane opinionis sequūtur vmbras. Siquidē alios spernūt pre se & aspirant ad ip̄ossibilia: de fallaci rerū imagine presumētes. Sic Narcisus in fabulis dū vana sui imagine capitur:abit in florē/& dū seipsum īprudēter aspicit flos sine fructu pueriliter euanescit. Multorū quoq̧ fuit opinio/& eorū qui in veteri philosophia pre ceteris floruerunt Alexandrū & aristotelem a numinib⁹ esse progenitos eo q̄ in oībus propriā gloriā querebant. Platonē quoq̧ propter diuinā quodāmodo qua eminebat sapientiā et augustum propter potentiam/fortunamq̧ tranquillam a diis traxisse originem tradiderunt. Et quidem in cōtrarium rectius collegissent eos/aut

Tulius de re publica.

Augustinus.

Fumi p̄prietates.

Nō fabulam narcisi q̄ abījt in florē & post flos decidit sine fructu. de hoc ouid. met.
De alexādro & aristotele.
De platone.
De augusto.

po.xxv.

diuini non esse generis/aut deorum filios eē degeneres: nisi q̄a dii gentium demonia sunt/& incubi/demones vanitatis & malicie sue/certa iudicia:si quem tamen gignunt relinquunt in sobole. Nam & verus dei filius deus homo propriam non querit gloriam in omnibus que gloriose fiunt ab eo/sed patris:eoq̄z illustratur gloria ampliori ꝙ ad eum ex quo sunt omnia bonorū operum gloriam refert. Sic & vere sapiēs omnis:vere potens: & vere bonus:ad vnicum bonorū omnium fontem sua omnia laudabilia refert summā scilicet creatricem & indiuiduā trinitatem. Alexandri pectus:laudis insatiabile qui anatarso comiti suo/ex auctoritate democriti p̄ceptoris innumerabiles mūdos esse referenti. Heu me(iquit)miserū ꝙ nec vno quidē adhuc potitus sum. Plane miser dignusq̄z miseria:cuius virtutes omnes absorbuerat laudis insatiata & insatiabilis fames vna. Insultāt ei tragedie antiquorū eo ꝙ angusta homini possessio fuit: que deorū omnium domicilio sufficit. Sed tamen licet appetit⁹ glorie semper videatur in culpa:eorum error perniciosior est:q vel sceleribus innotescere magni duxerūt. Pausanias cum hermoclea percunctatus esset quonāmō subito clarus posset euadere: atq̄z is respōdisset:si occidisset aliquem virū illustrem:futurum vt in gloriam eius idip̄m redundaret:cōtinuo philippū interemit. Et quidem quod petierat assecutus est. Nam & se parricidio notum posteris reddidit:& celebri supplicio patibuli cui affixus est corona aurea q̄ mirtalis que & olimpias dicta est capiti eius pendentis imposuerit:nullum dante solatium. In vindictam tamen pudicitie per iniuriam prostitute philippo non puniente:sed deridente iniuriam potest auctore trogo aliquaten⁹ crimen sacrilegii excusari. Inuentus est qui dyane ephesine tēplum vellet incendere: vt pulcherrimo opere consumpto nomē eius per totum terrarum orbem diffūderetur:furoremq̄z suum detexit impositus eculeo:& nisi theopompi magne facūdie ingenium eum suis comprehendisset hystoriis: bene consuluerāt ephesii communi decreto statuentes: vt teterrimi hominis memoria aboleretur silentio. Simili quidem videntur gloriam affectare immo maiore insania:qui non ephesine dyane templū religiosis moribus excidendum sed templum spiritus sancti homines totos:animas scilicet & corpora: vt per hoc hominibus innotescant:luxurie vastant incendiis. Nam ab eo laudem appetunt:& plerūq̄z assequuntur honorem. vn̄ equius fuerat ignominiam sustinere & penam.

Alexādri verbū q̄ se miserū dixit ꝙ nōdū vno potit⁹ est mundo.

De pausania q̄ philippū occidit vt clarus subito fieret.

Nō ꝙ p̄pter iustitiā obmissam excusatur aliqualiter malū in ol mutētem ꝯmissum.

De eo q̄ tēplū dyane ephesine incēdere voluit vt in orbe famosus haberetur.

¶ De luxuria & libidine & quinq3 partito introitu mortis: & quorum sensuum sit voluptas perniciosior: & triplici genere cõuiuiorũ: s̃m portunianũ & pernicie gule: & de cõuiuio didonis & euandri apud virgiliũ. Capitulum. VI.

Atenus iam sermo processit vt aut virtutem aut publicam fere opinionem oporteat impugnari. Imminet enim iã colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem & fores videmur liberalitati precludere/& iocũditatem auferre de vita: cum gemine vias luxurie epicureis reclamantibus coartamus.. Est enim blandũ (vt ait valerius) luxuria malum: quã accusare aliquãto facilius est q̃ vitare. Nã & volumen quod propheta vorare p̃cipitur in ore quidẽ dulcescit vt mel: sed amaricatur venter: cũ ip̃a dulcedo verborũ digerenda est in vsum operũ. Est autem libido cognata & p̃iũcta luxurie: cuius sequela imundicia: finis indubitatus cõfusio est: precedat ergo sermone que origine & causa prior est. Licet aũt per qnq3 sensuum portas lenocinia luxus eque introeãt: voluptas auriũ magis videtur ad immundiciã accedere: & que ex gustu prouenit vel tactu sordidior est: & olfaciendi & vidẽdi delectatio: medium locum tenet. Nam neq3 satis interdum habet munditie: nec ad sordes perniciosissimas vsq3 prolabitur. Siquidem mors per oculorũ fenestras ingredit̃: cũ quisq̃ delectat̃ cricensiũ certamine athletarũ: hystrionũ mobilitate: mulierũ formis: gẽmarꝝ splendore: vestiũ metallorũ: aliorũq3 quibus libertas anime captiuat̃. Rursus si audit⁹ vario organorum cantu vociũq3 flectionibus mulceatur ad carmina poetarum: comediarum & tragediarum actus: mimorũ vrbanitates: & strophas & quicquid huiusmodi per aurẽ incedit: virilitatem mentis effeminat. Odoris aũt suauitas: & diuersa thimiamata/& amoniũ muscus peregrini muris pellicula: ꝙ dissolutos moribus faciant: nemo nisi dissolutus negat: nam peregrinos odores non nisi dissolutis & amatoribus conuenire: comicus & cocus docent. Porro ciborũ auiditas auaritie mater est: & animum quasi quibusdam compedibus degrauatum: tenet in terra: ergo propter breuem gule voluptatem terre lustrantur & maria: & vt mulsum vinum preciosusq3 cibus fauces pertranseat: totius vite opere desudatur. Ipsi quoq3 muri hierusalem & si videantur in petra solidati: tãdem ruũt & cõplanant̃ equati solo nabuzardã cocorꝝ p̃ncipe imperãte. Tactus aũt alienorꝝ corporũ & feminarũ ardẽtior appetitus vicin⁹ insanie est. Quicqd sensus qlibet moliat̃: lud⁹ ac io

Ualeri⁹.lib.ix
Apocalip.x.
iiij.Reg.vlti. Hiere.xxxix.x lij.

tili. Siquidẽ conuiuiorum ciuilium ratio media est: vt etiã sobrietatem exhilaret: & in satietate opulentia crapulã vitet. Nã & habundantiã cibi & potus habet/ & quasi copie cornu dispensans omnia sic parcit vt effundat: sic effundit vt parcat & quam habet penes se rationem non negligit quidem: sed vt ait portunianus rationem non ostentat impense. Nihil enim molestius est q̃ si triclinii presul in conuiuio sedere videatur ad calculum. Vnde non satis michi videntur ciuiles esse quidam de liberalitate inepta gloriãtes: qui singulis noctibus cũ seruis suis calculum ponunt: & quod effuderunt vsu vel abusu diurno: quasi nocturnis lachrymis deflent: suboriuntur lites: accedunt mine/ arguuntur aut furti: aut insipientie serui & quasi re male amministrata: eiiciuntur & torquentur interdum quandoq; quod effundere iussi sunt refundere compelluntur: & conscii turbantur omnes/ dum dominus pecuniam que euasit suspiriis & dolore prosequitur. Sepe etiam euenit: vt qui ad requisita nature ingressus est: ibidem quo verecundia hominum fugit aspectum cum ministris exactissimam habeat sumptuũ ratiõem. Recte quidem quia nullus locus tractandis sordibus eis magis videtur accommodus/ sane nõ q̃ sordidum dixerim si diligẽs paterfamilias id agit: vt ei constet ratio impense: q̃ tamen hoc gradus aut dignitas persone non adimit: sed in eo vitam terere & tota mẽte versari: et sic quidem vt alius sit & alius videatur: nequaq̃ arbitror a sordibus alienum. Et quidem cõuiuiorum ciuilium teste portuniano regula est: vt his plurimum pro more condegentiũ liceat: sobrietate hylari non soluta. Nam conuiuentibus sic morẽ geri oporteat vt licentia letior nequaq̃ in turpitudinem luxurie prorumpat. Illa siquidem quasi omnium gẽtium hostis teterrima & acerbissima vitanda est. Diogenes tyrannos & subuersores vrbium/ bellaq; vel hostilia vel ciuilia: nõ pro simplici victu olerum pomorumq; sed pro carnalibus epularumq; delitiis asserit excitari. Rectius quidem bellorum hostilium vel ciuilium matrem & altricem luxuriam/ que non in sola gula placanda consistit posuisset: sed totum intellexit in parte/ dum illam que in cibo & potu & venere: & cultu splendido cõstat/ ad gule speciem coartauit. Nam in his precipue luxuria eminet & perniciosius nocet/ quorum meditatio & iuge exercitiũ est: vt epulent̃ quotidie splendide. Hec enim intemperãtia bonos mores subuertit: & totius hominis saluti preiudicat: & nisi coerceatur prorsus humani corporis fabricam soluit. Actor est Hypocrates/ crassa &

Nõ de fatuis sumptuosis q̃ penã eorũ q̃ prodigaliter expẽdiderũt in seruos reflectũt.

Dyogenis dictũ circa tyrãnos/ subuersiones vrbiũ & bella.

obesa corpora cum crescendi modum impleuerint: necessariam esse sanguinis demptionem vt habeant in que rursus crescere possint/alioquin plenitudinis distente satietas in paralisim & pessima genera morborum erumpit. Impossibile eni est in vno statu corporum permanere naturam: sed motu suo crescere: vel decrescere necesse est. & nisi crescēdi capax sit animal/ omnino subsistere nequit. Ferunt & galienum decime semper diei abstinentiam loco efficacissime & saluberrime medicialis cure in dixisse/nec facile posse nisi corruptioris nature fuerit morb⁊ gra morbus subiacere: qui decima quaq; die ab omni cibo abstinet: aut simplicissima dieta transigit vitam. Sunt adhuc qui sextā feriam in ieiunio sine cibo transigant/ vel eo vtantur minimo quod quidem & religioni & incolumitati sicut experti loquuntur/certissime seruit. Refert pompeius trog⁹ quod teterrimus sicilie tyrannus dionysius: dum gule & edacitati deditus erat: oculorum lumen amiserit. Nichil enim est quod certiorem aut citiorem inducat caliginem / iugi ingluuie: quia (vt ait Portunianus edacitas cibos terit: sed oculos vorat. Galienus auctore Hieronymo doctissimus interpres hypocratis dicit in exhortatione medicine/ athletas quorum vita & ars sagina est: nec viuere posse: nec diu esse sanos animasq; eorum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas/nichil tenue/nichil celeste: sed semper de carnibus & ructu cogitare: & ventris ingluuie. ¶ Legimus etiam quosdam morbo articulari: & podagre humoribus laborantes/proscriptione bonorum/ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos/conualuisse. Caruerant enim sollicitudine dispensande domus/ & epularum largitate/que & corpus frangunt & animam. Irridet flaccus appetitum ciborum qui consumpti relinquunt penitentiam. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. Et cum in amenissimo agro in morsum voluptuosorum hominum se crassum pinguemq; describeret lusit his verbis. Me pinguem & nitidum bene curata cute vises/cum ridere voles. Epicurie grege porcum. Sed & ex vilissimis cibis vitanda satietas est. Nichil enim ita obruit animus: vt plenus venter: & exestuans: & huc illucq; se vertens: & in ructus vel increpitus ventorum efflatione respirans. ¶ Quale illud ieiunium / aut qualis refectio post ieiunium cum pridianis epulis distēdimur/& guttur nostrum mediatorium efficitur lachrymarum. Dumq; volu-

Hypocratis dictū de crassis corpib⁹ minuendis.

De vtilitate abstinētie decime diei sm galienum.

De ieiunio sexte ferie.

De amissione oculo⁊ ꝓpter edacitatē sm trogū pōpeiū in dyonisio tyranno.

De athletis saginatis q̄ nec viuere nec sani esse possunt sm Galienū. de cōse.dist.v. nec tales.i fi.

De podagricis ad paupertatē reductis liberatis.

Uersus.

mus prolixioris inedie famẽ querere: tãtum voramus/quantũ vix alterius diei nox digerat. Itaq; nõ tam ieiuniũ appellãdum est:q̃ crapula:ac fetens & molesta digestio. Hec quidẽ Hieronymus. Et licet ieiunii faciat mẽtionẽ etiã religione deducta: frugalitatis maxĩas & saluberrimas cõmendat vtilitates. Hoc aũt eleganter & ait ẏe portunianus neminẽ ciuiliter conuiuari:nisi qui sibi in cibo & potu frugalitat( & modestie prescribit formã. Immoderatio cibi & potus dispensatricem oĩm officiorũ tẽperantiam abigit. Ea impellente:fit homo tardus ad audiendũ/ velox ad loquẽdũ/& velox ad iram: fit ad libidinem pronus:& ad queuis flagitia preceps. Qui modestiam deserit ad plebeiã

De hoc Virgilius uij.eneid.

cõuiuandi cõsuetudinẽ facillime prolabitur a ciuili. Innuit hoc maro homerice pfectionis fidelissimus imitator:qui dũ a rege pheacũ vlixem exceptũ recolit:eneãm naufragũ in cõuiuiũ didonis introducit & pheacũ & affrorũ luxuriã in vno cõuiuio eleganter expressit.

Versus virgilij in .iuj.

Postq̃ prima quies epul' mẽseq; remote. Crateras magnos statuũt & vina coronãt. Fit strepitus tectis/vocẽq; per ampla volutãt Atria/ dependẽt lichni laquearibus aureis Incẽsi/& noctẽ flaminis funalia vincũt. Hic regina grauẽ gemmis auroq; poposcit. Impleuitq; mero paterã:q̃ belus & oẽs. A belo soliti:tũc facta silentia tectis Iupiter hospitib⁹ nã te dare iura loquũtur Hunc letum tiriisq; diẽ troiaq; profectis Esse velis: nostrosq; hui⁹ meminisse minores Assit letitie bach⁹ dator: & bona iuno. Et vos o tyrii cetũ celebrate fauentes. Dixit & imensum laticũ libauit honorẽ. Primaq; libato sũmoten⁹ attigit ore. Tũ bicie dedit increpitans: ille ipiger hausit. Spumantẽ pateram:& pleno se proluit auro. Post alii proceres: cythara crinit⁹ yopas: Personat aurata:docuit qui maximus athlas. Vnde hominũ genus & pecudes: vnde ymber & ignis. Arturũ pliadesq; hyadas:geminosq; triones. Quid tamẽ occeano properẽt se tĩgere soles. Hiberni vel que tardis mora noctib⁹ obstet. Ingeminant plausu tyrii troesq; sequuntur. Nec non & vario noctẽ sermone trahebant. Infelix dido: longũq; bibebat amorẽ. Vides ne delicati instituta conuiuii: pcessũ & exitum? Superflua siquidem precessisse & luxum epularum grauem fuisse indicat quod premisit. Postq̃ prima quies epulis Qui alibi partioris mense sobrietatem notans:& que solis gaudet necessariis: ait. Postq̃ exẽpta fames epul'. Verũq; cib⁹ hoĩes efficit tacitos:pot⁹ loq̃ces strepitũ & cet'a lux⁹ insignia.q̃ de licẽtia bibẽdi pueniũt prudẽter adiunxit. In ipa quoq; agapetarũ cõsuetudine planũ est inue

nire superstitionē qua numinis sollicitaꝶ gratia: & quasi religio sis precibus imitatur: qui luxu & immundicia piis mentib⁹ inimica procul abigitur. Siquidem aūt deus sobrius nō est / aut ei ebrietas displicet. Sine mensura bibitur ad mensuram / & is ceteris preualet: qui aut gula / aut dolo strauit / aut vicit compotatores. Inuenies illic qui nestoris ebibat annos. Quot sit per calices facta sibilla senex.  Potus quidē a curis animū redimit: soluit mentem: conceptam letitiam dissimulare non potest. Prorumpit in cantica / & ab eis ad libidinem vergit. Cithara crinitus iopas non stulticinia vel bucolica personat amatorū. Sed ea que ciuilis conuentus venustatē deceat: & philosophici maiestatē. Vtinā in christianorū cetibus rememorenꝶ illa que in luxurioso didonis conuiuio crinitus & incompositus iopas personuit: vtinam bucolica: vel stulticinia amatorū conquiescant ī domo sapientis / & ea in auditu omniū resonent: que aut prosint aut sine turpitudine & corruptione demulceant. Et quidem eleganꝶ innuit in cātico cytharedi poeta doctissim⁹ veterū grauitatem qui in cetu ciuili nihil admittebat: nisi qđ nature aut morū īstructione polleret. Plausū conuiuii varius ꝯmo ꝓsequiꝶ: eoqꝫ veneris in vina ꝓcurante mens ebria longū insolubilē & pestiferum bibit amorē: quē diffinit phūs esse ꝯcupiscētiā coeundi. Cāpanā luxuriā vrbi fuisse putilē hystoricorū testimonio percelebre est. Inuictum enī armis hannibalē illecebris suis cōplexa / romano militi vincendū tradidit. Illa vigilantissimū ducē / illa exercitū acerrimū / dapibus largis / habundanti vino: vnguentorū fragrātia veneris vsu lasciuiore ad sōnū & delitias euocauit. At tamē demū fracta & contusa punita feritas ē: cum se plasia & albana castra esse ceperunt. Quid his ergo vitiis fedius & dānosius qbus virtus atteritur / victorie relanguescunt: sopita gloria in infamiā vertitur: animiqꝫ pariter & corporis vires adeo expugnātur: vt nescias ab hostibus ne an ab illis capi perniciosius habendum sit. Vrbs volūmēsiū opulēta diuitiis / ornata morib⁹ & legibus ordinata caput curie habebatur. Sed postq̄ luxuria prolapsa est: in profundum iniuriarū & turpitudinis decidit: vt seruorum se insolentissime dominationi subiiceret / qui primi senatorum admodum pauci ordinem intrare ausi / mox vniuersā rem publicam occupauerūt. testamēta ad arbitrium suum scribi iubebant / conuiuia cetusqꝫ ingenuorum fieri vetebant: ducebāt filias dominorū. Postremo lege sanxerūt: vt stupra sua in viduis pariter atqꝫ in nuptis impunita essent: ac ne qua virgo ingenuo

Nō ō de hannibale ꝛ ei⁹ exercitu victis et corruptis propter cāpanā luxuriam.

nuberet cuius castitatem non ante aliquis de numero ipsorũ de libasset. Esopus tragedus furiose luxurie depigit iuuenem / quẽ constat aceto liquefactos grãdis summe vniones potionib⁹ asp gere solitum vt amplissimũ patrimoniũ posset vna sorbitiũcu la deglutire. Metellus pius ab his qui res memorabiles scribũt arguitur / ꝙ se aris & thure patiebatᷣ ab hospitibus excipi / letoq; intuebatur animo a thalicis auleis in aduentu suo contectos pa rietes: & immanibus epul' ludos apparatissimos / sinebat inter poni / & in veste palmata cõuiuia celebrabat: demissasq; lacuna ribus velut celesti capite recipiebat coronas. Et vbi ista? Nõ in grecia / neq; in asia: quarum luxuria: vl' ipam seueritatẽ corrum pere solet: sed ihorrida & bellicosa ꝓuincia / & que romanorum exercituũ oculos / lusitanis telis prestringere consueuit. Xerxes opum regiarũ ostentatione eximia eousq; luxuria gaudebat: vt edicto premiũ ei ꝓponet: qui nouũ voluptatis gen⁹ repperisset / qua & delitiis dũ nimis capitur / cum amplissimi ruina imperii apud salaminã vix vna naue euasit. Sed quia luxuriosũ mulie bris intemperantie conuiuium apud maronem accepisti fruga lioris mense sobrietatẽ & continentiorẽ cetum enea apđ euan drũ officio humanitatis excepto inuenies. Si quidẽ confederan tur viri rex pacis dexteram dat / hũanitatis verba officiosissim⁹ hospes preloquitur. Hec vbi dicta / dapes iubet & sublata reponi pocula / gramieoq; viros locat ipse sedili precipuũq; thoro & vil losi pelle leonis. Accipit eneam solioq; inuitat aceruo. Tũ lecti iuuenes certati areq; sacerdos. Viscera tosta ferũt taurorũ one rantq; canistris. Dona laborate cereris: bachũq; ministrant. Ve scitur eneas siml' & troiana iuuẽtus. Perpetui tergo bonis & lu stralibus extis. Ibi cuncta sunt aurea & vniuersa suo nitore pre fulgent. Hic sedile gramineum aceruũ soliũ: & que virum fortẽ deceat spoliati leonis pellis villosa. Hic lecti iuuenes necessaria ibi famule / superflua & perniciosa ministrant. Ibi vix ab epulis tandem quies indulgetur. Hic eximitur fames & edendi epulis frugalibus comprimitur ardor: ibi crinitus yopas luxuriãtium letificat cetum. Hic are sacerdos refectionem sobriam cõsecrat religioni. Hic post mensam seria tractantur: & ad erigendã rẽ publicam erigitur virile robur / ibi vt luxurie faueant fusis preci bus inuitantur & numina. Late sunt ergo sicut in saturnaliorũ libro legitur ad luxuriam reprimendã leges plurime quarũ per functoriam mentionem in calce ciuilis conuiuii ponere nec te diosum erit: nec omnino inutile.

Esopi descriptio de furiosa luxuria.


Metelli pij reprehẽsio ꝙ se nimis honorari patiebatur.

De xerse ob luxuriã & diuitias victo.

De tẽꝑamẽto ꝯuiuij quo euãdrus suscepit eneam. Virgil. in. vij. eneyđ.

¶ De cibariis & sumptuariis legibus veterum ad intemperātiam coercēdam: & differentia earum fm portunianum: & de intemperantia anthonii & frugalitate iulii cesaris: de augusto & de nerone. G. & caligula & vitellio & metello.

¶ Capitulum. VII.



Rima ergo omnium ad populum lex orchia puenit prescribens summâ & numerum conuiuarum / verū tamen immoderationem sumptuum: nequaq̄ cohibuit quin vnicuiq; liceret pro arbitrio bona sua inter paucos consumere. Secuta ergo est lex fauina: que etiam sumptibus modum fecit: scriptaq; in omnes vt non solum ciues vrbani: sed omnes vbiq; italie lege sumptuaria tenerentur. Nam in eo didie legis vis consistit. At istis adiecta est & licinia q̄ numero conuiuarum & quantitati sumptuum & cautioni locorū / dierum & temporum prescripsit regulā: ne quotidianis liceret exultare conuiuiis dies certos prefiniēs quibus est permissum conuiuari. Ergo etiam sobrietate seculi / prescriptiōe legū coercetur expēsa cenarum. Siquidem ab initio cepit radix luxurie pullulare. Vnde & vetus verbum est / leges bone ex malis moribus procreantur. Lex quoq; cornelia sūptuaria adiecta est poribus / in qua non cōuiuiorum magnificentia prohibita est / nec gule modus factus: sed minora precia reb⁹ imposita. Sed quib⁹ rebus? q̄ exquisitis / & pene īcognitis generibus delitiarum: q̄s illic pisces: quasq; illic offulas nomiat / & tñ p̄cia illis minora cōstituit. Ausim dicere vt vilitas edulium animos hominum ad parandas obsoniorum copias īcitaret & gule seruire etiam qui paruis essent facultatibus possent. Ergo ad prime luxuriosus & & prodigus videri potest: cui hec tāta in epulis vel gratuita ponantur. Preterea lucius sylla lepidus consul auuis restio leges traduntur tulisse cibarias / sic enim sumptuarias leges catho appellat. Differunt tamen / q cibarie gulam iugulāt / sumptuarie altimodam. (Vt ait Portunianus) luxuriam prohibent. Hoc autem magne libertatis laudibus effert: q cum multe leges de cenis & sumptibus ferrentur ad populum castigantissime illius vigor diu obtinuit que nil obscenum habet quia nil probat occultum. Precepit enim vt patentibus ianuis pransitaretur: & cenitaretur: vt sic oculis ciuiū testibus factis: luxurie modus fieret. Hoc aūt iō tuto p̄bat portunian⁹: qa apd pplm castigatū: & posterior( respectu aureū: laudi erat frugalitas: & pauptas nō

Lex orchia.
Lex fauina de sumptibus moderatis.
Lex licinia de numero cōuiuarū rc.
Lex cornelia.
Leges cibarie lucii sille / lepidi cōsulis auuii restionis
Portunianus

poterat esse cõtemptui vel rubori. Nec verendũ erat vt ad cenã alienã quispiã inuitat⁹ ĩpudẽter irrueret. Superuenire enĩ fabulis nõ euocatos haud equidẽ turpe existimaṫ. Venĩ sponte irruere in cõuiuiũ aliis preparatũ: nec homero sine nota vel in fratre memoratũ est. Ceterũ leges ille valuipate siue valuifrage: licet portuniani iudicio optime fuerint/obstinatione tñ luxurie et vitiorum inuicta concordia nullo abrogante irrite facte sunt.

Lex anthonij de cohibendis sumptibus.

Anthonius & si nulli sũptuarie legi paruerit: legem tñ de cohibẽdis sumptib⁹ tulit. Homo quidẽ temerarius sed manu inualidus & luxurie dedit⁹ vsqquaq; sumptuũq; merito magno põpeio successit ex decreto.

De iulio gayo cesare.

Gaii cesaris de quo triũphatore orbis vilis adulator & homo vitiis sordidus triũphauit. Captus est tñ cesar virtutis imagine: eo q̧ ꝓfusione pecunie/& conuisceratiõib⁹/& latronũ/& hystrionũ stipatu magnificus vulgariter videbaṫ. Ergo bene agiṫ cũ principib⁹ popularib⁹ qui ex necessitate cogũtur ad custodiã fame vilissimis nebulonibus adulari. Nã in republica nemo tyrannorũ cesare magis accessit ad principẽ. Licet enĩ rempublicã oppressisset: popul⁹ tñ roman⁹ omĩa que ipse detriuerat approbauit: forte veritus seditionẽ/& ciuilis belli recidiuã passionẽ. Opinio tñ preualuit/vt quia summa virtute id est clemẽtia predit⁹ fuerat: statuta ei⁹ quasi ex maxima parte benigniora populus approbaret. Vnde in laude eius Cicero ait. Nulla de virtutib⁹ tuis: nec admirabilior/nec gratior misericordia est. Piũ ergo aĩm egregie virtutis imagine facile supplãtauit anthonius.

Anthonij et cleopatre luxuria.

Hic enĩ cũ quicquid mari/aut terre/aut etiã celo gignereṫ ad satiandã ingluuiẽ suã natũ existimãs faucibus/aut dẽtibus subderet: eaq; re captus/de romano ĩperio facere vellet egyptiũ regnũ: cleopatra vxor que vici a romanis nec luxuria dignareṫ: spõsione prouocauit insumere se posse in vnã cenã sextertiũ centies. Id mirũ anthonio visum: nec moratus spõsione contẽdit: dign⁹ culina minatius plancus qui tã honesti certaminis arbiter elect⁹ est. Altera die cleopatra pertentans anthoniũ pollucibilẽ sane parauit cenã: sed quã nõ miraretur anthoni⁹: quippe qui omĩa que apponebanṫ ex quotidianis opibus agnosceret. Tũc regina arridens phialam poposcit: cui nõ nihil aceti acris infudit: dimisitq; festinabũda illuc vnionem ex altera aure dẽptum/& eũdem mature dissolutũ/vti natura est eiusdẽ lapidis absorbuit. Et q̃uis eo facto sponsione vicisset: quippe cũ ipsa margarita cẽties sextertiũ sine contentione euasuisset/manũ tñ ad alteri⁹ vnionẽ auris similiter admouit/ nisi

minatius plancus iudex seuerissimus superatum anthoniū ma ture pronunciasset. Ipē autē vnio cuius magnitudinis fuerit: in de colligi poterat ꝙ q superfuit postea victa regina & capta egy pto/romā delatus dissectusq; est: & facta est ex vna margarita due/impositeq; simulachro veneris & mōstruose magnitudinis in tēplo qđ pantheon appellat̄. Sed his & similib⁹ demeruit in= temperatissim⁹ & flagitiosissim⁹ nō populi romani: sed ꝟtutū publicus hostis/ne edictum qđ triūuirat⁹ tēpore de sumptibus posuit/legis nomen habeat aut vigorem. Locū aūt imo & ne= cessitatem legibus fuisse cibariis: vel ex eo constat ꝙ cibariorū diligendorū regulā luxuria adinuenit. Testatur hoc marc⁹ var= ro/qui enumeratis que in aliquibus ꝑtibus italie optima ad vi= ctū gignant̄: pisci tyberino his ꝟbis tribuit palmam/ī libro vn decimo. Rerū humanarū ad victū optima/fert ager campanus frumentū: falernus vinū: cassinas oleū: tusculan⁹ ficum: mel ta= rentinus: piscem tyberis. Hec varro. Sed inter eos precipuū lo= cum luppus tenuit: & quidem is qui inter duos pontes capt⁹ es= set. Id ostendūt tum multi alii: tū etiam gaius titius vir etatis luciniane/in oratione qua legē phāniā suasit. Cui⁹ ꝟba ideo po nēda sūt: quia nō solū de luppo inter duos pontes capto erūt te= stimonio: sed etiā mores quibus tunc pleriq; viuebant facile pu blicabunt. Describens enim prodigos homines in forū/ ad iudi candū ebrios cōmeantes/quiq; soleant inter se s̄mocinari: sic ait Ludunt alea studiose delibuti vnguentis scortis stipati: vbi ho re decem sunt: iubent puerū vocari: vt comitium eat percuncta tum: quid in foro gestū sit qui suaserint: qui dissuaserint: q̄t trib⁹ iusserint/quot vetuerint. Inde ad comitiū vadūt ne litem suam faciant. Dum eant nulla est in angiportu amphora quā nō im= pleāt/ quippe qui vesicam plenam habent vini. Veniunt in co= mitiū tristes: iubent dicere quorum negociū est/narrant. Iudex testes poscit/ipsius ad nutum: vbi redit: ait oīa se audiuisse: ta= bulas poscit: litteras inspicit: vix pre vino sustiet palpebras. Eū= ti in consilium ibi hec oratio. Quid mihi negocii est cum istis nugatoribus? Potius q̄ potemus mulsum mixtum vino greco. Edimus turdū pīguem: bonumq; piscem: luppum germanum qui inter pontes captus fuit. Hec titius. Sed & plinius sui tem= poris eleganter tetigit gulam. Cum enim scriberet de pisce an= cipensere: qui licet rar⁹ esset precium eius viluerat/ post premis sa subiecit: nullo in honore nunc est: quod equidem miror cū sit rarus inuentu. Sed non diu stetit hec parsimonia. Nam tempo=

Marc⁹ varro.

Hec p magnū ꝓcessum sunt in macrobio de saturnalib⁹

De gayo titio.

De plinio.

Piscis anci= penser.

Samonicus serenus.

tribus seueri principis samonicus seren⁹ vir seculo suo doct⁹ subiiciens verba plinii/nō est dubiū ait hunc piscem nullo in honore traiani tēporibus extitisse: verū ab eo dici/apud antiquos fuisse in p̄cio. Ego aūt testimoniis palā facio vel eo magis ꝙ gratiam eius video ad epulas quasi postliminio redisse. Quippe q̄ dignatione nostra cum intersim cōuiuio sacro aīaduertā hunc piscem a coronat( ministris cū tibicine introferri. Lōgum erit si oīa que leges cibarias induxerunt: vel a cibariis legibus nata sunt voluero enarrare: cū nec luxus morū sermone valeat cōprehendi/& sint plurima seculo nostro incognita: que illi vel ꝟbis exp̄mere: vel exercere moribus poterūt. Sicut eni grecia capta ferū victorē cepit/ & artes intulit agresti latio. Sic oīm gētium mores boni & mali romanū victorē prosecuti sunt. Siquidē numina īmo demonia gentiū supstitiosius q̄ religiosi⁹ aduocabāt/ magnāq; sibi visi sunt assequi religionē/quia nullā respuerāt falsitatem. Deos tutelares nō tam pio q̄ impio cultu oībus subtrahebant: vt oēs in vna vrbe collecti ī illius custodia iugit' vigilarent. Sic & que vbiq; locorū placuisse audierāt ī vrbē traiecerūt: vt esset vnde possēt gratiā oīm in se & gloriā ꝓuocare. Sile aliquid fecisse visus est rex anglorū Guilhelmus p̄mus: cuius ꝟtuti normannia/cenomānis & tandē maior britannia cessit Assūpto nāq; dyademate/& pace cōposita: legatos misit ad exteras nationes: vt a p̄claris omniū domib⁹ quicqd eis magnificū aut mirificū videretur auferrēt. Defluxit ergo in insulā opulētā/& que fere sola bonis suis est in orbe cōtenta: quicquid magnificētie īmo luxurie potuit inueniri. Laudabile quidē fuit magni viri ꝓpositum: qui ꝟtutes omniū orbi suo volebat infundere: sʒ in eo arbitratu laudabilius extitisset/si ī p gentē quā armis vicerat & quā luxurie p̄uicerat magnitudo legē tēperātie ꝓmulgasset. Sane fructuosius esset eam roborare verbo & ope q̄ lasciuiendi ab auctoritate multorū magnorūq; propagare audaciam. Sec⁹ egisse gaiū cesarem pace vrbi reformata/ portunianus qui sumptuarie legis insistens vestigio/domū ciuilem potius q̄ imperatoriam/in mēsa prima/tribus solēnibus pulmētis siue feralis statuit esse contentā/dum tamē bellaria parētetica ꝓ necessitate aut dignitate personarum aut exercenda liberalitate aut solēnitate diei p̄mis mensis licuerit immiscere. Solēnia quidē pulmenta sunt que in omnes pertrāseūt/ & a grecis catholica/ hoc est vniuersalia nominantur. Parentetica vero que ex causa necessitatis aut vrbanitatis in preceptam aliqua ratione veniunt

De guillelmo p̄mo rege anglorum.

De gayo cesare.

Portunian⁹.

partem:sic dicta/eo φ solenibus id est vniuersalibus particulariter soleant interponi. Nec enim pulmenta in olere aut in legumine dumtaxat constare certum est: tum ex multis tum ex eo φ patriarcha isaac de venatione filii sui sibi pulmētum fieri imperauit. Significant aūt bellaria omne genus mense secunde. quoniam ibi solent apponi q̄ pulchriora sunt & delicatiora. Hoc aūt nomine vtitur marcus varro. Bellaria(inquit) ea maxime mellita sunt/que mellita non sunt. Quod forte eo referri potest φ vtenti gratiora sunt ea que necessitas appetit: q̄ que irritatio gule inuenit. Sed forte pusilli animi videtur qui ad hunc modū prime mense luxuriam cohibet/aut qui facit in talibus mentionem legis sumptuarie. Nec tamen cesare maior est/aut munificentior quisq̄/eorum qui morum rerumq̧ iactura exercent gulam/luxurieq̧ obsequuntur:seruiunt vanitati:& nequitiam aut negligētiam suā nitunť liberalitatis imagine consolari. Quis cesare augusto frugalior qui in summo fastigii culmine secūdario pane & pisciculis quos vulgo spinaticos vel ripiliōes vocāt contentus erat:& non nisi necessitate vrgente comedebat: vel amico? Quis nerone gulosior aut sumptuosior. Et tamen hic nunq̄ magnus aut laudat⁹ erit alicui sapienti/non magis q̄.G. caligula aut vitellius:sed etiā mimus? Nam & hic prādia & cenas & comessationes immodice frequentabat Famosissima super ceteras fuit cena in qua inuitat⁹ a fratre fuit:habēs duo milia lectissimorum piscium septem milia auium: hanc quoq̧ ip̄e exsuperauit in dedicatione patine:quam ob immēsam magnitudinem clypeum minerue appellauit. In hac phasianorum & pauonum cerebella/linguas phenicopterum/ murenarū lactes ex certis maris partibus petitarum commiscuit. Nunquid iulio vel augusto maior est metellus pontifex luxuriosissimus:cuius cenam facilius est referre q̄ intelligere? Nam & ipse famosam immo infamē fecit cenam/& anticenium(vt ait portunianus)paraceniū tanta instruxit luxuria: vt non modo splendorē cene ciuilis:sed etiam egyptium luxum excederet. Quis tunc luxuriam accusaret aliorum/qn̄ tot rebus facta fuit cena pontificum. Nā & ipsa eduliorum genera vel dictu turpia sunt:& nostratibus licet nimis in luxus splendore glorientur pro parte inaudita. Si quis ea nosse desiderat:recenseat saturnalia /percurrat portuniani ciuilia instituta. ¶ Ne tamen vitiorum longe petantur exempla/maiorum erroribus/ suos nostra etas adiecit. Memini meipsum in Apulia/diuitis cuiusdam inter-

Margin notes: Genes. xxvij. — De cesare augusto. — De nerone. — De gayo caligula τ vitellio. — De metello pō tifice. — De cena diuitis in apulia in q̄ auctoꝛ fuit.

fuisse cene/que ab hora diei nona vsq; ad duodecimã noctis fe=re:et hoc quidẽ tẽpore equidiali ꝓtracta est. In hãc itaq; camisi=nus hospes cõstantinopolitanas/babylonicas/alexãdrinas/pa=lestinas/tripolitanas/barbarorũ/syrias/feniciasq; cõgessit deli=tias/ac si sicilia/calabria/apulia/cãpaniaq; nõ sufficiant cõuiuiũ instruere delicatũ. Copiã rerũ/ministerii disciplinã: sedulitatẽ obsequii/vrbanitatẽ hospitis/plenius & meli⁹ referet vir singu=laris eloquii: et qui oĩbus quos viderim triũ linguarum gratia prestat. Is quidẽ est iohãnes thesaurarius eboraci: nã & ipse in=terfuit. Sed qđ sine rubore fideliũ dici vel audiri nõ potest: infi=delib⁹ teste macrobio plura turpia & luxuriosa videbantur que seculo nostro placent: & obtinente luxu magnifica appellantur. Nã titius in suasione legis fannie obiicit seculo suo ꝙ porcum troianũ mensis inferãt: quẽ illi ideo sic vocabãt/quasi aliis inclu=sis aĩalibus grauidũ: sicut ille equus troianus armatis grauidus fuit. Cenã trimalchionis apud petroniuȝ si potes ingredere: & porcũ sic grauidari posse miraberis: nisi forte ãmirationẽ multi=plex ignota & inaudita luxuria tollat. Et quidẽ multa que nos vsu vel abusu edocti/non miramur visa sunt ammiranda imo et stupẽda maiorib⁹. Nã & porcũ nõ iam troianũ: sed domesti=cũ dicim⁹/& in hũc modũ farciendo ꝗ plura facim⁹ esse troiana Vñ Marcus varro in libro.iii.de agricultura. Hoc quoq; nuper ĩstitutũ est saginari & lepores. Cũ exceptos e leporario quõdã in caueis & loco clauso faciã pingues. Sed & cocleas luxus fecit saginatas. Hec varro. Nihil autẽ istorũ luxus iã habet notã: sed est ciuilitatis insigne/quicquid incentiuũ est gule.

De Johanne thesaurario eboraci.

De porco troiano.

De cena trimalchionis.

De marco varrone.

¶ De cõuiuio philosophico: et ꝙ ei ciuile cõnexũ est: et de sumptuariis legibus eius. Capitulum. VIII.



A Ciuili ad philosophicũ trãseam⁹: licet his qui rerum substantiã perspicati⁹ intuẽtur: philosophicis ciuilia videãtur annexa esse. Siquidẽ philosophia rerũ oĩm moderatrix a cõuiuiis nõ põt abesse ciuilib⁹ cũ nihil oĩno officiosum sit/aut ciuile: qđ non illa ꝓtractet. Ipsa est ꝗ vni=uersis prescribit modũ: & dũ disponit officia etiã plebeis & vul=garibus interesse dignaẽ. Alioquin nihil alicubi recte ꝓcedit nisi & ipsa rebus afferat/qđ verbis docet. Quid eni ꝓdest ver=bis inanib⁹ vẽtilare in scholis ꝟtutis officia: si nõ actib⁹ & vita solidẽtur? Dicitur tñ esse plebeia que ad modestiã minus acce=dũt: & quasi philosophie soluta legib⁹ ab indisciplinatione/aut esuriem inuehunt a parcitate/aut a luxu et auiditate furorẽ. Si

apud nasidinū cōuiue cōueniant/sordidus displicet apparatus/ dom⁹ incōposita susurriis icrustaꝰ/& auaritia illi⁹ qui tricliniis preest cōuiuarū irrisoriā ꝓuocat gulā: vt cū a limphanis vinaria tota inuerterint/submurmurēt inuicē illud horatii. Nos nisi dā nose bibimus moriemur inulti: hoc enī modis oībus agiꝰ vt pa terfamilias cui impēsa perit et opera dānificetur. Si autē apud cepheū discūbaꝰ opulentia & defect⁹ rationis ad insaniā vergit et facillime fit a bacho cōcursus ad martem. Hoc enī in fabulis exprimūt illa cōuiuia cētaurorū vbi bachi non cessant munera/ donec eliciāt sanguinē. Hec quidē sunt cōuiuiorū vulgariū com mercia: & que philosophie nō tēperanꝰ arbitrio. Quos si vide ris citra modestiā cōuenire nō fabulosos centauros crede sed ve ros: semiferi enī sunt/& aura spūs sui/aut spūs bachi inaniter in tumescūt. Nā que a plebeis id est tenuiorib⁹ celebranꝰ: interdū ciuilia/interdū philosophica sunt: nisi forte socratis/alcipiadis/ epitecti aliorūqꝫ philosophorū conuiuia inciuilia opineris. Ciui lia tamen sunt vt morem sequamur nostrum/qui piguiori vti mur mineruia/non quidē dissoluta/sed liberioris licētie & opulē ta magis & que ad cōmunē letitiā: salua tñ modestia mag(q̄ ad philosophicū rigorē accedūt. Ab his ergo nasidianite arceantur: & quicūqꝫ supcilii grauitate & inameno vultu ad missorū hilari tatem offēdit. Quicquid enī in olla ferueat/aut ī coquina pare tur/aut congestū sit in prōptuario: aut in mensa resplendeat/īsi pidum est/& insulsum/si non hylaris vultus iudicio saporem in gerat charitatis. Nam & iupiter vt ī fabulis est/pauperis hospi tii acceptauit conuiuiū: & magnas reputauit delitias qꝫ deuota pilemonis angustia ministrauit. Et quidēꝫ de illo dictū est: sed obtinet apud omnes: quia sup oīa vultus accessere boni: nec in ers pauperqꝫ voluntas. Est ergo ciuiliter conuiuari: hilari vultu: larga manu/diligenti officio/ amenare conuiuium/ & quod in vsum suppetit: habita ratione personarum: loci & temporis sin gulis dispensare: non quidem ex tristitia: vel ex necessitate: cū hylarem datorem & deus diligat. In vsus istorum licet & tatio ponere signa nouis p̄ceptis/qualia vincant pythagorā: amthiqꝫ reum: doctūqꝫ platona. Porro cōuiuia philosophica omnino ca stigata & suis regulis limitata sūt: vt qui ꝯsantur in his/possint nulla cibi aut pot⁹ impediente molestia: suis officiis inseruire. Sobria enim sunt: & omni luxuria castigata: non impediunt so cratem: ne positiuam iustitiam exequatur: a naturali inquisitio ne platonem non reuocant: memoriā rerum gestarum non ex

Tricliniū qd sit. vide. l. fora men. ff. de ser. vrba. p̄dio.

ij. Corin. ix.

curtiunt curio. Thimeus non prohibetur causas omniū rerꝫ aperire: nec aliquis a quocūqꝫ ꝟtutis officio retardatur. Hic nec tristitiā nec vultū nubilū contingit in bonis ducere: nec crassū / illū / quē Cicero auctore lucilio semel in vita risisse scribit magnope ammirari. Assūt vtiqꝫ voluptates: sed que lasciuia careāt: adest grauitas: sed que letitiam nō excludat. Hn̄t aūt & hec conuiuia suas sūptuarias: vl' cibarias leges: nō tn̄ vt reb⁹: sed vt psōis pcāt Res enī quatenus vtilitas & honestas exposcit effūdere nō vereñt. Siquidē in eis nihil sapiēti carū est pter vsum. Videt aūt btūs hieronym⁹ ad custodiā sobrietatis cui⁹ iocūdissima & vtilissima voluptas ē egregiā statuisse cibariā legē. Ait ergo. Adesse debet ratio: vt tales & tantas sumam⁹ escas quib⁹ non oneretur corp⁹: nec libertas anime pgraueт: quia comedēdū est: & deambulandū / & dormiēdū / & digerendū: & postea inflatis venis incentiua libidinis sustinenda. Luxuriosa res vinū: & cōtumeliosa ebrietas. Oīs aūt qui cū his miscetur non erit sapiens. Nec tales accipiam⁹ cibos quos aut difficulter digerere / aut cōmestos magno ptos & pditos labore doleam⁹. Olerū & pomorum ac leguminū & facilior apparatus est & arte impēdiisqꝫ cocorū nō indiget / & sine cura sustentat humanū genus: moderateqꝫ sumptus: quia nec auide deuoratur quod irritamenta gule non habet / leuiori digestiōi cōcoquitur. Nemo enī vno & duobus cibis hisqꝫ vilibus vsqꝫ ad inflationem vētris onerat. Que diuersitate carniū: & saporis delectatione concipit cū variis patine nidoribus fumant: & ad esum sui expleta esurie quasi captiuos trahunt. vnde & morbi ex saturitate nimia ꝯcitant: & multi inpatientiam gule vomitu remediantur / & quod turpiter ingesserunt turpius egerunt. Sed forte nimis austerus videt hieronymus / & cuius edicto difficillimū sit parere. Esto / liceat contēni hieronymū: stoicorum vilescat auctoritas: excludantur pipatetici: dū vel epycurus voluptatis assertor audiatur. Testantur enim (vt de nostris taceam:) seneca / & mlti alii clari int' philosophos: ꝙ ille omnes libros suos repleret olerib⁹ & pomis / & vilibus cibis dicens eis esse viuendum: quia carnes & exquisite epule ingenti cura & miseria preparentur: maioremqꝫ penā habeant in querendo / ꝗ voluptatem in abutendo. Corpora autem nostra cibo tantum & potu indigere / vbi aqua & panis sit: & cetera his similia: vbi nature satisfactum. Quicquid suprafuerit / non ad vite necessitatem spectare: sed ad vitium voluptatis. Bibere & comedere non delitiarum ardorem / sed sitim & famem

Hieronymus.

xxxv. dis. luxuriosa.

De cōse. dis. v. nec tales.

Seneca.

restringere. Qui carnibus vescant indigere etiã his que nõ sũt carniũ. Qui autem simplici victu vtantur: eos carnes nõ requirere. Sapientie quoqꝫ operam dare non possumus si mense habundantiam cogitemus qui labore nimio & cura indiget. Cito expletur nature necessitas: frigus & fames simplici vestitu & cibo expelli potest. Hec quidẽ epicurus: licet a turpi sequaciũ grege cõtraxit infamie notam. Porro aristoteles docet a quibus sit voluptatibus precipue abstinẽdũ. Cum ergo de quinqꝫ ꝑtito sẽsuum fonte voluptas oriatur: illam que est gust⁹ & tact⁹ id est cibi & veneris solam hoĩbus cõmunẽ dicit esse cũ beluis: & idcirco in pecudũ ferorũqꝫ aĩaliũ numero habetur: quisquis hac ferarum voluptate occupatur. Cetere ex trib⁹ aliis sensibus ꝓficiscẽtes: homini tm̃ proprii sunt. Quis igitur hñs aliquid hũani pudoris / voluptatibus istis duabus: coeundi atqꝫ comedendi: q̃ hoĩ cum sue atqꝫ asino cões sunt gratuletur? Hoc aristotiles. Socrates autem dicebat multos homines propterea velle viuere: vt ederent & biberent: se bibere / atqꝫ esse / vt viueret. Vñ satyric⁹. Sũmũ crede nephas aĩam p̃ferre pudori. Et ꝓpter vitã viuẽdi ꝑdere causas. Refert valeri⁹ vini vsũ olim romanis feminis fuisse ignotũ: ne scilicet in aliquod dedecus prolaberẽtur: quia ꝓximus a libero patre intemperãtie grad⁹ ad incestã venerẽ eẽ cõsueuit. Cõuiuiũ etiã solẽne maiores ꝯstituerũt: idqꝫ charistia appellatum est. Cui preter cognatos & affines nemo iterponebatur: vt si qua iter necessarias ꝑsonas querela esset exorta: apd sacra mẽse: & inter hylaritatẽ animorũ & fautorib⁹ cõcordie adhibitis tolleret. Senectuti iuuẽtus ita cumulatũ & circũspectũ honorẽ reddebat: tãq̃ maiores natu adolescẽtiũ cões patres essent. Quocirca iuuenes ita senectutẽ die vt aliquẽ ex p̃rib⁹ cõscript(/ aut ꝓpinquũ aut paternũ amicũ ad curiã deducebãt: affixiqꝫ valuis expectabãt: donec reducẽdi officio fungerent. Qua quidez voluntaria statione & corpora & animos ad publica officia impigre sustinenda roborabant: breuiqꝫ processu in lucem virtutuz suarum verecunda laboris meditatione ipsi doctiores erant. Inuitati ad cenam diligenter querebant qui nã ei conuiuio interessent: ne senioris aduentũ discubitu precurrerẽt: sublataqꝫ mensa priores consurgere & abire patiebantur. Ex quibus apparet cene quoqꝫ tempore q̃ parco & q̃ modesto sermone his presentibus soliti sint vti maiores natu in conuiuiis. Ad tybias egregia super ortum opera comprehensa carmine pangebant quo ad ea imitanda virtutem alacriorem redderent. Quid hoc splẽ

Aristoteles.

Socrates.

Juuenalis in viij. satyra q̃ icipit. stemata quid ꝛc.

Valeri⁹ in lib. ij. c. de institutis antiquis.

didius/quid etiã vtilius certamĩe? Pubertas suũ canis dec⁹ red debat/defuncta viri cursu etas ingredientes auctuosam vitam/ fauoris nutrimẽtis prosequebatur. Quas athenas: q̃ scholã que alienigena studia/huic domestice discipline p̃tuleri? Inde oriebantur camilli: scipiones: fabricii: fabii & marcelli. At ne singula romani imperii lumina percurrẽdo sim lõgior: veri celi superioris clarissima pars diui cesares effulserunt. Hec valeri⁹. Sed & ipse plato cũ esset diues/pro tempore tamen & conditione & thoros eius diogenes lutatis pedibus conculcaret: vt posset vacare philosophie elegit achademiã villã ab vrbe procul: nõ solũ desertã/sed etiã pestilentẽ: vt cura & assiduitate morborũ libidinis impetus frangeretur: discipuliq̧ sui nullã aliã sentirent voluptatem nisi earũ rerum quas discerent. Est aũt via oĩbus p̃clusa disciplinis/si comes sapientie sobrietas ãmouetur/ quã vtiq̧ tenere non possunt/qui clamitant apud ĩsulsos/oĩa siccis dura esse p̃posita. Ego quidem noui hominẽ longe inferiorẽ platone: nisi quia xp̃ianus est/nec licitũ arbitror xp̃iano preferri vel platone. Noui inq̃ hominẽ egrotatiuũ/morborũ incursu assiduo dum tamen nõ excrescãt sup id quod ferre põt gaudentẽ vt carnis lasciuia conteraẽ/& sp̃us erigaẽ: & roboreẽ in agnitionẽ dei/cõtemptum mundi & exercitium virtutis/& id solum desiderantem/ dum sensus anime & corporis seruentur incolumes: & ipse violentia egritudinis a gerendis nõ reuocetur/aliquod flagellũ/leue tamen/& infirmo tolerabile/de manu domini expectantem & amplectentem. Platonici ergo & stoici ĩ templorum lucis & porticibus versabantur vt ammoniti angustioris habitaculi sãctitate/nihil aliud q̃ de virtutibus cogitarent. Hanc autem meditationem non habent illi/quorum deus venter est: & expectatio in confusionem: quorum gloria stercus & ignis & vermis. Videtur & apostolus his quos ad veram erudit philosophiam sumptuariam legem prescribere dicens. Habẽtes victum & vestitum his contenti simus. Ceterum vt cum mei similibus pinguiori mineruа vtens mitius agam omnia que vsus necessitatis aut vere honestatis alicuius in se aut in suis adhibita ratiõe/ & deducta abutendi licentia exigit in alimẽtorum & indumẽtorum rationem cadant. Nam & hoc philosophia cliẽtibus suis indulget & solius immoderationis cohibet intemperantiam.

Margin notes: Hec valerius. / Plato. / Diogenes. / j. ad Thĩm. vj

¶ Q꞉ & in sacra scriptura sunt optime ciuilitatis regule: & q̧ nihil virtute ciuilius: & que sunt regule ciuilitatis in conuiuiis obseruande: & de verecundia. Capitulum. IX.


Ictum est philosophiam totius ciuilitatis & omnium agendorum esse magistrã/& eorum que in conuiuiis exercenda sunt officia dispensare. Cum sint ergo plura ciuilitatis precepta/illius qui omnibus & sapientibus & philosophis antecellit: & qui quouis philosopho ciuilior est/ciuilis regula videtur merito ãteponenda posteriorib⁹. Ait ergo. Cum inuitatus fueris ad nuptias:noli preocupare locum primum/ne forte honoratior te sit inuitatus:& dicat tibi qui te inuitauit/da huic locum/& tũc incipias cum rubore nouissimũ locum tenere:sed recumbe in nouissimo loco/ vt cum te viderit qui te inuitauit/dicat tibi:amice ascende superi⁹/& erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Deinde hũc articulum/quasi gñali loco confirmans ait. Omnis enim qui se exaltat humiliabitur/& qui se humiliat exaltabitur. Et licet religionis poti⁹ q̃ ciuilitatis videatur edictum:ego religionis formam a ciuilitate non diuido/cum nihil ciuilius sit:q̃ cultu virtutis insistere. Ceterum nec valnifragam admittit legem: nec letitiam excludit/ nec lautiorẽ refugit apparatum:gule tamen irritamenta non q̃rit. Ait enim. Tauri mei & altilia mea occisa sũt. Et vbi redeũti prodigo pater pius iocundum instruxit conuiuiũ ad conciliãdam letitiam/simphoniã admisit & chorũ:occisus est vitul⁹ saginatus/& ne vestis abiecta conuiuiũ deuenustet anulus & stola ministrorũ officio in vsum nudi & ornatum promitur de conclaui. Sicut ante dignis liberalitatis hostia patent/ ita sunt turpibus precludenda. Nam & fatue virgines licet pulsent ad ianuam ob stultitie notam repulsam patiuntur ne forte eiiciant̃ admisse. Constat enim quia turpius eiicitur q̃ non admittitur hospes:& tamen sine nota eiicitur/si tua turpitudine deformet cõuiuium. Siquidem & ille eiectus est qui vestem non habuit nuptialem. Hec autem licet mysticum habeant intellectum nihil ominus etiam in ipsa superficie ciuilitatis preferunt rudimẽta. Nam & illud quidẽ fideliter sonat ad litteram quod apostolus precipit. Si quis frater nominatur fornicator/aut auar⁹: aut idolis seruiens:cũ eiusmodi nec cibũ sumere. Ad hoc ergo liberali domui ianua est:vt lasciuos:criminosos: & infames excludat. Ad hoc ianitorem habet/aut hostiariũ:ne quis insulsus irruat/ & vt sit qui dignos & admittendos reuerenter excipiat/honeste alloquatur:solatietur ignotis:instruat nouitatis ignaros: & cũ oportunitas fuerit ad dominum introducat. Est & rerum copia sine luxu/iocunditas sine lasciuia/& vsus rerum licẽtiosus/ im-

Luce.xiiii.

Ibidem.

Mat.xxii.

Luce.xv.

Matth.xxv.

Ouidi⁹ lib.iii. tristium.

mo liber:sed virtute incolumi. Nam conuiuiũ herodis aut pharaonis dum immoderatam ad gestus saltatricis/aut feruorem vini letitiam concipit:fine tragico exit/ & homicidio maculatur. Hoc etiam nec gentilium grauitas approbat. Valerius auctor est ꝙ portius catho/luciũ flaminiũ sustulit a numero senatorum/quia aliquem dãnatum:impie securi percusserat tempore tamen sulpitii:sed ad arbitrium & spectaculum conuiuantis mulierculę cuius amore tenebatur & lecto. Sed & lucius flaccꝰ & collega eius censores/durionium senatu mouerunt ꝙ legem de coercendis conuiuiorum sumptibus latã tribunis plebis abrogauerat mirifica note causa. Qꝫ enim impudenter durionius rostra conscendit illa dicturus:freni sunt iniecti vobis quirites/ nullo modo perpetiendi. Alligati & constricti estis amaro vinculo seruitutis. Lex enĩ data est que vos frugi esse iubet. Abrogemus igitur illud horride vetustatis rubigine obsitum imperium. Etenim quid opus libertate est/si volentibus luxu perire non licet? Est & alia in sacris litteris ciuilitatis nota: vt ab ĩitio gratiarum precedant actiones. Nam & illud constat ꝙ liberalissimus & ciuilissimus/aut facetissimꝰ paterfamilias qui de qnqꝫ panibus satiauit quinqꝫ milia conuiuarum panem anteq̃ frãgeret benedicere consueuit. Sed & illud celebre est sapiẽtis:ꝙ philosophia que vnicũ est munus deorum/ & disciplina disciplinarum honoranda est ãtiloquio. Ciuile quoqꝫ est & sacris litteris cõsentaneum/aut omnino silere in mensa vt audias ad ꝑfectũ: aut vnde proficiant alii/aut sine culpa letentur:doctum proferre sermonem. Siquidem & inter comedendum dominus parabolas/aut verba vite frequenter audientibus miscet. Sunt autẽ nimis tristia/& fere ciuilitatis ignara:vbi citra voluptatem audiendi/solus venter impletur:aut vbi clamore anserino & ineptis fabulis conuiue perstrepunt. Nec est qui musicam arceat/ cum ars innocens sit:adeo quidem vt socrates in senectute eam discere curauerit. Cantabunt mihi dametas & litiꝰ egon ciuile est. Saltantes satyros imitabitur alphesibeus ad plebeia trãsit. Illa ergo que aptiora sunt & vitiis magis aduersa:ꝑferenda sũt ꝟba/& que luxuriã iugulent:amota tamen vel tenui suspitione auaritie. Licet in temperantibus sit sopita vena ingenii nõ omnino extinctã esse correctus polemio testis est. Hic aũt ꝑdite luxurie adolescẽs fuit athenis/neqꝫ illecebris eius tantũmodo:sed & ipsa infamia gaudẽs: cũ e cõuiuio nõ post occasũ solis/sꝫ post ortũ surrexisset:domũqꝫ rediẽs/xenocratis philosophi patẽtẽ ia

Valerius.
De cathone & lucio flaminco
De lucio flacco & durionio.
De musica et socrate.

nuā vidiſſet/vino grauis/vnguentis delibut⁹:ſertis capite redimito/ꝑlucida veſte amictus/refertā turba doctorū hominū ſcolam eius intrauit:nec contentus tā deformi introitu/cōſedit/ & vt clariſſimū eloquiū & prudētiſſima ꝑcepta temulētie: lachrymis eleuaret. Orta deīde:vt par erat oīm indignatiōe xenocrates vultū in eodē habitu cōtinuit:omiſſaqꝫ re quā diſſerebat/de modeſtia & tempantia loqui cepit. Cuius grauitate ſmonis reſipiſcere coactus polemio:primū coronā capiti detractā ꝓiecit: paulopoſt brachiū intra palliū reduxit. Procedente tēpore oris conuiualis hylaritatē depoſuit:ad vltimū totā luxuriam exuit: vniuſqꝫ orationis ſaluberrima medicina ſanatus:ex infami ganeone/maxim⁹ philoſoph⁹ euaſit. Peregrinat⁹ eſt itaqꝫ huius anim⁹ in neqtia:nec habitauit:diuertit paululū:ſed nequaq̄ domiciliū fixit. Poſtremo vnū eſt ad qd̄ toti⁹ philoſophi cet⁹ tendit intentio.ſ.finis honeſt⁹: letus exitus & iocundus/qui plane euenire non poterit:niſi philoſophia oībus officinis/& oīm miniſtris officiorū cuſtodē adhibeat verecundiā: que parēs eſt (vt ait Caſſianus)oīmis honeſti cōſilii:ſolēniū officiorū tutela:magiſtra innocētie:cara ꝓximis/accepta alienis/priuatas negligēs facultates vt cōmunes āplificet:oīmi loco:oī tēpore pre ſe fauorabilem gerēs vultū. Adeo quidē:vt etiā inuerecundis feratur accepta. Athenis quidā vltime ſenectutis:cū ſpectatū in theatrū veniſſet:eūqꝫ nemo e ciuib⁹ ſeſſū reciperet:ad lacedemoniorū legatos forte ꝑuenit:qui hoīs etatem:canos eius & ānos aſſurgēdi officio venerati ſunt:ſedēqꝫ ei iter ipſos honoratiſſimo loco dederunt:qꝫ vbi fieri popul⁹ aſpexit maximo plauſu:aliene vrbis verecūdiā ꝯprobauit. Ferūt tūc vnū e lacedemoniis dixiſſe. Ergo athenięſes qd ſit rectū ſciunt: ſed id facere negligunt.

Verecundie pulchra laus.

Nō de ātiquo veniēte ad ludorū ſpectacula nō recepto p ꝯciues athenięſes ſed p legatos lacedemonios.

¶ De gula conuiuandi/ſenſu & fere ex verbis macrobii ſūptis de libro ſaturnaliorum. Capitulum. X.

Idenť forte parū ciuilia & ſupſtitioſa nimis q̄ de ſacris apicib⁹ ꝓferūť. Ceterū vt miti⁹ agam⁹ nobiſcum gētiliū philoſophorū cōuiuādi regula in mediū proferatur. Et quidem plures in hanc partem officiorū precepta dederūt ſed ad p̄ſens pauci ſufficiunt. Inter alios ſaturnaliorū liber p̄m⁹ occurrit/talis ſi recte īſpiciať & tāt⁹ vt nihil aliū de oporteat mutuari. Cū ergo in p̄nti capło nō tā veſtigiis q̄ paſſib⁹ diſcernim⁹ imitari:& ex opulētia prōptuarii ſui/cellule nr̄e ſupplere āguſtias. Siqdē ꝯſpicu⁹ eſt in ſētētiis: in ꝟbis floridus/ & tanta morum venuſtate redundans / vt in inſtitutione con

Liber de ſaturnalibus.

uiuii & dispensatione/socraticam videatur ꝓpinare dulcedinē. Ait ergo. Scio philosophiā q̄ rerū oīm moderatrix est hoc primū obseruaturā vt secum estimet presentium ingenia conuiuarum: & si plures peritos vel saltem amatores sui in cōuiuii societatem reperiat sermonē de se patietur agitari/quia velut pauce littere mute disperse iter multas vocales in societatē vocis facile mansuescunt/ita rariores imperiti gaudentes consortio peritorū/aut cōsonāt si qua possunt: aut rerū taliū capiūt auditu. Si vero plures ab institutione discipline eius alieni sunt prudentibus qui pauciores intererūt sauciet dissimulationē sui/& patietur loquacitatē maiori pti amicitiorē sonare: ne rara nobilitas a plebe tumultuosiore turbet. Et hec vna est de philosophie virtutibus. Quia cū orator non aliter nisi orando ꝓbetur/philosophus nō min⁹ tacendo ꝓ tēpore q̄ loquēdo philosophat. Sic ergo pauci qui aderunt doctiores in consensū rudis cōsortii/ salua & intra se q̄stione migrabunt: vt oīs discordie suspitio facessat. Nec mirū si doctus faciet quod fecit quondā pisistrat⁹: athenarū tyrann⁹. Qui cum filiis suis rectum dando consiliū non obtinuisset assensum/& ideo esset in simultate cū liberis: vbi hoc emulis causā gaudii fuisse cōperisset ex illa discordia spantib⁹ in domo regnātis posse nasci nouitatē/vniuersitate ciuiū conuocata ait succensuisse se filiis quidē nō acqescētib⁹ patrie volūtati. Sed hoc postea sibi visū eē paterne apti⁹ pietati vt in sentētiā liberorum ipē ꝯcederet. Sciret igit oīs ciuitas regis sobolē cum patre cōcordē. Hoc cōmēto spē detraxit insidiantib⁹ regnātiū qeti. Ita in oī gn̄e vite/p̄cipueq; in letitia ꝯuiuiali oē quod videt absonū in vnā soni cōcordiā salua innocētia redigendū est. Sic agathonis cōuiuiū: qa socratas phedros pausanias & hisimacos habuit: v̄bū nullū nisi phisicū sēsit. At v̄o altioni: vl̄ didonis mēsa/q̄si solis apta delitiis habuit hic iopā: illa polipheniū cythara canētes. Nec deerāt apud altionē saltatores viri/& apud didonē brichias sic hauriens merum: vt se totum superflua eius infusione prolueret. Nōne si quis/aut inter pheatas/aut apud penos s̄mones de sapientia erutos conuiualibus fabulis miscuisset & gratiā illis cetib⁹ amicam pderet: & in se plane iustū risū moueret? Ergo p̄ma obseruatio eius erit estimare cōuiuas: deinde vbi locum patere sibi viderit nō de ipis ꝓfunditatis sue iter pocula secretis loquetur/nec nodosas & anxias: sed vtiles quidem faciles tm̄ mouebit questiones. Nā sicut inter illos q hoc exercitii gen⁹ hn̄t in mediis saltare conuiuiis. Si quis vt se āpli⁹ exerceat/ so-

Nō pulchraꝫ similitudinem lraꝝ mutaꝝ ad vocales: et iperitorū ad peritos.

De pisistrato athenarū tyrāno q cū filiis i sn̄ia concordauit vt insidiantes excluderet

De cōmēdabili cōuiuio agatonis.

De vituperabilib⁹ ꝯuiuiis didonis ⁊ altioni.

De modo loquēdi in cōuiuiis seruādo.

dales vel ad cursum vł ad pugillatum lacessiuerit quasi ineptus relegabitur ab alacritate conuiuii. Sic apđ mensā quandoq; philosophandū est: vt crateri liquoris ad letitiā nati adhibeať/non modo nympharū sed musarū quoq; ammixtiōe temperies. Nā si(vt fateri necesse est)in omni conuentu: aut tacendū est aut loquendum/queramus silentium ne cōuiuiis importunus sermo conueniat. Si enim vt apud athenas athicas/ariopagite tacentes indicant ita inter epulas oportet sileri/non est vltra querendum inter mensas philosophandū sit necne. Si vero non erunt muta conuiua/cur vbi sermo permittitur honest⁹ sermo ꝓhibetur: maxime cum non minus q̄ dulcedo vini hilarent verba conuiuiū? Quid hoc inquis ad philosophiā: imo nihil tā cognatum sapientie: q̄ locis & tēporibus aptare sermones: personarū que aderunt estimatione in mediū vocata. Alios enim relata incitarunt exēpla ꝟtutum/alios beneficiorū: nonnullos modestie: vt & qui aliter agebant sepe auditis talibus ad emendationem venirent. Sic aūt vitiis irretitos si & hoc in ꝯuiuiis exegerit loquendi ordo/feriet philosophia nō sentientes vt liber pater tyrso ferit: p obliquationē circūfuse hedere latēte mucrone: quia nō ita profitebitur in conuiuio censorē: vt palam vitia castiget. Ceterum his obnoxii repugnabunt: & talis erit cōuiuii tumult⁹ vt sub huiusmodi inuitati videantur edicto. Quod supest leti bñ gestis corpora rebus ꝑcurate viri/& pugnā sperare parari. Ergo si oportunitas necessarie reprehensionis emerserit/sic a philosopho ꝓficiscetur: vt & tecta & efficax sit: quid mirū si feriat sapiens: vt dico non sentientes: cū interdum sic reprehendat vt repꝑhensus hylaretur. Nec tamen fabulis suis sed interrogationib⁹ quoq; vim philosophie nihil ineptum loquentis ostendet. Hāc ergo nullus honestus actus locus ve/nullus cetus excludat que ita se aptat/vt vbiq; sic appareat necessaria tanq̄ abesse illam nephas fuerit: & post pauca ledorie & stomacis differētiam facit: que sic iterdū proferunť a sapiente/vt nō modo amaritudine careant: sed afferāt tempestiuā dulcedinē. Deinde interrogādi ciuilitatē: vel faceciā docet. Qui vult ergo amenus eē cōsultor/ea interroget que sūt interrogato facilia responsu: & que scit illum sedula exercitatione didicisse. Gaudet enim quisquis ꝓuocatus ad doctrinā suā in mediū ꝓferendā: qa non vult latere qđ didicit maxime si sciētia quā labore quesiuit cū pauc( illi familiaris & plurimis sit īcognita: vt de astronomia vel dialetica: ceterisq; similib⁹. Tūc enī videnť fructū cōsequi laboris: cū adipiscunť oc

De libero prē qui p obliquatione hedere circūfuso ferisunt tyrso latēte mucrone.

Nō q; homo gaudet se de his que scit interrogari.

casionem publicādi que didicerant sine ostentationis nota qua caret qui nō ingerit:sꝫ imitatꝰ vt ꝓferat. Cōtra magne amaritudinis est:si corā multis aliquē interroges qđ nō opima sciētia qsiuit. Cogitꝰ eni aut negare se scire quod extremū verecūdie dānū putant/aut respōdere temere:se euentui veri falsi ve ꝯmittē Vñ sepe nascitꝰ iustitie ꝑditio & oē hoc infortuniū pudoris sui imputat cōsulenti. Necnō & qui ambierūt maria & terras:gaudent cum de ignoto multis:vel terrarū situ:vel sinu maris interrogantꝰ:libēterqꝫ respondēt/& loca describūt modo verbis/modo radio/gl'iosū putantes que ipi viderāt aliorum oculis obiicere. Quid duces:vel milites ꝙ fortiter a se facta dicturiunt & tñ tacēt arrogātie metu. Nōne hi si vt hec referant inuitētur/mercedem sui laboris estimant persolutam/remuneratione putantes inter volētes narrare que fecerant. Adeo aūt id genꝰ narrationis habet quendā glorie saporē:vt si inuidi vel emuli forte pñsentes sint/tales interrogatiōes obstrepēdo discutiāt & alias inferendo fabulas/ꝓhibent illa narrari que solēt laudē creare narranti. Pericula quoqꝫ preterita vel erūnas penitꝰ absolutas qui euasit:vt referat gratissime ꝓuocatꝰ. Nam qui adhuc in ipsis vł paululū detinetur/horret ammonitionem & formidat relatum

Virgilij ỽsus (vt virgilius) Forsan & hec oli meminisse iuuabit. Iuuat si quē dicere iusserꝛ amici sui repētinā felicitatē quā spōte nō audebat: vel dicere/vel tacere modo iactātie/modo malicie metu. Qui venatibus gaudet interrogatꝰ de silue ambitu:de ābage lustrorum/de venatiōis euētu. Religiosus si adest da illi referendi copiā:quibus obseruationibus meruit auxilia deorū q̄tus illic cerimoniarū fructus:quia & hoc genus religionis: estimant numinum bñficia non tacere:adde ꝙ volūt se amicos numinibꝰ estimari. Si vero & senex presens est habes occasionem qua plurimum illi contulisse videaris si eum interroges:vel que ad illum omnino non pertinent. Est enim huic loquacitas etati familia-

Scoma qđ ē. s.li.vij.c.vlti. ris. Vt vero ad scomata redeamꝰ illa que plus vrbanitatꝭ & minus amaritudinis habēt:sunt inter iacienda conuiuiis vt sūt illa de nonnullis corporū vitiis/aut parum aut nihil gignētia doloris:vt si in caluitium cuiusq̄ dicas aut nasum:vel curuā erectionem dicas/seu socraticā depressionē. Hec enim q̄to minoris infortunii sunt:tanto suauius ledunt. Cōtra oculorum orbitas nō sine excitatione cōmotionis obiicitur. Quippe antigonus rex theocritū chiū de quo iurauerat ꝙ parsurꝰ esset:occidit ꝑpt' scoma ab eodē de se dictū. Cū eni q̄si puniēdꝰ ad antigonū raperetꝰ

solãtibus cũ amicis/& spẽ pollicẽtibus ꝙ oĩno clemẽtiam regis expturus esset:cũ ad oculos eius venisset:respondit. Ergo ipossibilem mihi dicitis spem salutis. Erat aũt antigon⁹ vno orbat⁹ oculo:& iportuna vrbanitas maledicacẽ luce puauit. Nec nega ueri philosophos q̃q; incurrisse p indignationẽ hoc gen⁹ scomatis. Nã cum regis libertus ad nouas diuitias nup erect⁹ philosophos ad conuiuiũ ꝯgregasset: & irridendo eoꝝ inutiles q̃stiões scire se velle dixisset cur & ex nigra & ex alba faba pulmentum vnius coloris edat. Aridices philosoph⁹ indigne ferẽs. Tu nobis (inquit) absolue/cur & de albis & de nigris loris similes macule gignant̃. Cõmendat scoma & cõditio dicẽtis si in eadẽ causa sit: vt si aliũ de pauptate paup irrideat: si obscure natũ nat⁹ obscure. Nã tharseus amphias cum ex ortolano diues esset: & in amicũ quasi degenerẽ nõnulla dixisset/mox subiecit: sed & nos de eisdẽ seminibus sum⁹/ & oẽs pariter letos fecit. Illa vero scomata directa letitia eum in quem dicuntur infundunt: vt si virũ fortẽ vituperes quasi salutis sue prodigũ: & ꝓ aliis mori volentem. Aut si obieceris liberali ꝙ res suas ꝓfundat/ minus sibi q̃ aliis cõsulẽdo. Sic & diogenes antistenẽ cinicũ magistrũ suum solebat velut vitupando laudare. Ipe me aiebat mẽdicũ fecit ex diuite/ & pro domo ampla fecit habitare i dolio. Melius aũt dicebat ista q̃ si diceret gratus illi sum: quia me philosophũ & consũmate ꝟtutis virum fecit. Ergo cũ vnũ nomẽ scomatis sit/ diuersi in eo continẽtur effectus. Ideo apud lacedemonios iter cetera exacte vite instituta/hoc quoq; exercitii gen⁹ a ligurgo institutũ est: vt adolescẽtes & scomata sine morsu dicerent/ & ab aliis in se dicta perpeti discerẽt. Ac si quis eorum in indignationem ob tale dictũ ꝓlapsus fuisset: vlterius ei in alterũ dicere nõ licebat. Verũ quia letitie in conuiuiis frequẽter insidiat̃ ira: ab huiusmodi dictis temperandum est/& questiones cõuiuales in omnes proponende sunt aut soluende. Quod gen⁹ veteres ita ludicrum non putarunt/vt & Aristotiles/aliqua de ipsis scripserit/& plutarchus/& apuleius cum frontone. Nec contẽnendum sit quod tot philosophantium meruit curam. At in exercitio rethorum oratorum ve foro/longe commodiorem habẽt scomata locum. Quippe vbi motus aduersarii sepe proficit ad triumphum. Vnde & hec ciceroni perfamiliare fuisse traditur. Ipsis quoq; ledoriis crebro in cõtentionibus fori locus est dum tamẽ ad probra non perueniant: que & si non quiescant fauore litigãtis: cessare tamen debent ob reuerentiam iudicis & auditorum

De scomate p philosophum aridicẽ ꝯtra libertum regis dicto.

De amphia tharseo ꝯ amicũ q̃si degenerem.

De scomate p diogenẽ in antistenem dicto

Ligurgi insti tutio qualiter adolescentes scomata dicerent ꝛ paterẽt

Quid sit ledoria. vide. s. li. vij. ca. vlti.

Offenditur enim quibus est equꝰ/& pater & res si quis nisi euidentissima ratione ad probra prosiliat. Sed & qui ea sustinet patienter: fauorē omniū ac temperantiam visus est meruisse. Cōuiuia ergo ledorias excludūt: ne felle earū tota conuiualis dulcedo amarescat. Ad id quod hylaritatē conciliat modestie cōsciā/ vndiqꝫ conquirendū. Iocus enī comis & venustus/conuiuantiū risus/oībus parenteticis iocundior est. Siquidem elegāter licet in persona derisoris ethicus ait. Sed conuiuatoris vti ducis igenium res aduerse nudare solent celare secunde. Sed & vini indulgentia/licet dici soleat quia siccis deus omnia dura ꝓposuit/modum habet & si fuerint qui platonis auctoritate ea passim crediderint haurienda/ laudibus arguitur vini vinosus homerus. Et plato ab eisdem vinosus conuincitur extitisse. Certū est vtrūqꝫ eorum vini laudasse vsum/quod & naturā roborat & ingenium acuit/& ad res agendas animū remissuꝫ accēdit. At platonem inter minuta & modesta pocula iocundiorē liberaliorēqꝫ inuitationem ꝓbasse fidelius tradiť/que fieret sub quibusdā quasi arbitris sobriisqꝫ magistris conuiuiorū. Et hoc est qď in p̄mo & secundo de legibꝰ nō inutile iuris esse decernit. Nam & modicis honestisqꝫ inter bibendū remissionibus refici ītegrariqꝫ animos ad instauranda sobrietat[ officia existimauit/ redditosqꝫ sensim letiores/ad intentiones rursus capessendas fieri abiliores/ & simul siqui penitus in his affectionū cupiditatūqꝫ errores inesset quos celaret alios qui pudor reuerens omnia ea sine graui periculo libertate data per vinū detegi/& ad corrigēdū medendūqꝫ fieri oportuniora. Atqꝫ hoc plato ibidē dicit/ non diffugiendas esse huiusmodi exercitationes aduersū vini violentiā ꝓpulsādā. Neqꝫ illū vnq̄ continentē prorsus aut temperantē satis fideliter visum esse cui vita non inter ipsa errorū pericula & ī mediis voluptatū illecebris explorata sit. Nam cui licentia gratieqꝫ oīes cōuiuiorū incognite sint/ quiqꝫ illarū omnino expers sit: si eum forte ad ꝑticipandas hmōi voluptates/aut voluntas tulerit: aut casus īduxerit: aut necessitas īpulerit: mox deliniri & capi: neqꝫ mentē eius animūqꝫ consistere. Congrediendū igitur est & tāq̄ in acie quadā cum voluptariis rebus: cūqꝫ ista vini licētia quominus decernendū: vt aduersus eos non fuga/nō absentia simꝰ tuti: sed vigore animi & constanti p̄sentia/moderatoqꝫ vsu: tēperantiam continētiāqꝫ tueamur/& calefacto simľ refotoqꝫ animo si quid in eo vel frigide tristitie: vel torpentis verecūdie fuerit abluamus. Poterit auctoritas platonis mouere q̄plures/sed

Nō bona q̄ ꝓueniunt ex potu vini.

nimis mihi arduus/& temerarius/infirmioribus animis videt cum baccho/immo & cum quauis voluptate cõgressus. Si loth vir iustus & modestos qui de sodomorum eriperet incẽdio im pellente vini stimulo corruit in incestum. Si noe femora denu= dauit fide & perseuerantia boni/subtract⁹ diluuio. Alter huma ni generis pater:& salutis opifex/quis tuto cõgreditur?nisi for= te seipm̃ tantis patribus ducat preferendum: vt tamẽ platonis non reluctemur edicto congredi cum voluptate sit fortius dum tamen sit tutius fugere & illius declinare conflictum. Nec me mini inuenisse queq̃ de prouocatoribus voluptatũ quẽ non lege rim cecidisse. Eo forte spectãt figmenta poetica:que orgia sine furore transacta non recolũt/ nec erubescunt sacra bachi cruore parricidii/& multiplicib⁹ flagitiis maculare. Est preterea in cõ uiuiis obseruandũ:vt instruende familie & domus regende cu ra:& seruilis obsequii/moderatio vni alicui demandetur ne qd ineptum & imparatũ appareat:ne quid stupendum aut erube= scendum emergat:ne dominum oporteat ad se gerendorum re uocare sollicitudinem:& vt dici solet/quasi in humeris portare conuiuas. Vitet etiam qui conuiuia cautus esse voluerit: consi= liandi consuetudinem verbiq; secreti faciendi morem : eo q in conuiuiis:id est iocundo amicorum conuiuantium cetu debent omnia esse nuda:& in amore & fide nichil debet esse abscondi= tum:sed si fieri posset oculos in pectora sua inuicem mutuo trã= ferre conspectum. Nullus enim locus actitandis consiliis: aut vix vllus ineptior est. Siquidem verba secreta solent assidenti= bus exclusis esse molesta. Nam ipsa exclusio habet imaginem diffidentie. Sed in his que palam dicuntur fideliter exequendũ erit:quod in libro primo de analogia scripsit Gayus claudi⁹ ce= sar vir excellentis ingenii magneq; prudentie. Ait enim. Tanq̃ scopulum naute fugiunt:sic fugiendum est infrequens & inso= lens verbum. Et quidem numerum conuiuarum expresserunt antiqui:vt nec pautiores essent q̃ gratie que claudũtur ternario nec plures q̃ muse:id est nouẽ:aut in summa gratiarum & mu= sarum explerent numerum ad duodenarium ascendẽtes. Opti= nuit tamen apud eos qui rectius intuentur: vt in his officiũ pa= trisfamilias latissime pateat.


Geneß.xix.
Geneß.ix.
De noe q̃ pro= pter vinum fe mora denuda= uit.

No cõuiuijs architriclinũ preferendũ/& causam.

No cõsilia & se creta debere esse a cõuiuijs aliena.

No quãt⁹ eẽ debeat nume= rus cõuiuarũ.

¶ De molestiis & oneribus coniugiorum fm Hieronymum & alios philosophos:& de perni cie libidinis: Et de muliere Ephesina similium fide. Capitulum. XI.


Icut ergo sobrietas in ꝯuiuiis necessaria est ita rebus oibus necesse ē adesse modestiā. Siquidē de saturitate libido: de libidine īmundicia & multiplex pnicies generatˀ. At ex his nihil nisi dolor penitudinis seqˀ & bene agitˀ cū merentib⁹ si fructuosa sit penitudo: vñ hebetati cordis videtˀ opinio/q̄ sine expletione libidinis diffinit pfectam non esse voluptatē. Traditˀ hoc sensisse epycur⁹: sed qcquid gregis illius grinniāt sues tā immūdā & tā funestā vocē nulli philosophorū arbitror placuisse/nedū epycuro qui tātus fuit: vt inter philosophos ꝓpriā fecerit sectā. Sūt ei⁹ auctore seneca egregia multa que passim possūt apud philosophos īueniri: & ꝑ pte expressa sūt & gesta in libro q de vestigiis siue de dogmate philosophorū inscribitˀ. Silleni senis inueterati videtˀ amētia potius q̄ sentētia philosophi/& est certe asello cui īsederat brutior/ cui hoc nequitia potuit suadere. Idipm̄ forte innuūt figmēta gentiliū q delirū senē vino estuantē: aliis nature obtēpantib⁹ & qete fessa recreantib⁹ corpora locide/pre ceteris captū referūt/ & tandem cū oīm irrisione quē nec etas nec verecūdia refrenabat asini sui rugitu reuocatū. Oīs ergo voluptas libidinis turpis ē: ea excepta que excusatur federe cōiugali & indulte licētie bñficio quicquid erubescētie poterat inesse abscondit. vñ & nuptie a nubēdo dici maiores tradiderūt: quia pudēda hūane infirmitatis nubit: id est abscondit. vt ait nonius marcell⁹ indulgentia legis. Inoleuit etiā cōsuetudo: vt quos in cōmerciū carnis/ecclesie iungit auctoritas/pallio velētur altar(: aut alio ab eccl'ia ꝯstituto: vt thorus q xp̄o ꝯciliāte cōstruitˀ sit in fide castitatis: fragilitat( sue maculas ꝯtegat: vt toti⁹ sit ꝓbri aut cōfusiōis ignar⁹. Preferuntˀ & faces: lampades: & lumīaria accendūtur/ quia geminū thorū qui palā & nō sua libidine vrgente: sed honesta cōsentiētiū volūtate sternitur: dec⁹ boni cōiugalis illustrat. Nā & hymeneˀ lucē amat/& alacer pharetrat puer cupido furtiuā succendēs flāmā latebras & āgulos q̄rit. Licet aūt honesta sit & vtil' copula marital' āgustie q̄ letitie fecūdior ē: parit eni in dolore vl' filios: nec aliquē fructū ꝓducit quē nō amaritudo p̄cedat aut seq̄tur. Vnde referētevalerio. Socrates hūane sapiētie quasi quoddā terrestre oraculū: ab adolescētulo quodā ꝯsultus vtrū vxorē duceret: an se oī matrimonio abstineret. Rñdit eū vtrū eoꝝ fecisset acturum pniam/hic te(inqt)sollicitudo: hic orbitas: hic gñis interit⁹/hic heres alien⁹ excipiet/illuc ppetua sollicitudo/cōtext⁹ querelaꝝ dotis exprobratio: affiniū graue supciliū/garrula socrus: lingua

Epicureorum turpitudo circa voluptates

Nō de silleno sene luxurioso reuocato a luxuria p ruditū sui asini.

Voluptatis licētia in federe cōiugali.

Nuptie vnde dicuntˀ.

Cōiuges q̄re in ecclesia pallio cooperantˀ.

Faces ꝛ lūinaria q̄re in mrīmoniis accendūtur.

Matrimonij onera.

Socratis consiliū an accipienda sit vxor: vel non.

ſubceſſoria alieni matrimonii/incertus liberorũ euẽtus. Nõ paſſus eſt iuuenẽ in cõtextu rerũ aſperarũ q̃ſi lete materie facere delectũ. Cõcinit in hũc modũ totus recte philoſophantiũ chor⁹: vt ſi qui xp̄iane religionis abhorrẽt rigorẽ: diſcãt vl' ab ethnicis caſtitatem. Nõ tñ q̄d cõiugali detrahã caſtitati: ſed centeſimũ: vl' ſexageſimũ fructũ licet de radice triceſimi orianꝰ minime arbitror triceſimo ꝓponẽdũ. Zeno eputet⁹ ariſtotiles cricola⁹ & epicureorũ q̄plurimi traduꝰ poſteris hanc publicaſſe ſentẽtiã. Fertur auctore hieronymo aureol⁹ theophraſti liber de nuptiis in quo q̃rit an vir ſapiẽs ducat vxorẽ. Et cũ diffiniſſet ſi pulchra eſſet/ſi bene morata: ſi honeſtis parẽtibus orta: ſi ip̄e ſan⁹ & diues ſic ſapientẽ aliq̃n inire matrimoniũ/ſtati intulit. Hec autẽ raro vniuerſa in nuptiis concordant. Nõ eſt igiꝰ vxor ducẽda ſapiẽti/primũ eni impediri ſtudia philoſophie/ nec poſſe quẽq̃ libris & vxori pariꝰ inſeruire. Multa eſſe que matronarũ vſib⁹ neceſſaria ſunt: p̄cioſe veſtes: aurũ: gẽme: ſũptus: ãcille: ſuppellex varia: lectice & exedra deaurata. Deinde per totas noctes garrule cõqueſtiones. Illa ornatior p̄cedit in publicũ. Hec honoratur ab oĩbus. Ego in cõuentu feminarũ miſella deſpicior. Cur aſpiciebas vicinã? Quid cũ ãcillula loquebaris? De foro veniẽs quid attuliſti? nõ amicum habere poſſumus/non ſodalem/ Alterius amorẽ ſuũ odiũ ſuſpicaꝰ. Si doctiſſimus preceptor i qualibet vrbium fuerit/nec vxorem relinquere: nec cũ ſarcina ire poſſum⁹ pauperẽ alere difficile eſt: diuitẽ ferre tormentũ. Adde q᷒ nulla eſt vxoris electio ſed qualiſcunq; obuenerit habẽda: ſi iracũda: ſi fatua: ſi deformis: ſi ſuperba: ſi fetida: quodcũq; vitii eſt poſt nuptias diſcimus. Equus: aſinus: bos: canis/& vilia mancipia: veſtes quoq; & lebetes: ſedile ligneũ: calix & vrceolus fictilis/ p̄bãtur prius: & ſic emuntur: ſola vxor non oſtenditur: ne ãte diſpliceat q̃ ducatur. Attendenda eſt ſemper eius facies & pulchritudo laudanda: ne ſi alteram aſpexeris: ſe eſtimet diſplicere. Vocanda domina: celebrandus natalis eius/ iurãdum per ſalutem eius: vt ſit ſuperſtes/optandum: honoranda nutrix eius & gerula: ſeruus paternus: & alũnus: & formoſus aſſecla: & procurator calamiſtratus/& in longam ſecuramq; libidinem exſectus ſpado/ſub quibus nominibus adulteri deliteſcunt. Quoſcunq; illa dilexerit ingrati etiam amandi. Si totam ei domum regendam commiſeris. ſeruiendum eſt ei. Si aliquid arbitrio tuo reſeruaueris: fidem ſibi non haberi putabit: & in odium ac iurgia vertetur. Et niſi cito conſuleris parabit venena. Anus:

Zeno.
Ariſtoteles.
Uerba hieronymi de oneribus m̄rimonij ſm aureolum theophraſtũ I lib. de nuptijs
Nota verbũ de vxore ducẽda.



& aurifices & ariolos & istitores gēmarum:sericarūq; vestium si intromiseris:periculū pudicitie est:si prohibueris suspitionis iniuria. Verū quid prodest etiam diligens custodia:cū vxor impudica seruari non possit:pudica non debeat? Infida enī custos est castitatis necessitas:& illa pudica vere dicenda est/cui licuit peccare si noluit. Pulchra cito adamatur:feda facillime concupiscit. Difficillime custoditur quod plures amant. Molestum est possidere quod nemo habere digneť. Minore tū miseria deformis habetur q̄ formosa seruatur:nihil tutū est in quo totius populi vota suspirant. Alius forma/alius facetus/alius ingenio/alius liberalitate sollicitat:aliquo modo expugnatur qđ vndiq; incessitur. Q: si propter dispensationem domus & languoris solacia/& fugam solitudinis ducunť vxores:multo melius dispēsat seruus fidelis/obediens auctoritati dñi: & dispēsationi eius obtemperās q̄ vxor:que in eo se estimat dominam si aduersus viri fecerit voluntatem.i.quod placet:nō quod iubetur. Assidere aūt egrotāti magis possunt amici/& vernule bñficiis obligati q̄ illa que vobis lachrymas suas imputet: & hereditatꝭ spe vēdat illuuiē & sollicitudinem iactans languenter animū desperatione conturbet. Q: si languerit:coegrotandū est & nunq̄ ab eiꝰ lectulo recedēdum. Aut si bona fuerit & suauis vxor que tamē rara auis est cum parturiente gemimꝰ:cū periclitante torq̄mur

Sapiēs quid. Sapiens autem nunq̄ solus esse potest: habet secum omnes qui sunt:quiq; vnq̄ fuerunt boni:& animū liberū quocūq; vult transfert. Quod corpore non potest cogitatione ꝯplectiť. Et si hoīm inopia fuerit loquitur cum deo. Nunq̄ minus solus erit: q̄ cū solus fuerit. Porro liberorum causa vxorem ducere: vt vel nomē nostrū non intereat:vel habeamꝰ p̄sidia senectutis & certis vtamur heredibus stolidissimū est. Quid enī ad nos pertinet recedentes e mūdo si noīe nostro alius non vocetur: cū & filius non statim vocabulū patris referat/& innumerabiles sint qui appellentur eodē noīe? Aut que senectutis auxilia nutrire domi: qui aut prior te forte moriať:aut peruersis moribus sit: aut certe cū ad maturā etatem peruenerit:tarde ei videaris mori? Heredes autem meliores & certiores sunt amici & propinqui quos iudicio eligas:q̄ quos velis nolis habere cogaris. Licet certa hereditas sit dū ad viuis bñ vti substantia tua:q̄ tuo labore quesita ī incertos vsus relinquere. Hec & huiusmodi theophrastus que vel sola matrimoniorū āgustias & calamitates exq̄site dulcedinis sufficiūt explanare. Scite fertur dixisse. P. clodiꝰ/ quia improbe

neptunū accusat qui iterū naufragiū feci. At non illud inelegātius diceret quia iprobe venerē causat aduersam: qui secūdā ducit vxorē. Quis enī ei cōpatiet qui semel exutus a vinculis se reuoluat ad cathenas? Plane indignus est libertatis honore & quiete qui ad excussum seruitutis iugū recurrit. Vnde mōstris simile est ꝙ hi qui non modo philosophie/sed & religionis sibi vēdicant nomen arceri nequeūt ab amplexib⁹ mulierū. Sepe eteni qui anteq̄ nomen ꝓfiteret alterutrū: si tn̄ hec religio sc3 & philosophia numerū faciūt: cū sine religione nemo recte valeat philosophari cōtinētissime vixit cū in aliquē gradū ꝓmot⁹ est/nactusq; quietē prime & summe deliberationis acumē exercet/in eligenda vxore vel ducēda: aut qd̄ nequi⁹ est vicinorū matrimonia sollicitare & corrūpere nō veret. Erūpit interdū inuerecūda intēperies mulierū: quia vt scribit herodotus: mulier cum veste deponit & verecūdiā. Erūpit inquā ipudēs: & in facie erubescentiū populorū genialis thori reuelat & denudat archana: et de mariti frigiditate ꝯqueriť allegans hāc sufficientē & euidētem repudii & diuortii causam ꝙ semiuir est & inutilis matrimonio qui nō est prōptus ad coitū. Elegāter quidē Gaufrid⁹ de heroū villa familiaris nimis vni⁹ taliū in causa hmōi cōfudit audaciā. Cum enī ei datus esset patron⁹ a iudice celebraturo vt putabat diuortiū/& mulier generosa audiētibus amicis & suffragatorib⁹/aduocato vt fit diligētius merita cause sue exponeret/scrutat⁹ est ab ea vir prudēs an alium maritum quādoq; habuerit. Qd̄ cū illa negasset quesiuit iterū an adhuc virgo esset dicēs hoc sibi inquisitu & scitu perneccessariū: ne a discreto iudice caperet occasione aliqua in sermone. Illa vero hoc verecūde tn̄ eo ꝙ sibi nō bene credebat asseruit. Et ille an simul de nocte dormire cōsueuerint: & se inuicē osculari & amplexari maritus et ipsa/inquisiuit: que illa cū omīa fateret: vnde ergo inquit patron⁹ nosti virgo pudicissima/prudentissima/& pudoratissima ꝙ efficacē tecū nō impleuerit virū: & totius matrimonii iura ꝑsoluerit? Quis te docuit quid sit coitus: vt eū tecū coiisse neges inter tot oscula/tot amplexus qui te ꝑ libitu quotiēs voluit pertractauit licētia maritali? Nam & quedā animātia certū est se inuicē osculādo misceri: alia se tāgendo tenuiter cōcipiūt/et sūt que suo grauidāte calore ab aere tēperato impregnātur & pariūt. Hec audiēs illa tādem erubuit: hoc solū dicēs se quid ad huiusmodi captiones respōderet nō habere. Sed bene cū philosophantibus id est cum clericis agitur ꝙ nemo eorū frigidus est:

De inhonestatib⁹ mulierū.

De cicerone q̃ secũdã vxorẽ ducere recusauit.

De philippo q̃ exclusus ab vxore tacuit.

De gorgia a melãcio derriso q2 cũ vxore et ancilla concors viuere nõ poterat cum aliis cõcordiã suaderet.

De socrate verberato & fugato/et lotio pfuso a duab9 rixantibus cũ ipsas vellet cõcordare.

Mulier pudica rara auis/et sils cigno nigro.

aut in iudicio pfusus huiusmodi macula. Cicero rogat9/vt post repudiũ terentie/sororem hircii duceret/omnino facere supersedit/dicẽs non posse philosophie & vxori pariter operam dare. Philippũ regem macedonũ contra quem demosthenis tonant philippice/introeuntem ex more cubiculũ vxor excludit irata. Qui exclusus tacuit & iniuriam suam verso tragico consolat9 est. Gorgias rethor librum pulcherrimũ de concordia grec( tũc inter se dissidentibus recitauit olympie. Cui melãcius inimic9 eius/hic nobis(inquit)de cõcordia precipit qui se & vxorem & ancillulam tres in vna domo concordare non potuit. Emulabatur quippe vxor eius/ancillule pulchritudini & castissimũ virũ quotidie iurgiis exagitabat. Vnde vt cesset inuidia & qes matrimonii reformetur/ditioribus in consuetudinem versum est: ne quam in domo habeãt pulchriorem. Socrates cum duarum vxorum iurgia vellet reprimere: nouissime in eum verterũt impetum: & male mulctatum fugiẽtemq3 diu persecute sunt: & a solio in quo morabantur/postmodum lotio perfuderunt. In muliebrem leuitatem ab auctoribus passim multa scribuntur/forꝫ tasse falso interdum finguntur plurima: nihil tamen impedit ridentem dicere verum: & fabulosis narrationibus quas philosophia nõ reiicit exprimere quid obesse possit in moribus. Ex his enim liquet q̃ facile ament: quanta oderint leuitate: ꝙ cito obliuiscantur affectuum: & nature immemores interdũ in filios armentur/interdũ in viscera sua. Sunt alique pudicissime licet satyricus dicat qm̃ rara auis in terris nigroq3 simillima cigno mulier exacte castitatis. Et tragicus nullam esse feminam tam pudicam que peregrina libidine vsq3 ad furorem non accendatur. Matrona quedam referente petronio ephesi/tam note erat pudicitie: vt vicinarũ quoq3 gentiũ feminas ad spectaculũ sui euocaret. Hec ergo cũ virum extulisset non contenta vulgari more funus ꝓsequi crinibus sparsis & turbatis: aut nudatũ pect9 in cõspectu frequẽtie plangere/in cõditoriũ etiã ꝓsecuta est defũctũ: positũq3 in hypogato greco more corp9 custodire ac flere totis diebus noctibusq3 cepit/sic afflictantẽ se ac mortem inedia ꝓsequentẽ: nõ parẽtes potuerũt abducere/nõ ꝓpinq. Magistrat9 vltimo repulsi abierunt. Complorataq3 singularis exẽpli femia ab oibus/quintũ iam diẽ sine alimẽto trahebat. Assidebat egre fidissima ãcilla: simulq3 & lachrymas cõmẽdabat lugẽti: & quotiẽscũq3 defecerat positũ lumen in monumẽto renouabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat solũ illud affulsisse verũ pudi-

citie amoriſq; exẽplũ: oĩs ordinis homines confitebãtur. Tum interim impator ꝓuincie latrones crucibus iuſſit affigi ſm caſulam illam in qua recẽs cadauer matrona deflebat. Proxima ergo nocte cũ miles qui cruces ſeruabat/ ne quis ad ſepulturã corpus detraheret: notaſſet ſibi lumẽ & inter monumẽta clari⁹ fulgens & gemitũ lugẽtis audiſſet: vitio gẽtis hũane ꝯcupiit ſcire quis aut quid faceret. Deſcẽdit itaq; in cõditoriũ: viſaq; pulcherrima muliere pmo q̃ſi quodã mõſtro inferniſq; imaginibus turbatus ſubſtitit. Deinde vbi & corpus iacentis aſpexit: & lachrymas cõſiderauit/ faciẽq; vnguibus ſectam ratus. ſ. id qđ erat deſideriũ extincti feminã pati non poſſe: attulit in monumẽtum cenulam ſuã: cepitq; hortari lugentẽ ne perſeueraret in dolore ſuperuacuo/ ac nihil ꝑ futuro gemitu pectus deduceret. Omniũ eadem eſſe. ſ. idem domiciliũ & cetera quibus exulcerate mẽtes ad ſanitatẽ reuocantur. At illa ignota conſolatione percuſſa: lacerauit vehementi⁹ pectus: captoſq; crines ſuper pectus iacẽtis impoſuit. Non receſſit tñ miles: ſed eadẽ exhortatione temptauit mulieraile dare cibũ: donec ancillula/ incertũ habeo an vini odore corrupta primũ ipſa porrexit ad humanitatẽ inuitãtis victã manũ/ deinde refecta potione & cibo: expugnare dñe ꝑtinaciã cepit. Et quid ꝓderit (inquit) hoc tibi ſi ſoluta inedia fueris: ſi te viuã ſepelieris: ſi anteq̃ fata poſcãt indẽnatũ effuderis ſpm̃? Id cinerem: aut manes credis curare ſepultos: vis tu reuiuiſcere reluctantibus fatis extinctũ? Vis ne diſcuſſo muliebri errore/ q̃ diu licuerit lucis cõmodis frui? Ipm̃ te iacẽtis corp⁹ ãmonere debet: vt viuas. Nemo inuit⁹ audit: cũ viuere cogit̃: aut ſumere cibũ. Itaq; mulier aliquot dieꝝ abſtinẽtia ſicca paſſa eſt frãgi ꝑtinaciã ſuã: nec min⁹ auide repleuit ſe cibo q̃ ãcilla: q̃ prior victa ẽ. Ceterũ ſcitis quid plerũq; temptare ſoleat humanã ſatietatem. Quibus blãditiis ĩpetrauerat miles: vt matrona viuere vellet? Eiſdem etiã pudicitiã eius aggreſſus eſt/ nec deformis aut infacundus iuuenis caſte videbatur/ ãcilla gr̃am cõciliãte ac ſubide dicẽte. Placito ne etiã pugnabis amori? Nec venit in mentem quorũ conſederis aruis. Quid diutius moror. Nec hãc quoq; ꝑtem corpis mulier abſtinuit: victorq; miles vtrũq; ꝑſuaſit. Iacuerũt ergo vna nõ tãtũ illa nocte qua nuptias fecerũt: ſed poſtera etiã ac tertia die ꝑcluſis videlicet conditorii forib⁹ vt q̃ſq; ex notis: ignotiſq; ad monumẽtum veniẽs putaſſet expiraſſe ſup corp⁹ viri pudiciſſimã vxorẽ. Ceteꝝ delectat⁹ miles & forma mulier( & ſecreto: q̄cq̄d bõi ꝑ facultates potat coemebat/ & pma ſta

Uerſus. (margin)

Uerſus. (margin)

tim nocte ferebat i monumẽtũ. Itaqȝ vni⁹ cruciati parẽtes: vt vi derunt laxatã custodiã: detraxerũt nocte pendẽtẽ & sup̄mo mã dauerũt officio. At miles circũspect⁹ dũ desidet: vt postero die vidit vnã sine cadauere crucẽ: verit⁹ suppliciũ/mulieri quid ac cidisset exponit/nec se expectaturũ iudicis sentẽtiã: sed gladio ius dicturũ ignauie sue cõmẽdãs modo perituro locũ ꝓuideret: & fatale cõditoriũ familiari ac viro faceret. Mulier nõ min⁹ mi sericors q̃ pudica/nec istud dii sinant: vt eodẽ tẽpore duorũ mihi charissimorũ hoĩm duo funera spectẽ. Malo mortuũ impẽdere q̃ viuũ occidere. Scd̃m hanc orationem iubet ex area corp⁹ ma riti sui tolli: atqȝ illi que vacabat cruci affigi. Vs⁹ est ergo miles ingenio prudentissime femine posteroqȝ die popul⁹ mirat⁹ est qua ratione mortuus isset in crucem. Tu hystoriã: aut fabulam quod his verbis refert petroni⁹ ꝓ libitu appellabis. Ita tamẽ ex facto accidisse ephesi & flauianus auctor ẽ. Mulierẽqȝ tradit im pietatis sue & sceleris parricidalis/& adulterii luisse penas. Nõ quidem solus est/in mulierũ ineptiis ridẽdis aut exp̄mẽdis/pe tronius. Scribit beatus Hieronym⁹ quia tote eripidis tragedie in mulieres maledicta sũt/& quidẽ epycur⁹ q̄q̄ methodor⁹ disci pulus eius leoncion habuit vxorem/raro dicit sapienti ineunda coniugia/quia multa incõmoda ãmixta sũt nuptiis/& qũo diui tie & honores & corporũ sanitates/& cetera que indifferẽtia no minam⁹: nec bona nec mala sunt: sed velut in meditullio posita vsu & euentu: vel bona vel mala fiunt. Ita & vxores sitas in bo norum malorũ ve cõfinio. Graue vero esse viro sapienti venire in dubiũ vtrum bonã an malam ducturus sit. Si ergo tanta est molestia nuptiarũ que procul dubio bone sũt: & a dño institute: vt eas sapiens reformidet/quis nisi demẽs ip̄am approbet volu ptatem que illicita est/& tota ṽsatur in sordibus/quã hoies cul pant: & deus ꝓculdubio condẽnabit? Nã cũ he due voluptates scȝ gule & veneris quodãmõ brutorũ sunt: altera porci immundi ciam/altera hirci videt̃ habere fetorẽ. Vt enĩ pudicitia int̃ vir tutes eminet: sic petulãtia in vitiis abiectissima est: & cum illa vtrũqȝ deceat sexũ/muliebrẽ tamẽ magis exornat. Siquidẽ do ctissimi viri vox est pudicitiã in p̄mis esse retinẽdã: qua amissa: oĩs ṽtus ruit. In hac muliebriũ virtutũ principatus est. Hec pau perẽ ꝯmẽdat: diuitẽ extollit/deformẽ redimit/exornat pulchrã Bene meretur/de maioribus/quorũ sãguinẽ furtiua sobole nõ vitiat: bene de liberis: quib⁹ nec de matre erubescẽdũ: nec de pa tre dubitandũ est: bene in p̄mis de se: q̃ a cõtumelia corpis alie

Hieronymus.
Nota de tra gediis exigen dis contra mu lieres.

Pudicitie cõ mendatio.

ni vendicat. Captiuitatis nulla maior calamitas est q̄ ad alienā libidinem trahi/ viros consulatos illustrat eloquētia/ in nomen eternū transfert gloria militaris/ triūphosq; noue gētis cōsecrat. Multa sunt q̄ p se clara ingenia nobilitēt: mulierū ꝓpe virt⁹ pudicitia est. Hieronymus testis est ꝙ anteq̄ religio xp̄iana fulgeret in mundo vniuibas semp habuisse inter matronas decus: p illas fortune muliebri sacra fieri solitū: nullū sacerdotē bigamū nullum flaminem bimaritum: ierophantias quoq; atheniensiū diutissime cicute sorbitione castrari: & postq̄ in pontificatū fuerint allecti viros esse desinere. In immensū pagina ꝓtenderet: si ea perstrinxero q̄ in hac pte tragici: oratores/ comici/ satyrici/ poete: vt de philosophis: ethicis: & theologis taceā ꝑdiderunt. Sed tamen nec omnes istos arbitror suffecisse ad hanc non dico malitiā delendā aut reprimendā: sed nec ad exponēdā. Si dixero ꝙ multi sunt expti: quia nec melior pedibus silicem que cōcutit atrum q̄ que seruorum vehitur ceruice sirorum. Hoc in iniuriam mulierū dictū malicia calūniabit. Nihil enim melius nichil vtilius muliere pudica: nihil eorū que excogitari possūt/ iocundius his qui continere non possunt aut nolunt. Sed desipientis est ab his laudem sperare: que veniā recti⁹ merent q̄ gloriā. Si tamen bono moderationis fuerint temperata. Alioquin nō venia: sed pena. Sed ignominia vtriusq; libidinis maculā ꝑseq̄tur/ nisi forte decor⁹ habend⁹ sit qui ī hyrcū trāsformat aut suē. Hieronymus.

¶ Q; brutis & insensibilibus quidam appetunt conformari: & q̄ta humanitate cum seruis viuendum sit & de trium reliquorū sensuum voluptate. Capitulum. XII.

NVlli itaq; animantiū generi rectius conformātur qui summū bonū vite in gustandi & tangendi voluptate ne dicā luxuriam posuerūt. Ceterū hoc aliorū sensuū luxuriam nō excusat cū manifesta sit humane dignitatis abiectio: si nō hyrco: aut sui: sed leoni aut pardo: sed pāthere aut satyro: sed pauoni: philomene: aut psitaco: sed cuicūq; brutorū aut insensibiliū studeat coequari. Siquidē ad angelicā puritatem rectius aspirabit/ qui ī ea creatus est dignitate originis: vt in cumulo vere & eterne beatitudinis pfectioni angelice possit esse conformis. Nam & patrum inconcussa sanxit auctoritas quia natura humane mentis solus dn̄s dignior est & ꝙ oīa hec que humanus miratur error vt homini seruiāt ab eo facta sūt/ q̄ hoīem fecit: vt eternitatis beatitudinisq; sue pticipem faceret. Quis ergo dn̄i p̄sidentis nō vilipēdat arbitriū: si seruilē & abie-

ctā affectat conditionē? Non tamen ꝙ seruos dicā habēdos cō-temptui: nisi seruilibus vitiis viuāt. Sicut eni vera & vnica liber tas est seruire virtuti & ipsius exercere officia: ita vnica & singu laris seruit⁹ est vitiis subiugari. Errat plane quisquis aliūde cō-ditioni alterutram opinatur accidere. Siquidē oē hoim gen⁹ in terris simili ab ortu surgit eisdē constat & alit̄ elemētis: eūdēq; spiñ ab eodēq; pricipio carpit: eodē fruit̄ celo/eque morit̄: eque viuit. Vñ & ptextatus in saturnalibus euangeliū reprimēs: his vtitur argumētis. Serui (inquit) sunt: imo hoies: serui sunt imo cōserui. Si cogitaueris tantūdē in vtrosq; licere fortune tam tu illū videre liberū potes/ꝙ ille te seruū. Nescis qua etate hecuba seruire ceperit: qua cresus: qua darii mr̄: qua dyogenes: qua pla-to ipse. Postremo quid ita nomē seruitutis horremus? Seru⁹ est quidē: sed necessitate: sed fortasse libero aīo seru⁹ est. Hoc illi no cebit si ostenderis quis non sit. Alius libidini fuit: ali⁹ auaritie: alius ābitioni: omnes spei: oēs timori. Et certe nulla seruit⁹ tur pior ꝙ voluptuaria. At nos iugo a fortuna ipposito/subiacentem tanꝗ miserū vilēq; calcamus. Quod vero nos nostris ceruicib⁹ inferim⁹ nō patimur reprehēdi. Inuenies inter seruos aliquem pecunia fortiorē. Inuenies dñm/spe lucri/oscula aliorū seruorū manibus infigentē. Nō ergo fortuna hoies estimabo: sed mori bus: sibi quisq; dat mores: cōditionē casus assignat. Queadmo-dū stultus est qui empturus equū nō ipm cōspicit: sed stratū ei⁹ ac frenos: sic stult⁹ est qui hoiē3 aut ex veste/aut ex cōditiōe esti mandū putat. Nō est mi euāgele qd̄ amicū tantū i foro & in cu ria queras si diligēter attēderis iuenies & domi. Tu modo viue cū seruo clemēter/comiter quoq; & in sermonē illū & in necessa riū nōnūꝗ admitte consiliū. Nā & maiores nr̄i oēm dominis in uidiā: oēm seruis cōtumeliā detrahentes: dñ3 paterfamilias: ser uos familiares appellauerunt. Colant ergo poti⁹ te serui tui mi hi crede ꝙ timeāt. Nec tibi parū videat̄ esse qd̄ diis satis est. Nā qui colitur etiā amat̄: nec potest amor cū timore misceri. Vñ eni putas arrogantissimū illud manasse ꝓuerbiū quod iactatur Totidē nobis esse hostes quot seruos? Nō habem⁹ illos hostes sed facim⁹/cū in illos supbissimi/cōtumeliosissimi & crudelissi-mi sumus/& ad rabiē cogunt nos venire delitie: vt quicqd non ex volūtate rñderit/irā furorēq; ꝓuocet. Domi enim nobis ani-mos induimus tyrannorum/& non ꝗtū decet: sed ꝗtūlibet exer cere volumus in seruos. Nā vt cetera crudelitatis genera prete ream: sunt qui dum se mense copiis & auiditate distendunt: cir

cõstantes seruos mouere labra:nec in hoc quidẽ vt loquant̃ per mittũt. Virga murmur om̃e cõpescitur: & ne fortuita quidem verberib⁹ excepta sunt Tussis:sternutamẽtũ singultus:magno malo luitur. Sic fit vt isti de dño loquant̃:quibus corã dño loqui nõ licet. At illi qb⁹ nõ tantũ p̃sentibus dñis: sed cũ ipis erat sermo:quorũ os nõ cõsuebatur/parati erãt p dño porrigere ceruicẽ & periculum iminens in caput suũ vertere. In conuiuiis loqbantur:sed in tormentis tacebant. Hec pretextatus. Et de fide suorum multa & preclara subiũgit:& que essent in quãtauis nobilitate sanguinis gl̃iosa & cuiuis imitãda. Nihil enĩ decorum est qd̃ nõ a virtute profluxerit:& se inuicẽ turpitudo & vitiũ infausto ambitu circũscribunt. In hoc aũt solo vitiorũ impulsu quisq̃ probabitur:vt eorũ se deiiciat & deuoueat seruituti: quib⁹ nat⁹ est imperare:qui ad spectacula confluũt/aut euocãt ad se spectacula ĩhonesta:aut seip̃os/affectatis nugis/ volũt esse spectaculo insipientiũ:qm̃ hec lenocinia vanitatis/ recte sapiẽti placere nõ possũt/oculorũ capiunt̃ illecebris. Et licet miti⁹ elidant̃:corruunt tñ a dignitate cõditiõis sue:& ad eã quã diffitent̃ seruilẽ relabuntur. Quid ergo aliud faciunt mimi:hystriões/parasiti: & huiusmodi monstra hominũ nisi q̃ ineptam cõuincunt feliciũ seruitutem? Sed & illi qui oculis capiuntur:licet aurium sensus purissimus & defecacissimus sit/seruiunt quidem:iugo tñ p̄mũtur mitiori:si alias nõ preualeant vitia. Nam ab olfactu vix aliquis oĩno capitur nisi forte lotofagũ viuat. Nõ aliqd aduers⁹ cãtores aut musicos/struo/cũ teste quintiliano:valerio:flauiano: & aliis multis. Socrates etiã in senectute didicerit musicã: credens/si musica deforet sibi/cumulũ sapientie defuturũ. In ea tamen nimium occupari/citra philosophicã grauitatẽ est. Nũqd enĩ virũ decebit sapientẽ/p̃sertim q̃ etiã in sexu muliebri turpitudinis nõ effugit notam? Nã & salustius sẽproniã reprehẽdit non quidez q̃ saltare & psallere sed q̃ optime scierit. Ait enim psallere & saltare elegãtius q̃ necesse est probre. Optime tamẽ cantare si citra leuitatem posset haberi plane desiderabile ẽ. In omnibus enim que simpliciter expetibilia sunt:quo intensiora sunt in qualitate boni:eo expetibiliora sunt:sed ex adiũctis possunt nonnulla esse suspecta. Lucius sylla vir tanti nominis optime cantasse traditur: sed dotem libidinis & crudelitatis nota perstrinxit. Cathoni quoq̃ visum est bene cantare non serii hominis esse. Vnde nimirũ marcũ senatorẽ non ignobilẽ/ cecliũ spaciatorem & fescẽninũ vocat: eumq̃ staticulos dare his ver

De socrate q̃ didicit in senectute musicã.

De salustio reprehẽdẽte semproniã q̃ saltare et psallere sciebat.

Reprehẽsio lucii sille cãtatoris.

Reprehensio marci cecilii senatoris p cathonẽ de cãtu

bis ait. Descēdit de canterio: inde staticulos dare: ridicularia fundere. Et alibi. Preterea cantat vbi collibuit: interdū grecos versus agit/iocos dicit/voces demutat/staticlos dat. Porro illa voluptas aurium grata honestati que virtutis est amica/ aut non est conscia turpitudinis. Oculorū vero voluptas hystriones itroduxit & mimos: quod & scipio african⁹ emilian⁹ in oratiōe cōtra legem iudiciariā tyberii gracchi nō mediocriter rep̄hendit. Docent̄ p̄stigias inhonestas/cū cinedulis & sābucca psalterioq; eunt in ludū hystrionū: discūt cātare que maiores nr̄i ingenuis ꝓbro duci voluerūt. Funt inquā in ludū saltatoriū inter cinedos ꝟgines puerīq; ingenui. Hec cū mihi quisq̄ narrabat: nō poterā animū inducere: ea liberos suos nobiles homines docere. Sȝ cū ductus sum in ludū saltatoriū plus mediusfidius in eo ludo vidi pueris virginibusq; ducentis. In his ꝙ me reipublice maxīe miser(tum est). Vidi vnū filiū petitoris puerum bullatū non minorem ānis duodecim cū crotalis saltare. Croton grece pulsus dicitur/& inde cymbala sic dicunt̄: vel musicū notat instrumentum qđ in sono vocē ciconie imitat̄. Nā ip̄a apud egyptios crotalus appellatur. Crotala quoq; dicunt̄ sonore sperule: que quibusdaȝ grauis interpositis pro q̄titate sui & specie metalli varios sonos edūt. Quā saltationem impudicus seruulus honeste saltare nō posset. Patet ergo q̄to affectu ingemuerit african⁹/ꝙ vidisset cum crotalis saltare filium petitoris .i. candidati/ quē ne tamen quideȝ spes & ratio adipiscendi magistrat⁹ quo tēpore se suosq; ab om̄i probro debuit vindicare potuerit coercere/ quo minus faceret qđ scilicet turpe nō habebatur. Nā & ab eo tēpore q̄ optimis morib⁹ in vrbe viuebatur/scȝ inter duo bella punica igenui filii senatorū in ludū saltatoriū cōmeabāt: & illic crotala gestantes saltare discebant/adeo quidē vt ab heroicis ꝯuiuiis nequaq̄ arceret̄ saltatori⁹ ludus. Nā & socraticum simposiū ab auctoritate philosophorum qui illic conuenerant celebre est & tamen non defuit qui sub illorum supercilio peteret saltriā intromitti: vt puella supra naturā mollior: canora dulcedīe & saltationis lubrico illecebris/exerceret philosophātes. Ceterū hystriones nō inter turpes habitos cicero auctor est qui sicut furi⁹ albin⁹ refert roscio & esopo familiariter vsus est: adeo quidem vt res rationesq; eorum sua solertia tueretur. Quod tamen ex aliis multis tum epistolis declaratur. Nam illa oratio celebritati sui innotuit/in q̄ populū romanū obiurgat: ꝙ roscio agēte tumultuarit Et quidē constat cū ip̄o hystrione contēdere solitū: vtrū ille sepius

Pulchra dicta scipionis ꝯ saltatores & mores ac saltādi artem.

De cimbalis.

De socratico simposio.

De cicerone/ roscio/ & esopo & cōmēdatiōe roscij.

eandem sententiã variis gestib⁹ efficeret: an ipe per eloquẽtie copiam: sermone diuerso ꝓnunciaret. Que res ad hanc art⁹ fue fiduciam rosciũ abstraxit: vt librũ conscriberet quo eloquẽtiam cũ hystrionia compararet. Is est roscius qui etiã charissim⁹ sylle fuit: & anulo aureo ab eiusdẽ dictatore donatus est. Tanta aũt gr̃a fuit & gloria: vt mercedẽ diurnã de publico. M. denarios sine gregalib⁹ solus acciperet. Esopũ q̃q ex pari arte ducẽties sex tertiũ reliquisse cõstat. Sed vtinã si hystriones videntur ob auctoritatem ciceronis: & p̃dictorũ heroum in cetũ sapientiũ admittẽdi: eligant̃ rosceo similes & esopo: qui & si nõ facere qđ tamẽ illi nouerant: vel intelligere libros sciant & amatores sint poti⁹ q̃ impugnatores litterarũ: quas nemo vnq̃ sapiẽs aut bon⁹ odio habuit. Ciceronem refert valerius litteras contẽpsisse: & in contẽptu ipso fuisse fontem habundantissimũ litterarũ: ob hoc forte ꝙ studium negociis postponebat. Nã institit eis etiam dum contempsit. Ipseq; contemptus ciceronis multorũ studio studiosior est. Non facile tñ crediderim ad hoc queq̃ impelli posse litteratum vt hystrioniam profiteatur: licet facile inueniant̃ q̃plurimi: quos non pudet agere & implere sordidũ hystrionẽ. Gestus siquidẽ exprimũt: rerũ vtilitate deducta. Fertur beat⁹ Hieronymus tres a mensa clericos exclusisse: quia ipos incompositos vidit: turpe ducens honesto: & graui viro in ei⁹ consortio aliquem incõpositũ inueniri. Et quidẽ hoc laude maiori dignũ est q̃ si vt ab eis laudaretur admitteret. Licet autẽ aliqua sit oculorum voluptas in talib⁹: vix sine turpitudine exerceri poterit/vel admitti. Est & illa voluptas in viro graui notabilis ex causa luxurie q̃ ornatum suũ in precio vestiũ aut colore aut forma aut vsus nouitate consistere opinatur. Vt enĩ ait ethicus maltinus tunicis dimissis ambulat: est qvnguẽ ad obscenũ dimissis vsq; facetus: alter solis lineis brume horrores excludit: & dum oĩa gelu constricta rigent: tenui sudàt in siclade & illius delicias etiã bõbicinus vrit pãn⁹ aut p̃mit: hic cepa tunicacior: densatus pellib⁹ & epitogiis: clamidi pẽnulã superducit: & quasi cõglobatus in orbem rotulari q̃ incedere magis idoneus est. Ille nũc vtitur pẽnula: nunc campestri: id solum agens: vt aliis dissimilis habeatur. Ille tantas exquisiti ornatus affectat mundicias: vt nimio splẽdore cultus operosi ad sordes videatur accedere. Quicquid enĩ dedecet: & quodãmodo polluit aut potius expellit honestatē: sordidũ est & habendũ in sordibus. Nõ tamẽ arguitur qđ necessitas introducit: quia non omnes omnia possunt. Et est cui⁹ na

Esopi cõmendatio.

Valeri⁹ de cicerone ꝯ l̃ras.

Hieronym⁹ ꝯ clericos incõpositos.

De nimio vestium ornatu vitando.

bura exigit:vnde ali⁹ oneratur:aut quod oīno ferre nō pōt. Hoc aūt philosophia precipit obseruari:vt quisq; in oīb⁹ fugiat notā: indicens actioni rectitudinē ne sit rep̄hēsibilis:sermoni cautelā/ ne sit cōtemptibilis:habitui modestiā:ne sit notabilis. Intempe

Nō intēperie hortēsij de nimio cultu vestium ꝛ corpis.

rantiam nāq; nota cōuincit. In hodiernū diem arguit᷑ intemperies hortensii/a quo isti dealbati adhuc dicunt᷑ hortensiani:non ꝙ prim⁹:sed ꝙ p̄cipuus taliū fuerit: adeo vt suffecerit ad notam sui seculi vir vtiq; alloquio ex professo mollis: & in procinctu ponens oēm decorem suū. Fuit enim vestitu ad mūdiciā curiosus & vt bene amictus iret faciem querebat in speculo. Vbi se intuens togam corpori sic applicabat:vt rugas ne forte/sed idustria locatas artifex nodus astringeret/& sinus ex composito defluēs modū lateris ambiret. Is quondā cum incederet elaboratus ad speciem collegę de iniuriis diem dixit/ꝙ sibi in angustiis obui⁹ offēsu fortuito structurā toge destruxerat:& capitale putauit ꝙ in humero suo locū ruga mutasset. Nihil tale sapientem decet/ aut virū probū/imo & matrone honeste/& virgines nupture facilius & felicius ob dotē forme tantā cultus sui sollicitudinē enr

Vers⁹ lucani.

besaunt. Mirū itaq; est qua impudentia etatis nostre cultus gestare decoros vix nuribus rapuere mares. Quid ergo ꝙ milites quid ꝙ clerici? Si quidem hec oīa fallacē meretricis fucū & maliciā imitant᷑. Quid ergo viro cū speculo nisi in eo casu quo illd

De platone habēte speculū/et ad quid.

platonē gestasse testis ē flauian⁹:vt videret in eo quantū p̄egrinatio/studii feruor/acumen tēporis/p̄cessus etatis/de naturali statu mutasset/facici iudicio:que bona & mala fidelissime p̄testatur? Hoc quidē egit:vt seruaret:aut releuaret naturā:ne labore & dieta insueta corrūperetur. Vt aūt ad alia transeam⁹ quis istorū qui dotes brutorū affectat brutus esse dignetur? Aut cui nō prepōderare videbitur si collatā sibi pre illis cōferat rationē? Nunqd viriū amator/leo vellet esse aut pardus? Dicunt philosophi ꝙ lincis aut pāthere odorē animalia cet'a sequunt᷑. Istos tamen qui musco & speciebus exoteris placāt olfactū & p̄uocāt velle si possēt non arbitror in pātheram aut lincem transformari. Non vtiq; credam ꝙ qui satyrū induit satyrus esse velit. Sed nec ipsi qui seipsos poliunt: pauonis in se poterūt transformare colores. Concinant hi & potius musice melos pro viribus expleant:nemo eorū philomenā equabit āte psitacū. Nōne ergo idecens & p̄brosum est hūane celsitudini:si postposita dote sua in q̄ preualet/ad alienas in quibus superatur aspiret? Verū si moderatio adhibeatur:in his interdū voluptatē sensuuȝ versari: & sa

De hijs q̄ delectātur virib⁹/ odoribus/nimio cultu vestiū/cātilenis sonis musicis. ꝛc.
Cōparant᷑ infra scriptis brutis aīalib⁹. videlȝ Leoni. Pardo. Linci. Panthere.

pienti uon arbitror indecorū. Vt ſepe numero dictū eſt nihil decorum eſt ſine modo. Nam & ociari interdum familiare eſt ſapienti/non tamen vt virtutis exercitiū euaneſcat:ſed quo magis vigeat:& quedammodo recreetur. Siquidē lelius & ſcipio illud par amoris inſigne ſimˡ lectitabant/& ſicut remiſſionis eorum certiſſimꝰ teſtis ſceuola auctor eſt ciuilibus fatigati negociis pila ludebant. Idem quoqꝫ ſceuola alee & calculis interdum vacaſſe traditur:cum bene ac diu iura ciuiū:ceremoniaſqꝫ deoꝝ ordinaſſet. Vt enim in rebus ſeriis ſceuolam ita in luſibus hominem agebat quem rerum natura/continui laboris patiētem eſſe non ſinit. Idqꝫ vidit ſocrates qui nullam ſapiētie partē dicitᵉ habuiſſe ignotam. Ideoqꝫ non erubuit tunc cum interpoſita arūdine cruribus ſuis cum paruulis filiolis ludens ab alcipiade riſꝰ eſt. Homerus quoqꝫ celeſtis vates ingenii non aliud ſētit vehemētiſſimus achillis manibus canoras fides aptando:niſi vt earum militare robur leui pacis ſtudio relaxaret. In ſūma hyſtrioniā ſaltatoriā:& huiuſmōi lenocinia exercere:leuitatis aut turpitudinis eſt:ſed delectari in eis/nūc ad ocia:nūc ad flagitia accedit. Si enī modeſte fiat ad recreationē ſub ociādi licētia excuſatur. Si ad laſciuientis animi voluptatē/cadit in crimē. Hec autē facillime diſtinguit:loci:tēporis:modi:pſone:& cauſe ſupius memorata deſcriptio:quā forte poteſt nimis reuoluere lingua ꝟboſior:ſed eā mēs cauta reuoluere nimis aut cōtinere non poteſt. Hec eſt enī fons & origo totiꝰ modeſtie:ſine qua nihil ī officiis exerceᵗ. Ab hac alios alia decere vel dedecere certum eſt. Nā ꝙ turpe bonis ſeyo titioqꝫ/decebit criſpinū. Perſpicui ergo erroris eſt ad fundamentū fame & glorie ꝯſumere vitā in talibꝰ que aut ocioſe occupationis ſunt/aut flagitioſa negocia. Profecto ſic delinquētiū particeps eſt qui eorū laſciuiā exhibet/ & auctor videᵗ eſſe luxurie aliene qui eā mauult ꝓſequi ſūptibꝰ vel fauore: ꝙ pſequi increpatione adhibita/& ſūptibꝰ denegatis. Siquidem ābroſius auctor eſt:quia qui talibus donat: pctm̄ grāde cōmittit/hoc enī fouet in eis in quo nequiſſimi ſunt.

Pauoni. Philomene. Pſitaco.

De ſcipione et lelio ludētibꝰ pila.

De ſceuola ludēte ad aleas et calculos.

Excelſe cōmēdat ſocratem.


Cōmēdat homerum.

Verſus Juuenalis in pnci. iiij. ſaty:e ꝗ incipit. ecce iterꝝ criſpinus ꝛc̄.

De hoc. ſ. lib. j. ca. viij.

¶ De frugalitatis commendatione:& nota quintiliani in ſenecam:& quomodo frugaliter poſſit auaritie ſuſpitio deuitari.

Capitulum. XIII.



Luxuriam perſequi videor ad laudē frugalitatis:mihiqꝫ ab inſulſis inepte viuētibus/et indiſcreto loquētibus illud publii clodii ſubſanādo ingeriᵗ:quia frugalitas boni rumoris miſeria eſt. Hi ſunt qui dum luxu-

riam vitare nolunt vel nequeunt/quicquid ꝑ virtute dicit: auaritie patrociniũ putãt. Secus quidẽ est. Luxuriã per se turpẽ nemo ambigit. Et licet frugalitas sit tanq̃ virtutũ/bonorũq; operũ origo laudabilis/nõ tamen oĩbus placet: nec credũt auaritiã malicie fomitẽ posse vitari: nisi & frugalitas fugiat. Nempe in doctorũ hec opinio est. Vt enĩ ait ethicus. Dũ vitant stulti vitia in cõtraria currũt: recedẽtes a medio vitiorũ q̃ regio virtutũ est. Sunt tamen quib⁹ frugalitas est inhibẽda vt quorũ natura ꝓcliuior est ad auaritiam. Sũt tñ quib⁹ est indicenda calcatius: nõ quia sua ꝓdigũt & ratione cõtempta effundũt: nõ discernentes quid vsus sit vel abusus. Quo quidẽ tẽperamẽto vsum esse seniũ opidiũ camisinũ in vltimo elogio: cũ filios peste cõtraria videret occupatos/refert Horati⁹. Simpliciter tñ cõstat frugalitatẽ in bonis numerãdã vtpote illã que saturno regnãte regna aurea tẽperauit/& eorũdẽ oĩa dispensauit officia. Hec est que astreã & pudicitiã in terris diutius tenuit donec eas inualescente luxu/regnãte ioue ad superos contigit euolasse. Nos hec fabula respicit vt sciamus sine frugalitate nõ posse iustitiam/aut pudicitiã cõseruari. Siquidẽ necessitas exercẽdi luxus excludit iustitiã: et exercitii voluptas pudicitiã propellit. Ait enĩ. Qui festinat ditari nõ erit innocens. Illud tñ clodii nequaq̃ denigrat frugalitatis honorẽ: sed videt potius cõmẽdare decorẽ. Cõstat enim nequaq̃ malũ esse qđ in patrociniũ et excusationẽ sinistri tumoris assumit. Sic fuscus color nigrũ extenuat/& qđ turgidũ est noĩe plenitudinis honorat. Est autẽ frugalitas virt⁹ moderatrix vtendi & abutendi ignara. Nihil gelide ministrat aut timide: sed ei tamen ratio cõstat impense. Rebus quidẽ sed sibi magis parcit. Nihil aut minimũ subtrahit vsui: sed luxurie oĩmino nihil indulget. Siquidẽ diligẽtissima est. Possunt ad cõmendationẽ eius sufficere que zeno/que socrates/que plato/q̃ aristoteles/que oĩm philosophorũ chorus de frugalitate seruãda tradiderũt. Sed quia hec ꝑuetusta noĩa sunt/aut eorũ nõ sunt p̃cepta celebria: vel seneca noster audiat: qui eã tantis laudibus effert vt quisquis aliqđ oĩno adiicere tẽtauerit: ociari q̃ aliquid agere rectius videat. Sunt tñ qui eũ cõtemnere audeãt: quintiliani auctoritate freti suũ ex eo nobilitãtes iudicium si ei detrahant qui plurimis placet vt apud indoctos eorũ gloriã videantur p̃cedere quorũ virtutẽ nequeũt imitari. Mihi tñ desipere videntur qui quẽcũq; secuti nõ venerãtur eũ quẽ & apl̃i familiaritatem meruisse cõstat/& a doctissimo patre hieronymo in sctõꝝ

Versus

De saturno seculo aureo et ioue.

Frugalitas quid est.

cathalogo positum. Vt tñ & de quintiliani possis iudicare iudicio: verba ipsius que scriptoribus enumeratis in suggillatiōem senece posuit/hec sunt. Ex industria senecam in omni gn̄e eloquentie distuli propter vulgatam falso de me opinionem: q̄ dānare eū/& iuisum quoq; habere creditus sum. Q đ accidit mihi dū corruptum/& omnibus vitiis fractum dicendi genus reuocare ad seueriora iudicia contēdo/cū iam solus hic fere in manib⁹ adolescētiū fuerit: quē nō equidē omnino conabar excutere: sed potioribus preferri non sinebam/quos illi non destiterat incessere/cū diuersi sibi conscius generis placere se in dicendo posse in quibus illi placerēt diffideret. Amabāt eū magis q̄ imitabant. tantūq; ab illo defluebant/quantū ille ab antiqs descēderat. Foret enim optandū pares ac saltem ꝓximos illi viro fieri: sed placebat propter sola vitia & ad ea se quisq; dirigebat effingenda q̄ poterat. Deinde cum se iactaret/eodē modo dicere senecā infamabat. Cuius & multe alioquin & magne ꝟtutes fuerūt: ingenium facile & copiosum/plurimū studii/ multa rerū cognitio/ī qua tñ aliqn̄ ab his q̄bus inquirenda quedā mandabat deceptus est. Tractauit etiā omnē fere materiā studiorū: nā & orationes eius & poemata/& epistole & dyalogi feruntur. In philosophia parū diligēs/egregi⁹ insectator vitiorū fuit. Multe in eo clareq; sententie: multa etiam morū genera legenda: sed in eloquendo corrupta pleraq;/atq; eo perniciosissima ꝙ habundabāt dulcib⁹ vitiis: velles enī eū suo ingenio dixisse alieno iudicio. Nā si nil equaliū contempsisset/si parū nō cōcupisset: si non sua oīa amasset: si rerū pondera minutissimis sententiis nō fregisset: consensu potius eruditorū q̄ pueroꝝ amore comprobaretur. Verū sic quoq; iam robustis & seueriore genere satis firmatis legendū: vel ideo ꝙ exercere potest vtrūq; iudiciū. Multa enī (vt dixi) ꝓbanda in eo: multa etiā āmirāda sunt. Eligere ꝟo cure sit: quod vtinā ip̄e fecisset. Digna enī fuit illa natura: que meliora vellet quod voluit effecit. Hec in senecam q̄ntilian⁹. Sed an recte senserit sapientiorū iudicio derelinquo Hoc tamē qđ ei ascribit morum multam .s. elegantiam: & si in eloquendo corruptam/neq̄q̄ arbitror detrahendū. Moralia ergo ei⁹ p̄cepta admittant: & eo gn̄e loquat quisq; qđ ceter p̄fert: & planū erit virtutū riuulos de purissimo fonte frugalitatis oriri. Legantur epistole eius/ libri de beneficiis/aut clementia: illi quoq; quos decem oratorū sententiis sub imagine declamationum scholariū illustrauit: & hi quos de naturalibus questionib⁹ edidit: & quos de philosophia

Quintiliani ꝟba ꝯ senecā. Sed ⁊ seneca ꝯ q̄ntilianū inuehit lib. x. declam. in p̄ologo dicēs ꝙ fama quītiliani cū ipso extincta est.

Nō quō q̄ntilianus deridet senecā q̄ tñ sic ipsum deridēdo ꝯmendare videtur.

Senece ꝯmendatio p̄m auctorem.

parū diligentes arguit. Quintilian⁹: vbiq; fidelis custos virtutis/vbiq; vitiorū hostis occurrit/tātus vtiq; vt eū frōto fm quosdā nepos plutarchi cui⁹ meminit in primo Iuuenalis sic. Frontonis platani cōuulsaq; marmora clamāt. Semp eū inquā sic asserit vniuersos exterminare errores vt aurea videaṫ secula reformare: & deos ab humano genere exulātes ei⁹ opera reuocatos hominib⁹/cōtracta societate miscere. Cōsentiam facile litteratiorē extitisse quintilianū: & acumine & grauitate dicēdi precedere. At ille diligētior est: & quātū in rhetoricis vinciṫ: tātū vincit in ethica. Ipse quoq; quintilian⁹ in magnis & precipuis bonis/frugalitatē ducit/& in cōmēdatione ei⁹ tantus est vt vel solus possit sufficere. Quis tn̄ est qui nō laudet? Quis nō eā necessariam credit? Ne tn̄ a luxuriosis arguar auarus frugalitatis laudator eam liberalitati credo & fateor coherere. Cicero mihi testis est: & Iulius cesar: & alii quos nemo tenacitatis insimulare p̄sumet. Aduersus hanc multa superi⁹ dicta sunt/& liberalitatis officia ex libris officiorū facile innotescūt. Vt tn̄ liberalitatis ingenue facies denudeṫ: modus ille largiendi nobilior/& laudabilior est: & absq; cōtradictione optim⁹: qui spem remunerationis excludit. Si quidē ad retributioneȝ dare a liberalitate alienū est/& cōsentaneū auaritie. Nā fenerator vt plus recipiat interdū aliquid prelargiṫ. Vnde. M. cocus. Munera que senibus viduisq; ingētia mittis: vis te munificū gargiliane vocem. Sordidius nihil est: nihil est te spurcius vno. Qui potes insidias dona vocare tuas Sic auidis fallax indulget piscibus hamus Callida sic stultas decipit esca feras. Quid sit largiri/quid sit donare docebo. Si nescis dona gargiliane mihi. Vis hoiem videre liberalem/vis veram & fructuosam largitatē audire? Deflecte oculos ad eū qui vermibus scatens iacet in sterquilinio: & testa defluentem saniem de corpore radit. Audi quid loquaṫ vir iustus & timens deum: & recedens a malo. Nō vtiq; dicit cythara & lyra & psalteriū & sambuca/& omne gen⁹ musicorū in cōuiuiis meis: nō dicit epulabar quotidie splendide: gustus p̄ cia culta querēs/sollicitudine multa contrahens vnde conficerētur stercora: aut venter distentus facile in libidies dispumaret. Nō dicit induebar purpura & bisso opere ve plumario/affectās/& i lacis acus cōplexū pectine serum/falsis inanis vite obduxit imaginibus/& vestibus fulgebā deauratis circūdat⁹ varietate. Nō dixit ad me cōfluebant vndiq; medici: mimi: balatrones: hoc genus omne/venatores clamosi: decoloratii: mendaces hystriōes

Nō laudē senece p̄ frōtonē

Nō cōparationē auctoris inter quintilianū et senecam.

De ciceronis et iulii cesaris liberalitate.

n̄ eos q̄ sub remune[...] spe donat n̄o

Iob. 1.

vaui & parasiti: edaces: meretrices dolose: rumigeruli: falsiloq: & relatores: aut concentores inanium fabularum. Nō dicit leones: vrsos alebam & simias: & huiusmodi monstra aut probra nature. Quid ergo? Nonne hec sunt quib⁹ nostre etatis liberalitas illustratur? Nūquid sine his largitas esse potest? Humer⁹ (inquit) meus a iunctura sua cadat: & brachium meum cum ossibus conteratur/si negaui pauperibus quod volebant: si oculos vidue expectare feci: si comedi buccellam meam solus & nō comedit pupillus ex ea. Si foris māsit peregrinus: & hostiū meū non patuit viatori. Si despexi pretereuntem eo ꝙ non habuerit indumentum: & absq; operimento pauperem. Si non benedixerint michi latera eius: & de velleribus ouium mearum calefactus est. Vtrum tibi videtur liberalior hic an anthonius qui liberalitati satisfieri posse non credidit/nisi gulam & totius luxurie vitia procuraret? Vides ne quia multiplici via potest auaritie suspitio frugaliter declinari. Hospitalitatis bonum commēdat Apostolus: per quod deo adeo officiosi hospites placuerūt/ vt etiam angelos hospitio recipere mererentur. Abraham descendentibus in via viris occurrit/& exercende liberalitatis optans gratiam angelos in hospitium: humilitate victos & precibus introducit. Eis tamen incentiua gule nequaꝗ apponit: nec vitulum quem de armento tollit impendiis rerum & cocorum arte fecit esse troianum. Loth quoq; luxurie punitores angelos: deuotione vrgente in domum suam egit. Et licet eis ad gulam aliam ve luxuriam non seruiret: nil tamē defuit charitati: adeo quidem vt sodomitarum furori virgines filias ꝗ hospites mallet exponere. Cū in domo thobie dies festus ageretur: vade (inquit) & adhuc aliquos de tribu nostra timentes deum. Neq; diē festum agi posse putabat nisi aliquem ad domesticum cetū charitas adiecisset. Sed in his omnibus eadem est ordinate dispositio charitatis. Quos enim per viam descendentes aspexit abraham: illis potiorem prestant auctoritatem qui in via morum lege scilicet domini gradiuntur. Et recte descendentes scribuntur quos ad visitationem & prebendam materiam promerendi ad conspectum fidelis patrisfamilias gratia destinauit. Sic & iste primo tribum suam agnoscit que dominum specialiter agnoscebat: & in ea ipsa illos ceteris prefert: non quos sanguis / aut lenocinia mundi exinaniti commendant/sed quos diuinus timor illustrat. Non vtiq; ventiloquos & vaniloquos vir sanct⁹ asciuit: sed eos qui dei quem colebat imaginem

De anthonio.

Ad hebre. xiij

De abrahā ꝗ recepit angegos i hospitio Genesis. xviij

De loth ꝗ angelos recepit i domo sua. Genes. xix.

De festo thobie. Thobie. ij

preferebant. Sed numquid diei festiuitas fratrum cetus: aut opu lentia eduliorum a gerendis pro more sanctum hominem re tardauit? Vtiq; in ipa letitia conuiuantiū increpatus a fratrib⁹ hebreū quē ab impiis percussuꝫ audierat: post solis occubitū qa

Thobie.ij.

ante non licuit: ꝑfectus est sepelire. Nec veritus est offensā prī cipis: dū expleret officiū charitatis. Illi plane consimilis: qui i se & sobole q̄ in hospitibus recipere maluit/a cōciuibus luxuriosis

Luce.xxiiij.

insignē iniuriā. Discipuli quoqꝫ persuasionibus vsi sunt: vt dn̄m volentem ire longius hospitio detinerent: & nobis hospitalita tis formā prescribētes exemplo coegerunt eum: visiq; sunt ei lo cum cessisse primū: quē postea agnouerūt dn̄m in fractione pa nis. Alias nāqꝫ delitias nisi quas forte necessitas exigebat ei nō legimus fuisse appositas. Britānia quoqꝫ nostra ꝑduxit albanū ab officio hospitalitatis insignem: qui seipm̄ maluit tyrannorū exponere telis: q̄ hospitē quē susceperat xp̄ianū. Quid de fideli bur loquor cū & infideles consueuerūt etiaꝫ aduersus hostes & ꝓꝑo periculo patrocinari: quos īfra quatriduū hospitio suscepis sent. Criminis enī cōtrahebat notā quisquis ante quintū diē ho sti.i.peregrino humanitatis patrociniū denegabat. Auctore q; dē cicerone ob equitatē hospitibus exhibendā hostis dicebatur antiquitus quē modo peregrinū dicimus. Cui quisqs fuerit ihu manus/de iure antiquo iniqu⁹ est. Declarant hoc legū tabule: & titulus iuris: qui est statut⁹ dies cū hoste. Qui ꝟo humanitatē exhibet hospiti: & charitatē implet: nihil eorū subtrahit: que ra tio ꝑmittit exponi. Effundit quidē in hospites viscera sua: sꝫ me mor officii si discretus est: ad turpia non impellit: nec vrget quē

Nō ad q̄d te net hospes pe regrinus reci pienti eum in domo.

piam in id in quod se nollet vrgeri. Est itaqꝫ in hospitem ꝑegri nū omnis humanitas: & sobria liberalitas exercenda: & indige ne grām hospiti pleniorē referre debet/tenaci beneficiorū me moria ꝑegrinus. Hanc quoqꝫ gratiā nec aduerse religionis: nec

Nō de beato gregorio.

precedentis inimicitie titulus perimit. Nam & beatus Grego rius/neocesariensis episcopus/cum vrgente temporis & ꝓcelle angustia in alpibus interceptus in fanū apollinis qui ibi ab idi genis colebatur diuertisset: & a sacerdote loci licet prophano of ficiosissime except⁹ esset hospitio: memor officii & hospitii: ap pollinem quē suspenderat a responsis & ludificationibus aīaꝝ/ sacerdotis p̄cibus relaxabat. Siquidem apud Eusebiū cesariēsē in eccl'iastica hystoria poterunt hec plenius inueniri. Eoqꝫ refe rente constat ꝙ sacerdos querulus beatū gregorium prosecutus & agens aduersus eum ingratitudinis et exprobrans humani

tati sue iniquo pōdere esse repēsum. Hāc a sancto viro ad appollinem suū epistolā reportauit. Gregori⁹ appollini. Permitto te redire ad locū tuū: & agere q̄ cōsueuisti. Cū ergo idolo sacerdos epistolā reddidisset: solutus demon respōsis more solito ludificare cepit. Vnde sacerdos āmiratus illi⁹ maiestatē cuius serui humiles possunt etiā sic diis gentiū īperare: & verbo suspēdere et torquere/cōtēpto appolline suo: sequēsq₃ gregoriū adhesit ei: factusq₃ est discipulus xp̄i q sacerdos appollinis fuerat: ita in fide & religione ꝑfecit: vt beato gregorio credatur in regimine neocesariensis ecclesie successisse. Et sicquidē sedulitas hospitis humane prius: deinde salubriter remunerata est. Postremo & si vrbanitatis in hospites exercēde apud ethicos regula nulla esset. beat⁹ Benedict⁹ in capitulo de hospitib⁹ frugalē humanitatem nō modo religiose: sed etiā comiter & vrbane videt̄ exprimere. Hoc tm̄ ꝙ in libro cōsuetudinū Cysterciēsiū apud plerosq₃ legit̄ & tenet̄: qđ ad duos articulos spectat hospitalitatis instituēde ab omi ciuilitate ne dicā humanitate alienū est. Si tamē verū est hoc in tante ꝑfectionis cōsuetudinibus inueniri: vt nec carnes apponātur hospitib⁹/nec ꝑpter eos aliquid ematur: cum et ipsa ieiunia ꝑpterr hospitē ꝑfectio soluat/& in multis de rigore suo plurimū indulgeat charitati. Ethicus quoq₃ in eo fidelius et familiarius videt̄ insistere virtuti ꝙ statuit vt ea que intus sunt hospitib⁹ hylari modestia apponātur: ꝙq₃ domi nō est et habet vicinus emat̄. Crediderim satius esse & ꝑfectius vt se ipsam paululū virtus soluat: modesteq₃ desipiat. Nā & in loco desipere: vt ait ethicus interdū dulce est/& tā virtuti cōsentaneum q̄ humanitati. Augustin⁹ quoq₃ & Hieronym⁹ ad hāc rem ꝑtinētia multa ꝑponūt. Sed & beat⁹ Gregori⁹. electionē cuiusdam q̄si auari reprobat: eo ꝙ audierat ip̄m ad charitatē domui sue exercēdā neminē inuitasse. Nec tm̄ crediderim ꝙ tātus pat̄ luxuriosum ꝯuiuiū vellet instrui inuitatis. Quis ergo ambigit auariciā frugaliter posse declinari? Aut quis audebit abraham loth. thobiā & iob: auaritie nota respergere? Beati Iob descriptionē audisti: nunc si vis audi quō Marcus celius describit anthoniū. Ingrediētes (inquit) ip̄m offendūt temulēto sopore ꝑfligatū: totis p̄cordiis stertentē: ructuosos sp̄us geminare: p̄claras q₃ cōtubernales ab oībus spōdis transuersas incubare/& reliquas circū iacere passim: que tm̄ exanimate terrore ab hostiū aduentu percepto excitare anthoniū conabātur: nomen inclamabāt: frustra ceruicib⁹ tollebāt: blādius alie ad aurē/alie vehemē-

De regula btī bn̄dicti erga hospitalitatē. De cōsuetudine cisterceñ. ī hospitalitate.

Augustinus. Hieronymus. Gregorius.

Nō turpitudinē anthoniȷ̄ et vide. ī. ca. ꝑximo. post p̄n.

tius inuocabant: nōnulle etiam feriebant. Quarū cū oim vocē tactūq; cognosceret ꝓxime cuiusq; collū amplexu petebat: neq; dormire excitatus: neq; vigilare ebrius poterat: sed semisōno sopore inter manus centurionū concubinarūq; iactabatur. Hec q; dem aut vera fuerunt: aut veri similia. Nihil eni his neq; credibilius fingi neq; vehemētius exprobrari: neq; manifestius ostēdi potuit. In summa ergo aut virtuti īsistendū est: aut de gloria desperandum. Gloria siquidem aliunde non prouenit.

¶ Q; nihil ad gl'iā fructuosi⁹ est laude & fauore bonoꝝ & maxime scriptorū & φ turpiū familiaritas nō tā prodest quā obest: & φ vno bn̄ficio vel dicto gl'ia ꝓpagatur. Cap̄. XIIII.



INterest sane inter cupiditatem glorie humane & cupiditatis ardorē. Nā licet ꝓcliues sint vt qui humana gl'ia nimiū delectant̄: etiā dn̄ari ardenter affectēt: tn̄ qui verā licet hūanaꝝ laudū gl'iam concupiscūt: dant opam bene iudicantibus nō displicere. Refert enī plurimū: qs/ cui/& vnde placeat: nec est ab eo laudari gloriosū: cuius familiaritas ignominiam redolet: laus vnius studiosi multis profecit: & suffecit ad gloriā & multorū sepe cōmendatio infamiā peperit. In rethoricis locus est celebris a conuictu morūq; similitudine3 indicat & ab ea amicitie & cōmēdationis manare originē sepe proditum est. Nolo (inquit) sapiens ab his laudari: quoru3 laus vituperium ē: nec ab his culpari vereor: quorū criminatio laus est. Cū ergo hystriones mimi: parasiti & hmōi ineptie hominū nihil/iudice vita/laudabiliū ꝓbent: nōne perspicue desipientie est illorū/vt quis fulgeat: aucupari fauorem: qui sordibus obsiti sunt/& quoru3 gratia nisi per turpia acquiri nō potest: huiusmōi mōstris hominum amplissimum patrimonium pompeii & fere totius orbis opes cōtulit marcus anthoni⁹ & tn̄ eorū p̄coniis nō clarescit: sed eo sordidior occurrit posteritati. Si vnius sapiētis/si scriptoris egregii grām meruisset/aliquid celebre illi⁹ manasset ad posteros. Virgilius/marcelli citra magna virtutū merita ꝑpetuauit gl'iam/& poetica licentia fidem peruertēs hystorie didonē licet pudicissima fuerit/hospitis quē ex ratione tēporum videre non potuit incesto amore/ꝑsuasit posteris fuisse corruptam. Nisus & eurialus nr̄am nō attigissent etatem: nisi eos obliuioni diuina maronis carmina subduxissent. Implet adhuc ꝓmissi fidem/& noīa eorū situ nō patit̄ aboleri. Viuite felices si quid mea carmīa possūt. Nulla dies vnq̄ memori vos eximet euo. Quid est ergo φ q scurrarū viliūq; mancipiorū ignominie:

Nō curādum de laude bonorū & despiciendū cōmendationē & vituperationē viliū.

In. vj. eneid. circa fi.

Q; dido ꝑ ene am nō fuerit corrupta.

tanto sumptu cōducant gratiam/honestis viris peritisq; & maxime scriptorib⁹ placere non appetunt? Nunquid suas ineptias transmitti volunt ad posteros. Ignotus esset lucilius nisi eū epistole senece illustrarent/laudibus cesareis plus virgilius & varius lucanusq; adiecerunt q̄ immensū illud erariū quo vrbē & orbem spoliauit. Nemo prudētiam itachi/aut pelide vires agnosceret/nisi eas homerus diuino publicasset ingenio. Vnde nil mihi videtur consulcius viro ad gloriam properanti: fideliū fauore scriptorum nihil stultius q̄ captare tigelliū qui nec suā potis est redimere famam. Sūt autem multa in moribus bona de quibus multi bene iudicant q̄uis ea multi non habeant: & quo rariora eo predariora sunt: per ea ergo nituntur quidam ad gloriam: ad imperium: ad dominatiōem. Quisquis autem sine cupiditate glorie (qua veretur homo bene iudicātibus displicere) dn̄ari atq; imperare desiderat etiā per aptissima scelera querit plerūq; obtinere quod diligit. Proinde qui gloriam cōcupiscit/aut vera via innititur: aut certe dolis & fallaciis cōtendit: volēs videri bonus esse quod non est: & ideo virtutes habēti/magna virtus est contēnere gloriam: quia contemptus eius in conspectu dei est/iudicio autem non aperitur humano In laudatorib⁹ autem suis q̄uis paruipendat q eum laudant: non tamen perui pendit q eum amant: nec eos vult fallere laudātes: ne decipiat diligentes. Ideoq; instat ardenter: vt potius ille laudetur a q̄ habet homo quicquid in eo iure laudatur. Qui autem glorie contemptor/dominationis est auidus/bestias superat: siue crudelitatis vitiis: siue luxurie. Tales quidem teste magno patre Augustino romani fuerunt. Nam cum eorum vitia percurruntur/gens nulla deterior/cum virtutes: nulla potior īuenitur. Alias tamen gentes non crudeli dominio: sed mansueto subiugauerunt imperio: & qđ moderatio acquisiuit: aut crudelitas aut luxuria p̄didit/non enī existimationis amissa dn̄ationis cupiditate caruerūt: sed huius vitii summitatem: & quandam quasi arcem nero cesar primus obtinuit. Cuius tanta fuit luxuries vt nil putaretur ab eo virile metuendum: tanta crudelitas/vt nil molle habere crederetur: si esset ignotus. Nemo eo gulosior: nemo cautorum & hystrionum similiūq; magis gaudebat consortio/nemo luxuriosior. Siquidem vt se vendicaret a cultu & liberalitatis imagine/nullam vestem bis īduit. Quis tamen adeo perditus est: Vt ipsum laudet? Demosthenes anteq̄ virtus eius eloquii innotuisset/Cultus operosioris dicitur appetisse

Q͂ epl'e senece notū fecerīt lucilium.

Q͂ homer⁹ sapientiā vlixis et vires achilis p̄petuauit.

Ꝗ ꝺ excessum vitiorū ꝛ virtutū in romanis

Neronis vitia

nitorem: sciens quia purpura causidicum vendit. At post q̃ noticiam & famã assecutus est eloquentie: toga contentus est: dicens se velle sibi a se/potius q̃ a nitore vestiũ: aut cultu exquisito gloriã constare. Omnis aristippũ decuit color & status & res. Quolibet indutus celeberrima per loca vadit. Quẽ eni ꝓprius attollit honos/vilitas aliena non deprimit. Emendicatum laudis videtur esse suffragiũ: quod ab extrinsecis pendet. Profecto vnius egregie ꝟtutis titulo quisq; clarescit: q̃ splendidissimo luxurie indumẽto & omni lenocinio vanitatis. Cũ ergo virt⁹ oĩs a se polleat: iusticia clarius enitescit: huius rei/ themistocles testimonio est & exẽplo. Qui cũ saluberrimo consilio atheniẽses in classem migrare coegisset: xersеq; rege & copiis eius grecia pulsis/ruinas patrie in statũ pristinũ reformaret & opes: clãdestinis molicionibus ad ṗncipatũ grecie capescendũ nutriret/ dixit in cõcione se habere rem deliberatione sua prouisam/ que si sortiretur effectum nihil maius aut potẽtius pplo atheniensi futurũ asseruit sed eam vulgari nõ oportere/postulans aliquẽ dari cui tacite exponeretur. Ei ergo datus est aristides: vel vt aliis placet aristotiles & si supputata tẽporis ratio iudicet themistoclem & aristotilem coeuos non fuisse. Is aũt postq̃ cognouit eũ velle incendere classem lacedemoniorũ que subducta erat apud gitteum: vt ea consumpta dominatio maris ipis cederet: ꝓcessit ad ciues & retulit themistoclẽ: vt vtile cõsiliũ ita minime iustum animo voluere. E vestigio vniuersa cõcio clamat id ꝙ iustum non est minime expedire: eumq; iussit desistere ab icepto. Sic ergo edicto ciuium antelata est iustitia prudentie: immo & non esse prudentiam: sed potius calliditatem: cui iustitia aduersatur. Zaleucus vrbe lodẽsium a se saluberrimis atq; vtilissimis legibus munita: cum filius eius adulterii crimine damnatus sm ius ab eo constitutum/vtroq; oculo priuari debuerit: ac tota ciuitas/in honorem patris/necessitatem pene adolescentulo vt remitteret: aliquãdiu repugnauit. Ad vltimum populi precib⁹ euictus: prius suo eruto: deinde filii oculo/vsum videndi vtrisq; reliquit. Ita supplicii modũ debitũ legi reddidit equitat( ammirabili temperamẽto/ se inter misericordẽ patrẽ & iustũ legislatorem ptitus. Nonne memoria taliũ fidelius inheret mentib⁹ auditorũ q̃ si nebulonũ aluissent exercitũ aut mutatoria vestiũ/ impite multitudinis aspectib⁹ ingessissent? Age quid solonis prudẽtia meruit: felicitatis (inquit) iudex/dies vltim⁹ est/& appellationis honorem sapienti confirmat rogus: si quidẽ rerũ ini

Margin notes: Justitie cõmẽdationes. — Job. xxxvi. — Nõ pulchra verba solonis de fine cõside rando.

tia debētur fortune philosophiā solus consecrat finis. Idem. Nihil hoi metuēdū: nisi ne philosophiam finis excludat. Vñ cum ex amicis quendam grauiter merentem videret: perduxit i arcē: hortatusq; est vt per oms subiectorū edificiorū partes oculos circūferret. Deinde cogita nūc tecum (inquit) q̄ multi luct⁹ sub his tectis & olim fuerint & modo versentur & in sequentib⁹ secu lis sint futuri/& mitte mortaliū incommoda tanq̄ propria deflere. Quia si recte intēdas vrbes nihil aliud sunt q̄ humanarū cladiū miseranda consepta. Rex etiam ille subtilis iudicii/ quē ferunt auctore valerio traditū sibi dyadema priusq̄ capiti imponeret recentem pannū diu considerasse atq; dixisse o nobilē magis q̄ felicem pannū/quē si quis penitus cognoscat: q̄ mult( sollicitudinibus & periculis & miseriis sit refertus: ne humi quidē iacentem tollat: Aristophanes quoq; non oportere (inquit) i vrbe nutrire leonem. Sin aūt alitus sit obsequi ei cōueniri. Monet enim vt p̄cipue nobilitatis/& concitati ingenii iuuenes refrenētur: nimio ẜo fauore ac ꝓfusa indulgētia parti: quo minus potētiam obtineant ne impediantur quidem/qđ stultū & inutile sit: eas obtrectare vires quas ipse foueris. Aristoteles quoq; calistenem auditorem suū ad alexandrū mittens hortatus est: vt cum eo nunq̄ aut iocundissime loqueretur: quo scilicet apđ regias aures: vel silentio tutior vel sermone esset acceptior. At ille dum alexandrū persicca salutatione exultantem obiurgat: & mores eius studet componere/vita priuatus est. Idem aristotiles de se metipso in neutrā ꝑtem loquendum esse dicebat: qm̄ laudare se vani & vituperare stulti est. Agegilaus cum aduersus rēpublicam lacedemoniorū ortam seditionē de nocte cōperisset/ leges ligurgi continue abrogauit: que de indēnatis suppliciū sumi vetabant. Comp̄hensis aūt & interfectis sontib⁹ e vestigio easdē restituit simul vtrūq; ꝓuidens ne salutaris animaduersio: vel iniusta esset: vel iuste impediretur. Hannibal nauali prelio vict⁹/ timens amisse: classis penas dare: offēsam auertit astutia: nam ex illa infelici pugna priusq̄ nuncius mali domū venerit: vnum ex amicis misit carthaginem qui curiam ingressus quesiuit statim an cū romanorum copiis que superuenerunt/ oporteret dimicari. Senatu vero acclamāte oportet/dimicauit (inquit) nūcius & superatus est/non relinquens eis liberum vt damnarent factum/quod ipsi iudicauerant faciendum. Giorgias leōcius/ysocratis/& complurium magni ingenii virorum/preceptor: ea innocentia vixit: vt centesimo & septimo anno interrogatus qua

Pulchra merētis ꝯsolatio s̄m Solonē.

Pulchra regū diademat[is] cōsideratio.

De iuuenibus nobilibus nō alēdis in ciuitate.

Nō ꝯsiliū aristotelis cum dn̄is nūq̄/aut iocūdissime loquēdum esse.

Nota ꝯsilium aristotelis neminē se laudare vel vituperare debere.

Hānibalis ꝓuisio q̄ nauali ꝑlio succubuerit.


re tam diu vellet invita manere: quia nihil (inquit) habeo quod senectutem meã accuset. Hoc credo accidisse ex gratia: & multa peritia litterarũ/quibus etate sua prestabat adeo vt prim⁹ in conuentu poscere ausus sit/qua de re/quisq; audire vellet. Vnde & ei in templo delphici appollinis vniuersa grecia statuam ex solido auro posuit: cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset. Occurrunt multa huiusmodi que laudis vere poterunt p̄stare materiam: si quis antiquorum nafredicta: vel facta strategeminata & strategematica quoq; recenseat. Ceterum qa strategemmatum sepe mentio facta est/ & res nominis nõ vsq̄q; cunctis innotuit: valerius maximus strategeminata sic diffinit vt dicat: quia est pars calliditatis egregia & ab omni reprehensione procul remota: cuius opera/quia appellatione vix apte exprimi possunt/greca pronunciatione strategemata appellantur. Proprie tamen strategemmata sunt: que ad rem pertinent militarem: nam & ab eo dicuntur stratilates. Que vero contra proprie appellationis notam/ad res alias pertinent. Iulio frontino teste strategeminatica appellãtur. Distat enim strategeminaticum a strategemate/quomodo genus differt a specie. Redit iterum publius clodius: vt ipsius pauca subiiciam: quorũ vel minimum dixisse maius est: & fructuosius ad gloriam/q̄ fecisse qđ faciunt/qui seipos euiscerant ob inanem laudis amorẽ. Ait ergo. Bñficiũ accepit dando/qui digno dedit. Feras/ nõ culpes: quod imitari nõ potes. Cui plus licet q̄ par est/plus vult q̄ licet. Comes facundus in via pro vehiculo est. Frugalitas est misia rumoris boni. Heredis fletus: sub persona risus est. Furor fit sepius lata patientia. Improbe neptunũ accusat: qui iterũ naufragiũ fecit. Nimium altricando veritas amittitur. Pars beneficii est quod petitur si cito neges. Ita amicũ habeas vt posse inimicum fieri putes. Veterẽ ferendo iniuriam inuitas nouã. Nunq̄ periculũ sine periculo vincit̃. Necesse est vt multos timeat: quẽ multi timent. Postremo vel tenui virtutis iudicio siue in verbo siue in opere fama protenditur/& virtute relicta q̄tuslibet sumptus non tam gloriam q̄ ignominiam parit.

Iuli⁹ frõtin⁹.

Nõ pulchra verba. P. clodij de quo facit mẽtionẽ seneca epl'a. viij p:ope fi.

¶ Honestatem aut solam aut pre ceteris expetendam: & in ea tota liberalitati locum esse p̄cipuum/& econtra auariciam glorie plurimum aduersari.

Capitulum. XV.



Icut aũt gloria q̃ est vt ciceroni placuit/frequẽs fama cum laude: a radice v̾tutis oritur & ipsius lumine dũtaxat illustrat̃/ita ignominia: cõfusio: & si quid aliud dedecet a vitio trahit originẽ & ꝓuectũ. Siue enim aut sola honestas bonũ sit: vt stoicis quibusdã placet: siue p̄cipuũ & pre ceteris expetendũ/sicut asserunt paripathetici. Hoc vsq̄q̃ indubiũ est: quia nihil expetendoꝶ aduersatur honesto: laudantur cetera & non insipienter optant̃: vt bona valitudo: clarꝰ sanguis: rerum copia: sed nihil horũ turpem: aut inhonestũ hoiẽ/facit esse laudabilem. Siquidem de valitudine bona vires: de viribus temeritas: de temeritate violentia: de violentia stimulus vltiõis/quasi odii & bellorũ fax accensa inflammat̃: sequiturq̃ iustitie contemptus: legum preuaricatio: & concussio inquieta publici status. Clarus sanguis elationẽ parit: potentiã affectat: conculcat inferiores: pares contẽnit: sup̄iores habere dedignat̃: loquit̃ grandia: totus tumet: alto magnoꝶ sanguine/tanq̃ fecerit ip̄e aliquid/ꝓpter q̄d nobilis esse debeat sui immemor: eorũ que retro esse vidẽtur obliuiscitur/& se in ãteriora sine cultu virtutis ridiculis trasonis imitator extendit (inquit) ethicus: malo pr̃ tibi sit tersites/dũmõ tu sis/Eacide similis: vulcanaq̃ arma capescas. Q̃ te tersite similẽ ꝓducat achilles. Nolo tñ vt in iniuriã suã dictũ noster symonides opinet̃. A ttauis quidẽ editꝰ regibꝰ & capitolinis gñosior: & marcellis & oibꝰ ad podiũ spectãtibus & quasi a puriorib̃ꝰ & felicioribꝰ ouis exclusꝰ erupit: germãis & vterinis: vt ei attestant̃ lõge nobilior est. Crediderĩ facile q̄cq̄d sincerũ & defecatioris nature in massa gñis eius ab ĩitio extitit: in ip̄m vt quasi gẽtis sue stella p̄fulgeat cõfluxisse. Q̄d v̾o fetulentiꝰ & obscuriꝰ resedisse in germanis/& vterinis: letãt̃ tñ sicut in claritate illiꝰ: sic i ꝓp̄a abiectiõe/ne nobilitate gñis cũ res exegerit ex causa cognationis ꝓhibeant̃: cũ finitimis mr̃imonio copulari. Cesserũt ergo simõide/reges & p̄sides/p̄ncipes tribunos: cẽturiones & p̄mos ꝓuinciaꝶ: sua mediocritate cõtenti: nituntur virtute sua/nihil in officiis legittimis vile ducunt: aut ignominiosum & culine si res exegerit nõ dedignant̃ hr̃c memoriã: aut peritiã exercẽ: recolũt: q̄a aialia muta non gñosa putat quis nisi fortia. Nẽpe volucrẽ: sic laudamꝰ equũ facili cui plᷓma palma. F eruet & exultat rauco victoria circo. S3 venale pecꝰ corinthi posteritas & hirpini si rara iugo victoria sedit dños precĩis mutare iubent̃. Exiguis/tritoq̃ trahunt epyredi a collo. Siquidem nobilitas sola est atq̃ vnica virtus: ergo generositas &

De bona valitudine/7 ꝯ eã

De claro sanguine/et ꝯ eũ.

Juuenalis in n.viij.satyr.

Symonides.

Oia ista sunt carmina iuuenalis in p̄dic. satyra.

clari sanguinis lumen: & si ea magnum quid esse per se symonides glorietur/nihil aliud sunt q̃ morum manifestatio: gloriosa quidem si boni fuerint/ignominiosa si mali. Hoc tamen vnum meo iudicio quicquid ille sentiat bonũ habet generositas: ꝙ necessitatem indicit probitatis. At rerũ copia nunc auaritiã accēdit/nunc in exitiũ & exterminiũ sui/luxuriam instruit: hui⁹ ingeniosa gula est: hec ad predaꝫ strepitũq́ꝫ lucri suffragia ꝟtit: vt sit venalis popul⁹ venalis curia patrũ. Hec vires soluit & vtrũq́ꝫ sexum frangit in venerem: legis & nature impio reluctaẗ. Hãc abrogat: extinguit & sepelit. Hanc infatuat/eneruat & subuertit: lex ergo ipĩ non est & ei natura fere ociosa & ebria est. Querit se natura nec inuenit. Oĩbus ergo scorta placẽt/fractiq́ꝫ eneruĩ corpore gressus: & laxi crines & tot noua noĩa vestis. Queq́ꝫ virum querit. Sed vtinã in hac dñatione luxurie inueniãẗ viri vel mulieribus similes: nature tñ aut legi optempantibus. Ex his patet quia nec valitudinis: nec generositatis: nec copie: laus prima est: sed ꝟtutis cuius hec instrumenta sunt: & ideo appetēda. Siquidẽ non decet naturam: que virtutem aut solã aut fecit pre ceteris expetendã: ei non expetenda fecisse instrumenta. In eoq́ꝫ rectius videtur sentire paripathetici/ꝙ cum virtutē suis fateantur ad exercitiũ agendorum egere instrumentis/ipã quoq́ꝫ instrumenta & si ꝓpter aliud fatentur expetenda. Stoicis tamē placet sibi ꝟtutem sufficere ad beatitudinem: nec ego eos erroris arguo: sed expeditiorem dico ꝑ instrumẽta ꝟtutē. Ceterum vt al'as dixisse memini cũ oĩs virtus gratiosa sit: liberalitas gratissima est: eo ꝙ plurimis ꝓdest & certe vbi facultas deest: effũdit viscera.i.ꝓprium largitur affectũ. Alioqñ quõ iuxta apostolum in eo charitas manet/qui pulsante necessitate ꝓximi mentis viscera claudit? Econtra ingratissimum est & odiosissimum vitium ꝙ nec effectu prodest aliis/nec affectu. Hec est auaritia latentium indagatrix/lucrorũ/manifeste prede auidissima vorago / neq́ꝫ habendi fructu felix: & cupiditate querendi miserrima. Quid non mortalium pectora cogit auri sacra fames: heriphile/viri vitam/auro distraxit: suam philippo vendidit grecia libertatem. Et in ipsam Valerius maximus his exemplis inuehitur. Cum ad modum locupleti.l.munitio basilio/falsum testamentum quidam in grecia subiecisset/eiusdemq́ꝫ confirmandi gratia potentissimos ciuitatis nostre viros Marcum crassum/ & Quintum Hortensium: quibus minitius ignotus fuerat / tabulis heredis inseruisset: quãq̃ euidens fraus erat

Marginal notes: De rerũ copia (beside "cessitatem indicit probitatis"); i. Joan. iij. (beside "dit viscera"); De auaritia. (beside "vitium ꝙ nec effectu"); Virgil. li. iij. eneyd. (beside "rima. Quid non mortalium")

tamē vterq3 pecunie cupidus facinoris alieni munus non repudiauit: Quā tñ culpā q̄ leniter retuli: lumina curie: ornamēta fori qd̄ scelus vindicare debuerant, in honesti lucri captura inuitati auctoritatibus suis texerunt. Verū aliquāto maiores vires in quinto cassio exhibuit: qui ī hyspaniā syllīū & albinū purinū occidendi sui gratia/cum pugionibus deprehensos/quinquagies sextertiū ab illo: ab hoc sexagies pactus dimisit. An ne dubites si alterū tantū daretur/iugulum quoq3 suū3 equo animo illis fuisse prebiturū? Ceterum auaritia ante oēs vitii septimulii precordia possedit: qui cum gay gracci familiaris fuisset: caput eius abscindere & per vrbem pilo fixum ferre sustinuit: quia apimi⁹ consul auro ipsi repensurū edixerat. Sunt qui tradāt liquato plūbo eū cauatā partem capitis quo ponderosius esset explesse: fuerit ille seditiosus: bono pierit exemplo: cliētis tñ scelesta fames in has vsq3 iacētis iniurias/esurire non debuit. Odiis merita septimulii auaritia: ptholomei aūt regis cyproꝝ ꝓsequēda risu: nā cum anxiis sordibus magnas opes corripuisset: ꝓpterq3 eas periturū se videret: & ideo omni pecunia īposita nauibus in altum ꝓcessisset vt classe pforata suo arbitrio perirēt/& hostes p̄da carerent: non sustinuit mergere aurū & argentum: sed futurum necis sue premiū domū reuexit. Proculdubio hic non possedit diuitias: sed a diuitiis possessus est. Titulo rex insule/aīo pecunie miserabile mancipiū. Hec valerius. Sed possunt etiam nequiora auaritie inueniri exēpla. Siquidē ꝓphete oculos/cupiditas excecauit/& pecunia corrupt⁹ Apostolus dñm innocentē crucifigēdum tradidit manibus impiorū: potest quidē deturpari verbis: sed nō satis: quia deformior est & turpior: q̄ vt ore humano possit exponi. Ideoq3 & est auaritia studiosi⁹ declināda: quia tenacius inheret ab imagine vtilitatis/& pniciosius nocet ab exterminio charitatis. Inde est ꝙ ridiculam & miserādā3 cū senibus cōtraxit familiaritatē: vt quominus egēt auidius cōcupiscant/& quo reb⁹ sunt citius chariturí: eas ptius ministrēt vtilitati. Nam & manus in iuuētute porrecta ad dandū: in senectute cōtrahitur. & q̄ in iuuētute contracta est: aut nunq̄ aut raro in senibus dilatatur. Cum v̄o eis beneficio nature/libertas vicina immineat/ seip̄os vano timore miserrime subiiciunt seruituti. Siquidē dyogenes ait. Indigentia nature fortunam non timet. Beatus quoq3 Hieronymus. Grandis (inquit) exultatio est anime/cum paruo contētus fueris: mundum habere sub pedib⁹/& omnē eius potentiam: epulas libidinosas & ea ꝓpter que diui-

De septimulio gayo gracco.

De ptholomeo rege cipri

Senū auaritia.

Diogenis dictum.

Hieronymi dictum.

tie comparanť/vilibus mutare cibis & grossiori tunica cōpensare. Hec quidē laudabilia sunt: si non fiant ad famā: sed ad conscientiam que oīa equanimiter portat. Vt enim ait xenophon. Conscientia iusti sit maledicta contēnere: vsus ergo rerū laudabilis aut culpabilis est/ rerū dūtaxat differentia. Vnde diaspenis. Pecunia profuso decus/auaro suppliciū est. Fugienda sunt (inquit macrobius) omnibus modis/& abscindenda igne & ferro: totoq; artificio separanda/languor a corpore/ impitia ab animo: luxuria a ventre: a ciuitate seditio: a domo discordia: & in commune a cunctis rebus intemperantia.

Xenophontis dictum.

Diaspenis dictum.

Macrobij dictum.

¶ De quattuor fluminubus que de fonte libidinis oriuntur epycureis: faciuntq; diluuium quo fere mūdus mergatur: & de aqs contrariis: & de vestibus esau.

Capitulum. XVI.

EO quidem hec vniuersa concurrunt vt ostēdatur quietum statū in rebus publicis aut priuatis nisi a fōte sapiētie quicqd sentiat epycurus prouenire non posse. Hanc enim esse ortum delitiarū vberrimū superius dictum est: de quo quattuor vtutum flumina oriuntur. E diuerso & epycureorū ortus fontem suū habet libidinem qui & ipse partiť in quattuor flumina que irrigant vniuersam hanc vallem lachrymaꝝ & miserie: in quā eiectus est exul: qui quod libuit q̄ quod licuit facere p̄elegit. Et quideꝫ quasi vnus riuus est amor habendi quo ad sufficientiam rerū copia queritur: in quo auaritia laborat/preter licitū possidere vł scire. Alter vero luxurie lenocinia diffundit: & defluit in varias voluptates/ dū ad trāqllitatis & letitie gaudia tendens aspirat. Tertius vires colligit/q̄bus tueať nature libertatē/& cuiusuis molestie ꝑpulsare possit iniurias/& cū viribus habundauerit: ꝑsilit in odibilem tyrānidis venā. Quartus ab appetitu celebritatis & reuerentie: dum eminētiam querit: fallaciter intumescit. Hec sunt quattuor flumina que infundūt & circūeunt orbē/& de fonte ꝑuerse volūtatis scaturiunt: qui sedem habēt in imo & originē contrahūt a luto vanitatis. Cū autem excreuerint: diuersos ex se pariūt riuos & quasi intumescentibus aquis diluuii mundum obruunt: animantia ꝑimūt: & sic oīa delent: vt terra videri possit in solitudinem redigenda: nisi quia paucas id est octo animas resurrectionis scꝫ filios domus dn̄i archa conseruat. Hi sunt vtiq; quos ex omni carne dn̄s preelegit. Verūtamē qui sunt in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabūt. Et quidē amor cō-

Quattuor flumina libidinis. de qb᷒. ḋ. eo. Auaritia. Luxuria. Tyrannidis. Cupiditas dominandi.

ps. xxxj.

modi de quo predictum est: has quasi mare altum fundit aquas ꝯ.lib.vij.c.xv.
& inualescente malicia velut cataract( celi apertis/varias pluit dominus in augmentum diluuii delinquendi occasiones: ꝑmittens vt subtracta gratia qui in sordibus est sordescat amplius. Apocal.vlti.
& quem proprio committit arbitrio quasi vlciscens ferit. Non ꝙ appetitū cōmodi si temporatus sit/dicam esse culpabileꝫ: aut copiam rerum sufficientē: aut letitiam mentis: aut naturalē libertatis amorem: aut eminendi meritū ducam in crimine: sed nihil istorum qđ pollicetur affert/ eo quidem modo quo queritᵉ cōtrariū potius operatur effectum. Hec autem omnia bona sūt si eis docente gratia recte filius aduersus carnē luctans & sāguinem: & a patre gaudii & exultationis benedicendus vtatur: & eisdē quasi florido frugifero & iocundo induitur indumento. Si vero sanguineus frater carnalisꝗ contēnēs matris gratie familiaritatem: hec oīa morū indumēta vsurpet: nec fragrāt: nec decent: nec pascendo reficiunt. Et hoc est forte ꝙ vestes esau placuisse scribuntur in iacob & eis ante non vsus: aut odorem suauitatis dedisse patri non scribitur esau: nā dum bonis abutitur sensibus integris/gratus esse non potest. Ergo vana bonorū species nec satiat: nec letificat: nec liberat: nec exaltat. Porro aduersus luxuriā/auaritiā/& xenodochiā: quedā supius dicta sūt. Viriū affectatio quodāmodo hactenus mansit intacta. Que & si libertat( & celsitudinis videatur afferre suffragiū/a veritate vtriusꝗ perniciosius abducit errantem. Hec est enī que perniciosissimā inducit pestem/& tyrannidis procurans ortum: compagem qetis & pacis qua nihil salubrius est: molitur extinguere. Siquidē hec flumina charitatem extinguūt his quibus vita negatur. In his tantalus laborat in fabulis citra satietatem/& sermo ꝑpheticus degentium in his aquis increpat sitim. Sitiētes igitur ad aquas inuitat oppositas: que a spiritū profluunt absꝗ commutatione gratis accepturus a gratia vinum & lac. Quare (īquit) appenditis argentum non in panibus: & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me & comedite bonū: & delectabitur in crassitudine anima vestra: non vtiꝗ in illa in qua delectationem non habet anima/sed caro. In illa ī qua recalcitrauit dilectus: incrassatus: impinguatus: dilatatus: sed in qua benedicitur filius: vt in rore superuenientis gratie: & pinguedine liberi arbitrii/ voluntatem dei prudenter intelligat: potenter impleat: toleret patienter. ❡ He itaꝗ impinguantes & dulces aque sunt: & que alias omnes temperant/quia his salsuginem

De vestibus esau. (margin, beside "placuisse scribuntur")
De tantalo. Esaie.lv. (margin, beside "In his tantalus")
Ibidem. (margin, beside "Quare (īquit)")

earum absorbuit lignum crucis & dulcorauit eas / & sapientie celestis infusio easdem in salutẽ animarũ & satietatẽ fecit esse potabiles. He quoq₃ liberãt et totius tyrannidis incursum ipediunt/aut premũt/aut puniũt. Nõ ergo vane iures: sed veritas liberat in equitate ꝯsistens/& licet vanitas ꝓmittat liberationẽ: vere liberi nequaq̃ sunt nisi quos filius liberauerit. Tu nature gratie & glorie distingue libertatẽ & inuenies nullã earũ de vanitate cõtingere: nec tibi cõditio magis seruilis occurret q̃ tyrãni. Si enĩ vbi spũs dñi ibi libertas: miserrima ꝑfecto seruitute deprimitur quẽ spiritus nequã exagitat.

ij. Corin. iij.

¶ In quo tyrannus a principe differat: & de tyrannide sacerdotum: & in quo pastor: fur & mercẽnarius ab inuicem differunt.

Capitulum. XVII.

In quo princeps differat a tyranno dũ reuolueref auctore plutarcho institutio traiani superi⁹ dictũ est: & que principis sint officia/aut reipublice mẽbra diligẽter expositũ. Vnde facili⁹ & pautiorib⁹ poterunt innotescere q̃ e regione dicẽda sunt de tyrãno. Est ergo tyrannus vt eũ philosophi depinxerũt qui violẽta dominatiõe populũ premit: sicut qui legib⁹ regit princeps est. Porro lex donũ dei est/equitatis forma/norma iustitie/diuine volũtatis imago: salutis custodia/ vnio & cõsolidatio populorũ/regula officiorũ/ exclusio & exterminatio vitiorũ: violentie & totius iniurie pena. Hec autẽ aut violẽtia/aut dolo impugnaf: & quasi aut leonis ĩmanitate vastatur/aut draconis supplãtaf insidiis. Quocũq₃ autẽ modo id fiat planũ est gratiã oppugnari/& deũ quodãmodo ꝓuocari ad ꝓlium. Princeps pugnat ꝓ legib⁹ & populi libertate: tyrannus nil actũ putat nisi leges euacuet & populũ deuocet in seruitutẽ. Imago quedã diuinitatis est princeps: & tyrann⁹ est aduersarie fortitudinis/& luciferiane prauitatis effigies. Si quidẽ illũ imitatur qui affectauit sedẽ ponere ad aquilonẽ/ & similis esse altissimo: bonitate tñ deducta. Si enĩ bonitati studeret esse conformis nequaq̃ potẽtie aut sapientie gloriã preripere moliref: remunerãdi tñ auctoritate aspirauit fortasse coequari. Imago diuinitatis princeps/amãdus/venerãdus est/& colẽdus: tyrãnus prauitatis imago/plerũq₃ etiã occidẽdus. Origo tyranni iniquitas est: & de radice toxicata mala & pestifera germinat & pullulat arbor/securi qualibet succidẽda. Nisi enĩ iniquitas & iniustitia charitatis exterminatrix tyrannidẽ ꝓcurasset: pax secura & quies ꝑpetua in euum populos possedisset: nemoq₃ cogita

Margin notes: S. lib. v. & seqn. per totum. Sed et hec p̃misit. S. li. iiij. ca. j. Tyranni diffinitio. Legis descriptio. Esaie. xiiij.

ret de finibus ꝓducendis. Essent etiam sicut magnus pater augustinus testis est: ita regna quieta & amica pace gaudentia: si aut i composita ciuitate: diuerse familie: aut in eadē familia: diuerse persone. Aut forte qđ credibilius est oīno regna nō essent que sicut ab antiqs licet hystoriis iniquitas per se aut presūpsit/ aut extorsit a domino. Et quidem non soli reges tyrānidē exercent. Priuatorum plurimi tyranni sunt: dū id viriū quod habēt in vetitum efferunt. Nec moueat/ ꝙ reges/ tyrannis/ visus sum sociasse: quia licet rex dicatur a recto: quod principem decet: tñ appellatio eius ab vsu cadit etiam in tyrannum. Inde est illud. Quo potuit populus queq̄ perducere liber Ascēdi: supraq; nihil nisi regna reliqui. Et illud. Spes mihi pacis erit dexteram tetigisse tyranni. Et si officium/ contra officium & recte viuendi regulam dici licet/ sentētia vnius/ omnium operit officia: immo vitia tyrannoꝶ Photinus is est: a quo & ipsi possunt non immerito appellari photiniani: primus in monstris pellee domus id ē inter alia portenta egypti: immundicia & crudelitate insignis: qui pompeium leto damnari ausus: aut potius mores tyrannorum sueta presumptione exprimens ait. Ius & fas multos faciunt ptholomee nocentes. Dat penas laudata fides cū sustinet (inquit) Quos fortuna premit: fatis accede deisq;. Et cole felices/ miseros fuge: sydera terra: Vt distāt vt flāma mari: sic vtile recto. Sceptrorū vis tota perit: si pēdere iusta: Incipit/ euertitq; arces/ respect⁹ honesti: Libertas scelerū est que regna iuisa tuetur. Sublatusq; modus gladii/ facere oīa seue. Nō impune licet nisi cum fatis/ exeat aula. Qui vult esse pius/ ṽtus & sūma potestas. Non coeunt: semper metuet quē seua pudebūt. Ergo respectus honesti & iusti/ minimus est aut nullus in facie tyrānorum & siue ecclesiastici siue mundani sint: omnia posse volunt/ contēnētes: quid potentiam antecedat hāc & sequatur. Vtrisq; tamen hoc persuaderi vellem: diuinum nondum expirasse iudicium: quo primigenis & semini eoꝶ inflictū est/ qđ quia noluerunt cū possent: inflictum est/ ne possint etiam iustitie obtēperare/ cū volūt. Nā & prouerbio dici solet: quia qui nō vult cū potest: nō vtiq; poterit cum volet. Huius verbi & magnus basili⁹ auctor est. Rogatus enim a muliercula: vt pro ea ṗncipi intercederet: cartā ei⁹ accipiēs sic scripsit principi: paupercula hec accessit ad me dicens me posse apud te. Si ergo possum: oñde. Et dedit mulieri cartā. Que abiēs dedit eplām principi: legēsq; eam ṗnceps rescripsit hec/ ꝓpter vos o pater sancte volui muliercule

Versus.

Photinus.

Versus lucani in. viij. lib.

Basilius.

misereri:sed non potui pro eo ꝙ tributis subiacet. Sanctus vero rescripsit ei siquidẽ volẽs non potuisti bene/vtcũq; se res habet. Si aũt potens noluisti:ducet te xp̄s ad indigentiũ chorũ/vt quã do voles:non possis. Sed organo suo quo semꝑ electis adest veritas:nequaq̃ defuit:Nam in breui princeps idẽ imperiali indignatione temptatus:ductus est inter captiuos vinct⁹: vel pena sua satisfaciẽs iniuste oppressis. Oratione tamen basilii post sextum diem:de abductione liberatus est: descendente signo imperiali sicut vir sanctus optauerat. Itaq; & tyrãni nomine rex & econuerso interdũ principis noĩe tyrannus appellaᵱ iuxta illđ.
Esaie.j. Principes tui infideles socii furum. Et alibi/principes sacerdo-
Matth.xxvj. tum consiliũ fecerunt vt iesum dolo tenerẽt & occiderẽt/q vtiq; iusto legis iudicio debuerat liberari. Nam & in sacerdotio inueniũtur q̃ plures id tota agentes ambitione/& oĩbus artibus ei⁹/ vt sub pretextu officii suã possint tyrannidẽ exercere. Habet enĩ & res publica impiorũ caput & membra sua:& quasi ciuilib⁹ institutis/legittime reipublice nititur esse cõformis. Caput ergo eius tyrãnus est imago dyaboli. Anima heretici: scismatici sacrilegi sacerdotes:& vt verbo plutarchĩ vtar/prefecti religionũ impugnantes legem dñi. Cor consiliarii impii quasi senat⁹ iniquitatis. Oculi:aures:lingua:manus inermis: iudices & legis: officiales iniusti. Manus armata: milites violenti: quos cicero latrones appellat. Pedes qui in ipsis humilioribus negociis preceptis domini & legittimis ĩstitutis aduersantur. Hec quidem oĩa possunt a superioribus facillime cõp̄hendi. Mihi vero nõ debent indignari sacerdotes:si & in eis fatear inueniri posse ty-
Ezech.xxxiiij rannos. Alioquin quorsum est illud ꝓpheticũ? Fili homĩs propheta de pastoribus israel. Propheta & dices ad eos. Hec dicit dñs deus Ve pastoribus israel qui pascebant semetip̄os. Nõne greges pascunᵱ a pastoribus?lac comedebatis: lanis opiebamini/& qđ crassũ erat occidebatis: gregẽ autẽ meũ nõ pascebatis. Qđ infirmũ fuit non consolidastis:& quod egrotũ nõ sanastis/ quod fractum est non alligastis:quod abiectum/non reduxistis quod perierat nõ requisistis: sed cum austeritate ĩperabatis eis & cũ potẽtia:& disperse sunt oues mee eo ꝙ non esset pastor & facte sunt in deuorationẽ oĩm bestiarũ agri:& dispse sũt. Quid sibi aliud adesse docet ezechielis hec ĩprecatio & ĩcrepatio/ nisi pastorib⁹ abesse q̃ adesse debuerãt:& adesse q̃ abesse oportuit? Propterea hec dicit dñs. Ecce ego ip̄e suꝑ pastores & reqrã gregẽ meũ de manu eorũ:& cessare eos faciã vt vltra nõ pascãt gre

gem meum:nec pascant amplius pastores semetipsos & libera
bo gregem meũ de ore eorum:& non erit vltra eis in escã. Non
ne tyrannidem sacerdotii videtur exprimere manifestam:& vi
tam illorum depingere qui in omnibus que sua sunt querũt: &
que iesu christi sunt post tergum faciunt? Si quidem non meũ/
sed alienum est:& profecto intemerate veritatis oraculum:quo
apud familiarem altissimi inter pastorẽ: mercennariũ/ & furẽ/
differẽtia manifesta prescribitur. Bonus enim pastor animam Joan.x.
suam ponit pro ouibus suis. Cuius si queris officium:apud iam
dictum prophetam inuenies. Ecce ego ip̃e requiram oues me-
as:& visitabo eas sicut pastor visitat gregem suum in die quan
do fuerit in medio ouium suarum dissipatarũ. Educam eas de
nube & congregabo de caligine:inducam eas in terrã suam: &
pascam eas in montibus israel/in riuis & in cunctis sedibus ter
re:in pascuis vberrimis:in montibus excelsis erunt pascua earũ
requiescent in herbis virentibus:& in pascuis pinguibus pascẽ-
tur super montes israel pascam eas:& accubare faciã:quod pe-
rat requiram:quod abiectum erat reducam/quod confractũ fue
rat alligabo:& quod infirmum erat consolidabo:& quod pigue
& forte custodiam. Hec est enim diligentia qua gregib⁹ debent
inuigilare pastores. Quod autem subiũgit:& pascã illas in iudi
cio & iustitia:ei vtiq; respondet quod p̃misit:sꝫ cum austeritate
imperabatis eis:& cũ potentia. Scriptum est enim quia pond⁹ Prouerb.xx.
& põdus/mẽsura & mensura:vtrũq; abhominabile est apd̃ deũ.
Apud hoies tamen qui negociationẽ exercẽt grandis videtur
esse prudẽtie:sed tamen illicite:que calliditas & dolus est:si alio
pondere vel mensura/sua distrahant & aliis comparent aliena.
At in prelato ratio exigit equitatis: vt qđ aliis imponit onus/
ipse preferat:& quod docere voluerit:opere studeat adimplere.
Hoc est enim in iudicio & iustitia pascere:& non in austeritate
& potentia imperare. Quod vtiq; faciunt qui humeris homi-
num alligant onera grauia & importabilia:digito autẽ suo con
tigere recusant. Vnde sequitur. Et cum purissimam aquam bi-
beretis:reliquam pedibus vestris turbabatis:& oues mee his q̃
conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur:& que pedes ve
stri turbauerant hec bibebant. Propterea ecce ego ip̃e iudico in
ter pec⁹ pingue & macilẽtum: ꝓ eo ꝙ lateribus & humeris im-
pinguebatis & cornibus vestris ventilabatis:omnia infirma pe
cora donec dispergerentur foras. Mercenarius autem oues qui
dem vel specie pascit. Sed quia omnia facit ad precium/ si lu-

pum videat irruentem:dimittit oues & fugit: quia non pastor: sed mercennarius est:nec quidē ouiũ:sed lucri curam habet. Canis vtiq; mutus latrare non valens:vt vel clamore & tumultu/ lupũ absterreat venientem/ siquidē eum timet qui temporaliũ diripit facultatē/& eum non attendit qui animā cruciaturus est in gehēna. Cecus siquidē est ad grandia:& que nullius sũt phorrescit. De his(inquit) Ve prophetis insipientibus qui sequunt spm̃ suum & nihil vident quasi vulpes ĩdesertis prophete tui israel erunt/non ascendistis ex aduerso:neq; opposuistis murum pro domo israel:vt staretis in prelio in die dñi. Nihil eniз in eis libertatis est:vt mundi potestatibus obloquantur:nihil virtutis: vt veritatem in periculis tueantur. In omnibus lucrũ: in nullis aut paucis querunt salutem animarum: dũ in suis obtineāt: dũ ad ambitionis aut auaritie succedat votũ:eorũ que cristi sũt iactura cōtēnitur. Fiat pax in diebus eorũ/sint fetose oues: boues crasse:prōptuaria plena cibis:& vasis onusta mensa/in ammirationē intuentiũ splendeat:varie & preciose suppellectilis opos9 cultus abundet:honorētur & colantur a turbis:ditentur visitentur a subditis:in muneribus:sit deniq; liberũ impune & sine nota facere quicquid libido dictauerit. Ad singula dicant:euge euge:vt iuxta increpationem propheticam/ luto absq; paleis linisse peccati indurati parietē videantur: qui precipiēte dño fuerat fodiendus vt rueret/& abhominationes pessime a domo domini disperirent. Hi sunt qui consuunt puluillos sub capite vniuerse etatis ceruicalia supponētes:vt capiant animas:& lac comedant:lanis operiantur ouiũ/& quasi in sõnũ negligētie vel audacie induxerunt. Fur aũt conuincitur ab opibus suis:quia nõ venit nisi vt furetur & occidat:& mactet & perdat. Inimicus vtiq; pniciosus & apertus qui nec rem pastoris habet nec speciem/& nec ad lucrũ pascit:sed suũ lucrũ reputat:etiā cũ occidit. Pastori itaq; debetur amor:quia diligit/mercennario patiētia: quia videtur amantē imitari:furi xo nõ debet ecclia nisi penā. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret:vigilaret vtiq; & non sineret pfodi domũ suā. Vocem pastoris audiũt oues & sequũt: vocē mercennarii interdum audiunt:sed eum quia non vadit ad vitā sequi contēnũt:vocē furis aspernantur: horrent & fugiunt: quia in/manu eius vidēt & in ore audiunt opa mortis. Siquidē non modo fur est & latro:sed lup9 rapax/sequipeda leonis:q rugiēs circuit querens quem deuoret. Quis ergo illũ non repellat aut saltem fugiat:qui ad hoc ouile ingreditur vt mactet & occidat?

Ezechiel.xiij.

Ezechi.xviij.

j.Petri.v.

Si quis (inquit) episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Sed nescio quo pacto res in cõtrariũ versa est vt cum omẽs fere desiderẽt episcopari: cũ qđ appetũt adepti fuerint: ocio marcẽt/ aut qđ turpius est in vanitatis operib⁹ occupãtur. Quãta curratur ambitione/volui quidẽ superi⁹: sed vt res se habet plene nõ potui explanare: et ꝑfecto q̃ inutiliter multi versentur in gradu optato/referre difficili⁹ potero. Vnũ tamen scio quia nõ ea auiditate currũt: vt ꝑ aliis aĩas ponant qui fortune munuscula/vel qđ rectius dixerim gratie dei tẽporalia dona: in hũc tñ concessa vsum vt ꝑmereãtur eterna: recusant in necessitate fratrib⁹ erogare. Hãc tñ esse pastoralis officii formã: premõstrauit tam exemplo q̃ verbo pastorum princeps. Ergo tãto currẽtes ambitu mercẽnarii ꝑperãt aut fures fieri. Bene tñ agiť cũ ouib⁹ que illius custodie demãdãtur: q eas vel ad preciũ pascat. Nã & in ipsis mercẽnariis/gradus & differẽtie sunt. Laxãt quidẽ oẽs retia in capturã: sed hii in capturã rerũ & aĩarũ/illi res piscãtur dumtaxat cõtẽpto periculo aĩarũ. Et sepe turbãt oĩa quo piscandi ad votũ vberior succedat occasio. Miraberis variã supellectilẽ/& cresi (vt diciť) facultates/apud eos qui p̄dicãt pauperẽ xp̄m: & quia suis nõ cogũtur stipẽdiis militare/euãgelisant vt comedãt et euãgelistarũ stipendiis abutũtur. Calicẽ quidẽ in quo ioseph augurari cõsueuerat in sacci sui ore reuoluũt: sed nõ descẽdit in man⁹. Lingua siquidẽ sacerdotis calix est ei⁹ qui in veritate est et p̄figuratione noĩs interp̄tať saluator mũdi: institut⁹ vt vaticineť abscõdita/& fideliũ mentes potet eo spũ quo repleti discipuli verbũ fidei & salutis eructãtes in iudea: ebrii reputati sunt dispẽsantes granũ frumẽti qđ in terrã cordis sui ceciderat: & iã in castitate eloquii eorũ fructũ plurimũ dño germinabat. Alii q̄dẽ sine euãgelio de euangelio viuũt/& bene si viuũt tñ vt nõ luxuriẽtur. Hos vix mercẽnarios dixerim: qui non laborant vt mãducent: sed sine labore nõ manducare qđ necessitatis est: sed ociari & luxuriari desiderãt. Omĩbus quidem qui pastoris exercent officiũ gratia debeť & reuerẽtia/& qui christũ quacũq ratione annũciant & lucrũ faciũt: cũ sua tamen & ꝑ sua vtilitate/ animarũ pastorib⁹/& salutis dispẽsatoribus aggregẽtur: sintq amici: sint & venerabiles et patrũ letẽtur honore: & si mercẽnarii sunt mercede sua me nunq̃ priuabũtur auctore. Vtinam sit in istis qui verbũ dei loquať qui edificet ecclesiam dei vel ad lucrum. Non inuideo lucro si opera antecedant. Qui vero sic inhiant lucris vt que christi sunt vniuersa cõtemnant: & si nec he

i. ad Thiñ. iij.

s. lib. v. c. xvj. et. li. vj. c. xviij

i. ad Corin. ix.

Genes. xliv.

Actuũ. ij.

resim doceant:nec contentionibus ecclesiā scindant: nec pasto=ris:nec mercenarii digni sunt:nec honore nec nomine. Non lo=quor de legatis. Ecclesiam romanam que parēs auctore deo & nutricula fidei & morum est:& non potest ab homine iudicari: neq; argui celesti priuilegio munita:relinquo itactam. Nec eni credibile est:ꝙ ea committere presumant:vel dignētur: que de iure gentilium in presidibus prouinciarum & pro consulibus id est legatis cesaris constat esse illicita. Qua ergo impudētia hoc attemptare audeat discipulus crucifixi/vicari⁹ petri:pastor animarū quod vigēte in fidelium discipulus vicarius imperatoris sub officio consulis rector corporum presumere non audebat? Pena repetundarum ex superioribus liquet & tam institutis legum q̄ hystoriarū exēplis seculo nostro innotuit:& ꝙ nisi in causa esculenti & poculenti iudicia prouincialibus accipere nō licebat:ita tamen vt accepta nequaq̄ cederent in muneris ratione. Quis ergo credet ꝙ patres ecclesie:iudices orbis:& vt dicā clarissima lumina mundi:diligant munera: sequanť retributiōes: ꝓuincias ꝑcutiāt vt excutiāt: loculos exinaniāt alienos: vt suos solident:verbis predicent paupertatem:& criminibus ad diuitias properent/bonorum spiritualium damnēt cōmercia:vt cum eis dūtaxat in talibus contrahere liceat:id agentes vt omnibus sint terrori:amentur a nullo:quietem doceant: vt faciant rixas: humilitatem indicant & simulent:vt vendicent fastum:alienā pulsantes & suam fouētes auariciam:dictantes largitatē:tenacitati insistentes:& vt paucis loci hui⁹ amfractus & volumina spaciosa complectar:cum sceleratis & flagitiosis omnib⁹ ponētes portionem aut flagitia vendicantes insolidum vt videanť concilium vanitatis/iniqua gentiū synagoga ecclesia malignātium:in quorū manibus iniquitates sunt/ & dextera eorum repleta est muneribus? Absit vt hoc quisq̄ audeat suspicari:nec cadat in queq̄ tantū scelus:vt ponat os suum in celuз/ & patrū que non sunt pudenda denudet. Oīa eorū alba sunt & decora:nichil in eis est quod canino morsu pateat: aut saniam/ vt satyric⁹ ait posticam vereatur. Si tamen hec quispiam presumpserit ei vno validissimo respondetur argumento/cui resistere & contradicere nō audebunt omnes aduersarii nostri. Quo inqs. Opera inq̄ que ipsi faciunt/testimonium perhibent de eis. Si locū queris/ effectum quo de cause sinceritate constet attende. Cuius enim opus bonū est ipsuз quoq; bonū est. Si auctorē eum q ait. A fructibus eorum cognoscet[is] eos. Non enim potest arbor mala fru=

[Margin notes:]
Nō de legat[i]s. et tñ de eis caute ⁊ pulchre submittit ⁊ est color rhetoricus qui dr preoccupatio. ff. de offi. ꝓſſ. l. illicitas. ⁊. ff. de offi. ꝓcōsu. l. solet.
s. lib. v. c. xvi. ff. de offi. ꝓſſ. l. plebiscito.
Prelatorum vitia.
Ps. xxv.
Persi⁹ in. i. satyra.
Joan. v.
Matth. vii. Luce. vi.

ctus bonos facere: aut conuersim/arbor bona malos fruct⁹. Pos sent pro eis/si quis tamē est: qui eis consentiat detrahendū plura proponi: sed in defensione eorum hoc vnum sufficiat. Cōstat enim quia apostolorum oportet adorare vestigia: & illos eē vt patres honorandos: colendos vt dominos qui eorum possident sedem & imitantur vitam. Illos potius hec pagina respicit qui plumis vestiuntur pensilibus/in saturitate disputāt de ieiuniis/ & quod verbis astruunt/operibus destruūt. In curru eunuchi regine ethyopum clausis oculis scripturas loquuntur & lectitant/ & eum qui sicut ouis ad occisionem ductus est: & os suū coram tondente se non aperuit respicere dedignātur: aut nequeūt: nec discipulum veritatis interpretem donec descendant ad aquas: quibus mundentur ab operibus mortuis dedignantur colligere Vtiq; licet scripturarū insideant rotis & pennatorum animalium impetu/ perferantur: lingua eorum cum de superioribus disputauerit: terram lingit/nec scripturas intelligūt/quia cor eorum non aperit scientiarum dominus/qui aperuit sicut in actibus apostolorum scriptuꝫ est cor lidie purpurarie: vt audiret ea que dicebantur a paulo: que fidelius/ humili obedientia mādatorum: q̄ disputatione verbosa deum timentibus innotescunt. Fur autem quis sit duplici ratione colligitur. Nā ille qui de cōuersatione terrena/ per superbie scalam ambitionis & vitiorū gradibus innitentem in ouile ascendit/christo contempto id est neglecta recta via & plana simiosis amfractibus liminaria suffodit/aut parietum iuncturas irrumpit/aut per tegulas infusus illabitur: profecto fur est & latro. Qui vero christo aperiēte hostium id est ecclesia vocante ingreditur & postmodum sub vmbra pastoris efficitur persecutor id est spoliat mactat: occidit: & perdit. fur indubitatus est. Tu vide in quo gradu ponēdi videātur quibus non sufficit diuini iuris licentia tondere & deuorare pecus/nisi secularium legum implorent auxilia & officiales p̄ncipū facti/ea ꝓmittere non verentur que facere alius quilibet publicanus erubescat. Interim voluptati seruient aut auaritie & q eos elegerūt/vl' admiserūt in custodiā sui/depopulanꝰ & p̄mūt: morteq; eorū desiderāt/quos foueri oportebat ī carne & spiritu. Tenet ꝑfecto memoriter illd̄ ꝑpheticū. Ecce cōstitui te sup gētes & regna vt euellas & destras & dispdas & edifices & plātes. Que ergo plātata inuenerit nitūtur auellere: vt edificēt sibi domū dn̄i in muneribus manus/ aut lingue aut obsequii/ aut eos substituant explātatis quos elegit affectio carnis id est aut geni


Hiere. xxxviij
s. li. vij. ca. xiij
Act. xvj.
Quis pastor dicitur fur.
Hieremie. j.

tos a se aut sibi ab aliis carnaliter genitos. Immensum hic aperitur opus & via calamo dilatatur:sed subsisto parcens articulis qui publicis aspectibus ingeruntur. Si quis autẽ hic quippiã dici durius calũniatur:si ea que a patribus dicta sũt legerit:mihi facile veniã indulgebit. Si eni tyrannus secular( iure diuino & humano perimit̃ quis tyrannũ ĩ sacerdotio diligendũ censeat aut colendum? Q̃ si istud videtur acerbum:illum qui non nisi vera loquebatur & dulcia/ĩ patrocinium aduoco beatum Gregoriũ/ qui acerbius ista prosequitur. Et vt cetera taceam/hoc ipis oĩb⁹ notum est:quia scire p̄lati debent q̧ cũ ipi delinquunt tot mortibus digni sunt:q̃t ad subditos ꝑditionis exẽpla transmittunt.

Laudat btm̃ gregoriũ.

xi.q.iij.p̄cipue

¶ Ministros dei esse tyrannos & quid tyrãnus & de moribus gaii caligule & nerõis nepot( ei⁹ & exitu vtriusq̧. Ca. XVIII.



Ministros dei tamen tyrannos esse non abnego qui in vtroq̧ p̃matu scilicet animarũ & corporũ/iusto iudicio suo esse nolint/p quos punirentur mali & corrigerẽtur:& exercitarentur boni. Nã & peccata populi faciunt regnare hypocritã & sicut regũ testatur hystoria defectus sacerdotum in populo dei tyrannos induxit. Siqdẽ p̃mi p̃res & patriarche/viuendi ducẽ optimã naturam secuti sunt. Successerunt duces a moyse sequẽtes legẽ: & iudices qui legis auctoritate regebant populũ & eosdem fuisse legimus sacerdotes. Tãdẽ in furore dñi dati sunt reges:alii quidez boni:alii vero mali. Senuerat enim samuel:& cum filiis eius non ambularent in viis suis:sed auaritiam & immundiciã sectarentur/populus qui fortasse & ipe meruerat:vt ei tales preessent sacerdotes: a deo quẽ contempserat sibi regem/extorsit. Electus est ergo saul:reg( tamen iure predito.i.qui filios eorum tolleret:vt faceret aurigas & filias vt panifice fierent & focarie:& agros & predia/ vt ea p libito distribueret seruis suis: populũq̧ totum seruitutis premeret iugo. Idem tamen xp̄us dñi dictus est: & tyrannidẽ exercẽs regium non amisit honorem. Incussit enim deus timorem omnibus:vt eum quasi ministrum dñi cuius quodammodo gestabat imaginem venerarentur. Amplius quidẽ adiiciã/ etiam tyranni gentiũ reprobati ab eterno ad mortem/ministri dei sunt/ & xp̄i dñi appellãtur. Vnde propheta. Ingredientur portas babilonis duces videlicet cyrus & darius. Ego enim mandaui sanctificatis meis:& vocaui fortes meos in ira mea/& exultantes in gloria mea. Ecce quia sanctificatos vocat medos & ꝑsas/ nõ q̧ sancti essent:sed dñi aduersus babilonem implebant volunta

Iob.xxxiiij.
j.Reg.xiiij.
Iosue.j.per totum.
j.Regũ.xvj.& xxuiij.&.xxvj.
Esaie.xiij.

tem. Alias quoq;. Ecce ego adducam (inquit) nabugodonosor seruũ meum: & quia seruiuit mihi bene apd thyrũ: dabo ei egyptum. Omnis autem potestas bona quoniam ab eo est a quo solo omnia & sola sunt bona. Vtenti tamen interdum bona non est aut patienti sed mala: licet quo ad vniuersitatem sit bona: illo faciente qui bene vtitur malis nostris. Sicut enim in pictura fuscus aut niger color aut aliquis alius per se consideratus indecens est: & tamen in tota pictura decet: sic per se quedam inspecta: indecora & mala: relata ad vniuersitatem bona apparent & pulchra/eo omnia sibi adaptante cuius omnia opera valde sunt bona. Ergo & tyranni potestas bona quidem est: tyrannide tñ nihil est peius. Est enim tyrannis a deo cõcesse homini potestatis abusus. In hoc tamen malo/multus & magn⁹ est bonorum vsus. Patet ergo non in solis principibus esse tyrannidẽ sed oẽs esse tyrannos: qui concessa desuper potestate in subditis abutuntur. Porro si potestas accedat sapienti: qui rerũ omniũ nouit & habet vsum: omnibus bonis grata est & omnibus vtilis. Si vero cadat in insipiẽtem/& si bonis quibus omnia cooperant̃ in bonum mala esse non possit: molesta tamen ad modicum temporis est. Nam eam vtrisq; contingere: manifestũ est: licet exigente malitia temporis nostri: qui in nos flagellum dñi iugiter ꝓuocamus: malis id est insipientibus sepi⁹ concedatur. Quid enĩ in rebus humanis romano imperio potenti⁹ potest vlla memoria recordari? Si temporum series ab vrbe condita reuoluatur: illud inueniuntur mali gessisse frequẽtius. Quis enim gayo caligula augusti tertio successore tetrior aut ĩmanior preter neronem/qui antecessores & successores omnes turpitudine vite & inauditis flagitiis supauit? Hic aũt caligula oĩũ flagitiosissim⁹: tantũ rexit: aut potius torsit impiũ: ea quidem crudelitate vt ꝓprie inuidens felicitati: de conditione suorum temporũ quererentur: eo ꝙ nullis insignirentur calamitatib⁹ publicis. Ille siquidẽ ortu suo pacauerat secula: qui delere venerat cõditionis & mortis imperium. Licet enim hec immensitas pacis asscriberet̃ augusto: christo tamen potius asscribenda est: qui ciuis roman⁹ in dictione census asscriptus est: regnante augusto. Siquidẽ euangeliorum & hystoriarum veridica relatione constat: quia sub eo natus est auctor vniuersus pacis/deus homo: virginis filius christ⁹ cuius eterna dispositio ad veram pacem: & felicissimi regni beatitudinem conscripsit electos: cuius aduentus multis prenũciatus est & patefactus indiciis. Nam vt orosius refert cum cesar

Tyrãnis q̃d ẽ

De gayo caligula.

De nerone.

De augusto.

Luce. ij.

Orosij dictũ.

iulio interfecto:ex apolonia rediẽs vrbem ingrederet̃/hora circiter tertia/repente/liquido ac puro sereno/circul⁹ ad speciez celestis arcus/orbẽ solis ambiit:& hoc octauo idus ianuarii die q dicitur epiphaniorꝝ creditur accidisse:quo cesar primum iã portas sopitis finitisꝗ omnib⁹ ciuilib⁹ bellis clausit:& augusti adeptus est nomen:apicem declarans imperii:vt penes vnum doceretur summa rerũ & potestatum esse quam monarchiã nominant greci. Refert idẽ hystoriographus ꝙ cũ a sicilia rediẽs receptis legionibus a pompeio & lepido/triginta milia seruorũ dominis restituisset & omnia superiora populi debita donãda:litterarũ etiam monimẽtis adhibitis sensuisset. In ip̃is dieb⁹ fons olei largissimus de taberna meritoria per totum diem defluxit illum manifeste vtiꝗ adesse imperio nuncians/qui seruos dyaboli peccatores/iusto dei dominio subdere venerat:& pauperũ misereri. Cũ ergo a facie xp̃i silerent oĩa/ & tantas miseratiões altissimi obstupesceret mundus:summa rerum & potestatũ in tertiũ ab augusto/caligulã cecidit. Cuius ferocia: vt breuib⁹ liqueat/exclamasse fertur:vtinam populus romanus vnam tantum ceruicẽ haberet. Et quia hostis deerat:magno & incredibili apparatu/ꝓfectus est hostem querere ociosisꝗ viribus germaniam galliãꝗ percurrens in ora occeani circa prospectum britannie substitit:romãꝗ reuersus est belli deficiente materia: & nullo expleto negocio nisi ꝙ belinũ britannorum regis filiũ quẽ pater expulerat cũ paucis in deditionem accepit. Infestissimus quidem iudeis extitit:& sacra hierosolymorum loca prophanari:& statuis repleri iussit:& se coli vt deum. Pylatum iudee p̃sidem tantis coartauit angoribus:vt sua se transuerberãs manu: malorũ compendiũ/mortiſ celeritate quesierit. Sorores quas caligula primũ stupro polluerat dãnauit exilio : & post oẽs simul exules iussit occidi. Ipse autem a suis ꝓtectoribus occisus est. In secreto eius inuenti sunt duo libelli continentes lectissimorum nomina ciuiũ quos morti destinauerat : eratꝗ ĩscriptio alterius gladius alteri pugio. Archa quoꝗ ingens multipliciũ venenorum inuenta est/quibus claudio cesare iubẽte:demersis: maria ip̃a/magno pisciũ exitio ꝓtestante/traduntur infecta. Successit

De nerone/et quid de ipso.

auũculo caligule:claudio tamen interposito:nero cesar/rerũ vitiorũꝗ successor:immo transgressor/petulantiam:libidinem:luxuriam:auaritiã:crudelitatemꝗ scelere quouis exercuit. Teste

Orosius.

nãꝗ orosio ꝓtitus petulãtia:omnia pene italie & grecie theatra perlustrans:assumpto etiam varii vestitus dedecore: cericas id

est cornicines:cithariſtas:tragedos:& aurigas ſepe niſus eſt ſu peraſſe. Libidinibus quoqꝫ tantis exagitatus eſt: vt ne a matre quidem vel ſorore:vlla ve cõſanguinitatis reuerentia abſtinuiſ ſe referatur. Virũ in vxorem duxerit:ipẽ a viro vt vxor accept⁹ ſit. Luxurie tam effrenate fuit:vt retibus aureis piſcaretur funi bus purpureis:frigidis & calidis lauaret vnguentis. Nullaꝫ ve ſtem bis induit:nec vnq̃ minus mille carrucis confeciſſe tradit iter. Deniqꝫ vrbis rome incendium/voluptatis ſue ſpectaculum fecit:per ſex dies ſeptẽqꝫ noctes ardẽs ciuitas regios pauit aſpe ctus. Horrea quadro ſtructa lapide/magneqꝫ ille veterũ inſule/ quas diſcurrens flamma ad ire non poterat: magnis machinis quondam ad externa bella preparatis labefacte atqꝫ inflamma te ſunt:ad abditorum manſiones buſtorũqꝫ diuerſoria iſelici ple be compulſa. Quod ille ex altiſſima illa mecenaciana turre pro ſpectãs/letuſqꝫ flamme pulchritudine vt aiebat tragico habitu heleiſeles odã ſonat/ſacerdotales hymnos ciuitatis in qua ſolis ſplendor colitur decantabat. Auaritie aũt tam prerupte extitit: vt poſt hoc incendiũ vrbis quã ſe auguſtus ex lateritia marmo ream reddidiſſe iactauerat/neminẽ ad reliquias rerum ſuarũ adire permiſerit. Cũcta que flamme quoquomodo ſuperfuerãt ipſe abſtulit/centieſcentena milia ſextertiũ annua/a ſenatu con ferri ſibi imperauit. Plurimos ſenatorũ nulla ex tante cauſa bo nis priuauit. Negociatorũ omnium/ſub vna die/tormentis q̃qꝫ adhibitis/omnẽ penitus cenſum abſtorcit. Crudelitatis autem rabie ita effrenatus eſt:vt plurimã ſenatus partem ĩterficeret/ equeſtrum ordinem pene deſtitueret. Sed ne parricidiis quidẽ abſtinuit matrem:fratrem:ſororem: vxorem:ceteroſqꝫ oẽs co gnatos:& ꝓpinquos ſine heſitatione proſtrauit. Anxit hãc mo lem facinoris eius temeritas impietatis in deum. Nam ꝑmus rome chriſtianos ſuppliciis & mortib⁹ affecit: ac per omnes ꝓ uincias pari perſecutione excruciari imperauit. Ipſumqꝫ nomẽ extirpare conat⁹ beatiſſimos chriſti apoſtolos petrũ cruce:pau lum gladio ĩterfecit. Mox acerbiſſime miſeram ciuitatem:ob orte vndiqꝫ oppreſſere clades. Nam ſubſequente autumno tan ta vrbi peſtilentia incubuit:vt triginta milia funerum in ratio nem libitiniane venirent. Britannica deinde clades e veſtigio accidit: qua duo precipua oppida magna/ciuium ſociorũqꝫ cla de & cede direpta ſunt. Preterea in oriente magnis armenie ꝓ uinciis amiſſis Romane legiones ſub iugum parthicum miſſe egreqꝫ ſyria retenta eſt. In aſia tres vrbes hoc eſt laodicie iera

polis:colose:terremotu ceciderūt. Hec orosius fere cuius verbis & sensu eo libentius vtor: ꝙ scio xpianum & magni discipulum augustini: ꝑpter religionem fidei nostre/ ꝟitati diligenti⁹ insti tisse. Hec quidem possunt & apud alios hystoricos inueniri dif fusius qui tyrannorū atrocitates/ & exitus miseros/ plenius scri bunt. Que si quis diligentius recenseri voluerit: legat ea q̄ tro gus pompeius/ iosephus/ egisippus/ suetoni⁹/ qntus curti⁹/ cor nelius tacitus/ thitus linius/ seren⁹ & trāquillus: & alii hystori ci quos enumerare longū est: suis comprehenderunt hystoriis. Ex quibus liquebit facile quia semper tyranno licuit adulari li cuit eū decipere & honestū fuit occidere: si tamen aliter coerceri non poterat. Nō enī de priuatis tyrannis agit̄: sed de his q rem publicam p̄munt. Nā priuati legibus publicis que constringūt omniū vitas facile coercent̄. In sacerdotem tamē & si tyrānum induat ꝑpter reuerentiā sacramenti gladiū materialē exercere non licet: nisi forte cū exauctoratus fuerit: in eccl'iaꝫ dei cruentā manū extendat. Eo quidem perpetuo obtinēte: vt ob eādē cau sam nō consurgat in eū duplex tribulatio. Preter rē tamen non videtur si hec que dicta sunt aliquibus astruamus exemplis.

Trog⁹ pōpei⁹ Josephus. Egisippus. Suetonius. Quit⁹ curti⁹. Titus liuius. Corneli⁹ taci tus. Serenus Tranquillus.

¶ De morte iulii cesaris & aliorum gentilium tyrā norum. Capitulum. XIX.

Laudes cesa ris.

templit preces. Missus est a martyre religiosus frater sub inter minatione inhibuit ne ecclĩam xp̃i/domũ martyris & liberã fa miliã eius tyrãnus indebita premeret seruitute. Sed impietas ad preces obsurduit:intumuit ad ꝓhibitionẽ:ad minas idurruit: & cõuitiis & iniuriis afficiens humilẽ nũcium dei:vltricẽ acce lerauit manũ. Flagellum ꝓuocauit:& patientia dei contempta temeritate cecus incurrit in mortẽ. Nec mora. Nã tyrannus e vestigio expirauit. Inter milites enim agẽs ĩ castris solus sicut ip̃e confessus est:cum telo vidit adesse btm̃ eadmundũ:increpã tem eũ & cedentem ad mortẽ. Et ab ea quidẽ die/licet ĩsula gra ues tyrannos habuerit:ecclesia beati eadmundi a predicta indi ctione fisci mansit immunis. Nemo enĩ eorum martyrẽ ausus est prouocare:aut in opprimenda eius ecclĩa periculũ facere sui Nostris tamen temporibꝰ eustachius filius stephani: qui in ec clesiã dei seuire decreuerat. Cũ oĩa ꝑ viribus depopulatus esset: & terrã beati eadmundi cui oẽs predones detulerãt videret opu lentã:sibiq; nõ esset/cõsũptis opibus regni vñ semel & scd̃o mi litibus era ꝓcederent. Iã enim defecerãt donatiua/p̃dia iã dicte ecclĩe depopulatus est:nondũ tamẽ digesserat cibum: quem de facultatibus loci acceperat. Ipsaq; die anteq̃ se domi sue recipet que nimis vicina erat tactus est martyris manu & letali ꝑcussꝰ morbo/ die circit̃ octaua/rebꝰ cessit & vita. Quid moror ĩ pau cis? Vbi sũt:vt de domesticis loquar gaufridus/milo/ rãnulfus alanꝰ/symõ/gillibertꝰ/nõ tã comites regni/q̃ hostes publici vbi villinꝰ sacesberiẽsis: vbi marinio qui impellente beata virgine incidit in foueam quam parabat: vbi alii quorum vel nomina conficerent librum? Horum vtiq; malicia insignis est: infamia celebris:infelix exitus: & quem presens etas ignorare non po test. Si ergo quis antiquas nescit hystorias:si ignorat quomodo tyrus cui reges terga prebebant:a regina scytharum tamiri pro stratus est:si casus & precipitia precedentium non recolit tyran norum:vel ea que oculis ingeruntur inuitis attendat:& luce cla rius intuebitur omnes tyrannos miseros esse.

De eustachio filio regis ste phani.

Tamiris.

¶ De gedeone qui forma presidentium est/ & antiocho. Capitulũ. XXII.


Quid itaq; sibi velit qui rempublicam id est populum dei ĩdebito seruitut[ iugo nitunt̃ opprimẽ nõ video: nisi forte ea de causa ꝑsonã appetãt vt tormẽta misie potent̃ ferãt. Si enĩ regẽ tãtũ appeterẽt/nõ dominari onus officii metientes nequaq̃ tanta currerẽt auiditate. volun

tas eni regentis de lege dei pẽdet/& nõ ꝑiudicat libertati. At tyranni volũtas cõcupiſcentie ſeruit:& legi reluctãs qui libertatem fouet:cõſeruis iugũ ſeruitutis conať imponere. Docet hec

De gedeone. Judi.viij. ſcriptura cui cõtraire nõ licet. Dixerũt oẽs iſraelis viri ad gedeon. Dñare noſtri tu & fili⁹ tu⁹:& fili⁹ filii tui:quia liberaſti nos de manu madyan. Quib⁹ ille ait. Nõ dñabor veſtri:nec dñabiť in vos fili⁹ meus:ſed dñabiť dñs. Dixitq̃ ad eos. Vnã petitionem poſtulo a vobis. date mihi inaures ex preda veſtra. Videor mihi in huius lr̃e facie qđ dixerã intueri. Nam gedeon q interpretať circuiens inutile:vel tentatio iniquitatis eorũ/nomine & verbis videť officiũ indicare. Eius eni eſt circuire inutilia et ea vel delere:vel reuocare ad frugẽ:et qđ iniquũ deprehẽdit excludere a finibus ſuis:vt ſibi aduerſus hoſtes ꝓcedat victoria:defertur honor dominii & recuſat:legi tñ ſubiicit quos a iugo ſeruitutis abſoluit. Patri filiorũ ſucceſſiu⁹ deferť honor:at ille deũ maluit honorari. Quis eorũ recte huic aſſimilabiť q fas nefaſq̃ cõfundũt:& verſantur in laborib⁹ & erũnis vt filios poſſint non tam honoris q̃ rapine/& iniquitatis habere heredes? Quis eſt eni qui legẽ dei & iuſtitiã eius qui in ſola charitate cõſiſtit filiis anteponat? Qui amat (inquit) patrẽ/aut matrẽ/aut filios pluſq̃ me:nõ eſt me dignus. Et ꝑfecto qui tranſitoria xp̃o preponũt:ipſis trãſitoriis citius trãſeunt:nec eorũ perpetuatur gloria:apud quos prepoſitis aliis xp̃s manet inglorius. Ergo caſum timeat princeps qui liberorũ/aut carnis motus affectu honorem diuinũ minuit imemor charitatis. Sed nemo eſt qui in deũ ſe fateatur inſurgere:inſurgunt tñ plurimi & iam iſta pa-

j. Mach. j. lam fiunt. Intrauit anthiochus in ſanctificationẽ cũ ſuperbia/& hoc quidẽ faciunt multi. Ozias quẽ lr̃e irrefragabiles iuſtum in multis fuiſſe cõmemorant:mortuo zacharia ſacerdote cui cognomen fuit intelligẽs/ordinẽ ſacerdotalem non tam pie q̃ au

ij. Paral. xxvj. dacter inuaſit:& reclamãtibus leuitis nõne tu es rex Ozias & nõ ſacerdos:audire ꝯtempſit. Statimq̃ lepra partẽ illã corporis eius inuaſit quã ſacerdos ex lege auri lamina tegebat vt iuxta

ps. lxxxij. interpretationẽ ꝓpheticã:facies eius ignominia repleref. Rex quidem notus eſt/& ex coeuis regib⁹ & ex eo maxime q̃ anno mortis eius nat⁹ eſt romulus:a quo genus eſt romanorũ. Imitãtur plurimi oziam ſacerdotalia preſumẽtes:ſed leprã eius pauciſſime erubeſcũt. Plures tñ ſequũtur anthiochũ qui nõ cũ deuotione vt offerat vice ſacerdotis ſancta ingrediť:ſed vt deleat ſi quid eſt in tẽplo dñi ſanctũ. Cũ eni anthiochus deſolationis &

abhominationis ydolũ fabricasset: libros legis dei ꝯbussit igni/ & scidit eos. Et apud quẽcũq; inueniebanť libri testamenti dei: & quicũq; obseruabant legem dei/ fm edictũ regis antiochi trucidabãt eũ. Vidi tẽporib⁹ meis nõnullos sacerdotali se imiscentes officio & humeros temerarie supponẽtes: vt archã p̄riperẽt ab humeris leuitarum/loci immemores qui in p̄ntem diẽ diciť oze paissio: alios vidi qui legis libros deputãt igni nec scindere verentur: si in manus eorũ puenirent iura vel canones. Tempore regis stephani a regno iusse sunt leges romane quas in britanniam domus venerabilis patris theobaldi britanniarũ p̄matis asciuerat. Ne quis etiã libros retineret edicto regio ꝓhibitũ est: & vicario nostro indictũ silentium: sed deo faciẽte eo magis virtus legis inualuit: quo eam amplius nitebať impietas infirmare. Quis aũt in tot milibus regnare affectãtiũ esse vult similis gedeoni? Aut quis legem sibi vult dñari & pp̄lo? Oĩbus tamẽ vnũ illud deberet sufficere: qđ gedeon a subditis petit id est si solas ex preda sibi cõsequať inaures. Si enĩ que lex loqť indicare curauerit & ei obediẽs popul⁹ acquiescat vt nõ sit iniqtas & contradictio ĩ ciuitate & pp̄lo cui p̄est debet ꝑfecto sufficere p̄sidẽti.

¶ Consilio bruti vtendũ esse aduersus eos qui ꝓ summo pontificatu non modo certant: sed scismate dimicant. & ꝙ tyrãnis nichil quietum. Capitulum. XXIII.

SEd esto vt his liceat qui carnales sunt contendere de primatu: viris eccl̄iasticis hoc vsq;quaq; arbitror esse illicitũ. Carnaliũ tamẽ exẽplo sub imagine religiõis sobrepit impietas: & iã nõ modo cõtendiť ꝓ sacerdotio: sed pugnať. Antiqui quondã trahebanť inuiti: & proni ad martyriũ p̄mas cathedras carcere penis & cruce fugiebãt. Contra iam palam loquunť sacerdotes & ꝓuerbiũ nullũ dicũt. Nolumus inquiunt martyres esse: sed sediũ nostrarũ gloriã non damus alteri. Misera quidẽ & miserabilis vox in ore sacerdotis: q xp̄m sic agnoscit: vt se nolle eũ sequi palã ꝯfiteať. Dubitari poterit an ver⁹ moriať ꝯfessor: q ꝑsecutorẽ si opus fuerit nõ expectat Ait enĩ cyprian⁹ ep̄s si timet: actũ est de eo. Sed liceat timẽ: nõ stare in necessitate illicitũ est fugitiu⁹ inutilis ĩfamis ẽ. Est tñ in quo videnť ꝯstãtiã martyris imitari: si ꝓ cathedra.s. fuerit decertãdũ. Ferť a quibusdã/ & verũ est ꝙ super romano põtificatu ab ambitiosis quandoq; immo sepe litigatũ & nõ sine sanguĩe fraterno sancta sanctorũ ingressus sit pontifex. Cõcitata sunt iterũ bella/ plusq̄ ciuilia: & cesarẽ & põpeiũ: & qcqd philippis leucade De cypriano.

mutine in egypto hyspania ve p̄sumptū est: quicqd impie gestū pugna sacerdotalis absoluit. Nūqd xp̄iani sanguis ꝓcurant effusionem vt eis p̄ ceteris liceat ꝓ grege qđ pastoris est aīas ponere? Nūquid ecclīam diruūt: ꝓphanant sacta: vt sit qđ edificari & sanctificari oporteat? Cōcutiūt pplos/regna sollicitant/ecclīarū diripiūt facultates: forte vt sibi faciant materiā ꝓmerēdi/vt cōponant oīa/vt paupibus miserēdi & ꝓuidēdi aliis ꝯcurrētib⁹ necessitatem p̄ripiant. Si eni vt plura sibi impune liceāt: vt si pecuniam cōgregent: si vt carnē & sanguinē foueāt: dilatēt: & corrūpant. si vt familiā nobilitent: si deniq; vt gloriā suā querāt in clero dominātes nō forma facti gregis ex aio: licet labiis & simulatione officii/pastorē induant/tyrānis q̄ p̄ncipib⁹ facili⁹ accedūt.

j. Petri. v.

¶ Dicūtq; philosophi & verū arbitror. Nihil in rebus humanis vtilius hoīe: & in ipsis hoībus p̄ncipe ecclesiastico vel mundano nemo vtilior. E diuerso. Nihil hoī pniciosius hoīe: & in eis tyrānus secularis aut ecclīasticus pniciosior est. Sed ꝑfecto in vtroq; gn̄e secularem ecclīasticus an̄cedit. Sal enim infatuatum ad nichil omnino valet: nisi vt ꝓiciat̃ foras & conculcet̃ ab hominibus. Porro vsq; adeo sol⁹ ferrū morteq; timere auri nescit amor: pereunt discrimine nullo: amisse leges: vilissima rerū: certamē mouistis opes. Ergo diuidat̃ vnitas: integritas scindat̃: sinceritas corrūpatur: maculetur & sanctitas: mundi nouū iudiciū celebretur/& princeps eius qui in passione xp̄i eiect⁹ est rediēs scandala spargat: vt beat⁹ sit qui nō capit̃ tēdiculis ei⁹. Tāto ne nouorū ꝯuentu scelerū querūt vtrū iperet orbi/ vix tāti fuerat ciuilia bella mouere: vt neuter. Rectissimā eminēdi viā docuit christus qui discipulos suos regibus gētiū noluit ꝯformari: vt dominētur in subditis: & qui potestatē exercent bn̄fici dicant̃. Sed q̄ maior est sponte minoret̃: & solū pre ceteris vite quiete viribus & contentione remota/sibi vendicet officiū ministrādi. At isti aliam p̄tulerunt ascendētes ex aduerso fratrū & ministrandi humilitate reiecta/appetiūt pre regibus gētiū dominari: nec dubiū quin refrigescēte imo extincta charitate sedē suā & ipi ponāt ad aquilonē. Siquidē ꝓductos odore pares. Vtinā secuti essent qui ea viderūt tempora/consiliū bruti: a quo eū iminēte bello ciuili cathonis auertit auctoritas. Decreuerat enim man⁹ suas ab armis continere ciuilibus quibus quanto quisq; libentius & forti⁹ immiscetur/tāto iniquior & immanior est. Ait ergo. Nūc neq; pompei brutū/nec cesaris hostem: post bellū victoris habes. Si ergo sapiant/hi pro quorum dominio scismatici litigant eos so

Matth. v.

Versus lucani. lib. iiij. ca. ij

Lucani versus lib. ij. ca. iiij.

los concurrere patiantur/ alterutri metuant opem ferre: incerti quis victor futurus sit/ certiq; quanta q̄ grauis ruina victis immineat. Nulla manus belli mutato iudice pura est. Nam & victrix causa deo placuit: sed victa cathoni. Gaudeat plane mundus cum alter solus vicerit sed propensiori letetur gaudio/ si vicerit vterq; vel neuter. Conueniant ergo si placet in insula licaonia aut aliquo: si quis tamen locus bellis siue duellis est aptior. Nam antiqui teste quintiliano bellos dicebāt/quos duellos modo appellamus & sine vrbis & orbis periculo vincant alteruter duellorum quem deus scilicet approbauerit: aut victorem esse permiserit. Victus quoq; si id victori placeat demergatur in tyberim: aut si cum eo mitius agendum videtur/ retrudatur in caueam. Cui cum abbas loci claustrū immo carcerem aperuerit/ protestetur se non illud ei qui dānatur preparasse: sed victo. Siquidem nulla fides vnq̄ miseros elegit amicos. Qui vero vicerit id est qui violentior fuerit in liparem aliamve insulam exul perpetuus deportetur ad marmora deportanda vel secanda: aut ad metalla dānetur. Facinus enim scismatis quos inquinat equat: nisi quia plerumq; qui fortior imo ferocior idem & iniquior est. ¶ Quid perniciosius aut odibilius bello ciuili? Nihil plane preter rabiem scismaticorum: aut hereticam pestem: quorum vtrū perniciosius sit/non facile dixerim: si tamē in his numerus est: vt alterum recte segregetur ab altero. Cessabunt plane bella ciuilia: si presumptioni desit temeritatis adiutor. Nec est qui concives possit vrgere ad furorem: nisi eos aliquatenus ipa delectet insania. Vtiq; necessitas cōfurendi aut nulla omīno: aut vt multum ymaginaria est. Hec quoq; permultis maximis periculis patet: quorum nemo satis declinat euentum: nisi precaueat facultatem. Innuit hoc poeta grauissimus: aut si iuxta quītilianū rectius dicere malueris oratorem: nō repugno dum constet precauenda esse etiam que possunt euenire pericula: & vniuersitatem ab vnoquolibet cogi non posse: vt sceleri obsequatur inuita Ait enim hic q̄uis nullo maculatus sanguine miles. Que potuit fecisse timet/quid pectora pulsas. Quid vesane genus? quid fletus fundis inanes/nec te sponte tua sceleri parere fateris/vsq; adeo ne times quem tu facis esse timendum: Classida det bello: diros tu neglige cantus. Signa ferat cessa iamiam ciuilis erinis Concidet: & cesar generum priuatus amabit. Sic sic si ecclesia dei erigatur in spiritus libertatem: si ministerium sceleris subire detrectet/ aut omnino scismata sopientur/aut manē

Lucani v̄sus. in pimo lib.

Versus.

Lucani v̄sus.

te vnitatis compage: soli inter se scismatici dimicabunt. Interim contineat ecclesia manus suas: quoniam gladius petri q sanguinem carnali sitiebat affectu: mandato domini ad presens tegitur in vagina: & discipuli eradicare zizania pperantes/ pcipiū tur messores angelos expectare. Oret vnitatis integritas vt in se colligat dissidentes lapis incisus/in quo fundatur ecclesia: quē scismatici reprobant: qui fecit vtraqꝫ vnū & vestem suam in sortem infideliū integrā cedere maluit q̄ secari. Oret inquā ne deficiat fides: & expetens in cribro sathanas nō dispdat: cōculcet & triticum: oret pacem: querat pacem: & psequatur etiam fugientem. Meminerit eius qui cum producere posset plusq̄ legiones angelorum duodecim: exaltat⁹ in cruce oīa acquisiuit. Ipā enim exinanitio adeo meruit exaltari/vt ad glīam eius flectat̄ omē genu. Scismaticos nocentes accipiunt/sed consentientes iustos nocentes faciunt bella sacerdotalia. Quiescant ergo stātes a lōge cum petro vt videant finem. Recolant illud ethnicum. Si celicolis furor arma dedisset/ aut si terrigene temptarent astra gygantes. Non tamen auderet pietas humana: vel armis: vel votis prodesse ioui. Hoc quidem videtur esse seruandum in his vbi quis iustius induit arma scire nephas. Nā si hereticus scismaticus ve/catholicum impugnet assistere veritati piū est: & romano pontifici deuotissime famulari. Hoc quidē cū innotuerit. Nā scismaticus se catholicū esse sepe mentitur. Quis enim psumet summū iudicare pōtificē: cuius causa dei solius reseruat̄ examini? Vtiqꝫ quisqꝫ hoc attemptauerit: laborare quidem: sed proficere nequaq̄ potest/nec ad vnguem nomen pontificis: arto habeat̄ hic pontifex: cuiuscūqꝫ canonica precessit electio. Ionas vt naufragiū tolleret naufragiū fecit: maluitqꝫ perire solus/ q̄ alios inuoluere suis periculis/nec tamen regende nauis curā susceperat. Salomon ab eo maternū cōuincit affectū: qꝫ integrū meretricis calūnie filium cedere maluit q̄ partiri. At isti periclitari malunt ecclesiam & scindi: q̄ honorē non vsurpare & innocenti matri ecclesie non inferre calūniam. Hec est (inquit) mater ei⁹/qm̄ ex dilectione/refugit sectionem. Econtra hic priuignus est qui ferro rimatur viscera matris. Quot & q̄tos tumultus & strages dedit illa collisio quando filius petri leonis aduersus innocentiū bone memorie quintum predecessorem domini adriani/cui⁹ vitam & felicitatem in se in euū ptēdat dominus: conatus est ab aquilone ascendere. Nonne & stellarum partem secū traxit ruina eius? Quis nescit egidiū tusculanū? Quis petrum pisanum

Matth. xxvj.
Ibidem.
ix. q. iij. aliorū. & co. li. ca. xvij
Ione. ij.
De salmone. iij. Reg. iij.

cui nullus aut vix similis alter erat in curia? Quis recenseat episcopos: qui in tota fere italia corruerunt? Profecto dũ ruine illius extabit etate nostra memoria/incredibile est quẽq̃ adeo misere ambitiosum esse: vt ecclesiã scindere nõ formidet. Neminẽ ita cupidũ esse credo: qui non malit se deleri: q̃ vt p̄ eo tanta fiat turbatio. Si delictis nostris exigentib⁹ carnificũ istorũ quisq̃ ascenderit sedẽ petri: & ad gubernaculũ nauis eius domino indignãte accesserit/plane nõ imerito naufragiũ faciet/cũ & petr⁹ vocatus a domino/ad validiorẽ territ⁹ auram mergi ceperat/ & nauis que dominũ habebat vectorẽ de salute desperet: donec xp̄us dormiens p̄cibus excitetur. Vtiq; qui misere ascendit rotaẽ miserius & miserrime deiicieẽ: nec letos habent exitus que malo sunt inchoata principio. Discordia/certissimũ iniquitatis & defectus indiciũ est. Siquidem minimas rerũ discordia turbat: pacem summa tenent. Pheton in fabulis dũ paternos currus affectat/incendit orbẽ: & tandẽ miseratione dei & ip̄e succens⁹ corruit preceps/curru disiecto. Tũc isse diẽ sine sole ferũt: & dũ flagrat ecclesia succẽsa scismate/xp̄s videẽ abesse. ycarus quoq; dũ elat⁹ iuuenili leuitate ferẽ in celũ: marinis fluctib⁹ mergiẽ. Deiectus eni est dũ alleuareẽ. Subuectio siqdẽ impiorũ grauioris ruine p̄paratio est. Quis aũt eo nequior qui ministeriũ pacis sacrificandi officium in rixas mittit & carnificiũ? Quorsum que so tanta immanitas? Nundquid ad vitam? Sed eorum finis interitus. An ad gloriam? Sed gloria eorum in cõfusione est. An ad voluptatem? Ergo & deus eorum/venter est. An vt nobilitẽtur in carne & sanguine? Sed caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Nam aduersus carnales nõ ego: sed hec & grauiora his apostolica intonat tuba. Quorum (inquit) finis interit⁹/ quorum deus venter/& gloria in cõfusione: quia terrena sapiũt. Si vt suam suppleant voluntatem aliis dominantes: qđ tyrãnicum est eis nihil minus proueniet. Tyranno siquidem nihil tutum est aut quietum. Interroga damoclem: & se hoc a tyranno sicilie didicisse fatebitur/cum ei vndiq; inardẽtes prunas ruina immineret ad primũ nutũ & quasi texentis licio dependẽs gladius inter regales delitias ceruici illius similis feriẽti irrueret. Hoc idem apud claudianum astruit theodosius. Ait eni. Qui terret plus ipse timet/sors ista tyrannis. Cõuenit: inuideant claris: fortesq; trucidẽt Muniti gladiis viuãt/ septiq; venenis. Ancipites habeant artes/trepidiq; minentur. Tu ciuem patremq; geras: tu consule cunctis. Nec tua te moueant: sed publica vota

Matth. viij.

De phetone.

De ycaro.

j. Corin. xv.

Ad philip. iij.

De damocle & tyrãno sicilie.

Versus claudiani contra tyrannos.

Esaie.xviij. Erubesce sydon ait mare quia iam carnalis loquitur/que vir spiritualis audire non potest. Si enim audirent sacerdotes vocem hanc/nequaq̃ per tela per hostes currerent: vt primas cathedras occuparent. Sed licet omnes summi pontificatus apicem deferant: quantum salua religione licet fugiendum q̃ suscipiendum arbitror sapienti. Vt enim ex conscientia verum loquar illius laboriosissima: & quantum ad statum presentis seculi pertinet: miserrima videtur esse cõditio. Si enim auaricie seruit mors ei est. Sin autem: non effugiet manus & liguas romanorum: nisi enim habeat vnde obstruat ora eorum/manusq; cohibeat ad cõuitia: ad flagitia & sacrilegia perferenda: aures: oculos: duret & animum. ¶ Tria siquidem sunt que pre ceteris etiam prudentum omne iudicium subuertunt/amor munerum/acceptio personarum/facilitas credendi. Nam ad ista moueri & iustitiam dispensare nullus hominum potest. Ergo & ab his immunẽ romanum necesse est esse põtificem/qui omnium coercere debet excessus. Si odit vitia vel munera: quis beneficia conferat in inuitum? Quid largiturus est/qui nõ accepit? aut quomodo si nõ largitur placabit romanos? Si personas eorum nõ accipit: quomodo subsistet ante faciem eorum? Vix enim causam in cõclaui poterit pensare sacerdotalem/qui eos in consiliis omnib⁹ admittere compellatur. Quid quod cogitur dãnare symoniã: munera & retributiones. Si ea sequitur nonne seipsum propria voce condẽnat? Si in summa potentia minima licentia est. Profecto qui legibus preest/nulli subiicitur sed ab illicitis artius coartatur. Ergo & romano pontifici minimũ: eo ip̃o quo plurimum licet. Quid ponderosi⁹ est sollicitudine omniũ ecclesiarũ? Apostolicum priuilegiũ transit ad successores: & plane pars priuilegii est/quã Aplus ad corinthios loquitur. Quis (inquit) ĩfirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Si totum non vultis reuoluere: vel istud vendicet qui de primatu contendit: & vt puto cito faciet locum. Preterea qui roman⁹ pontifex est eundẽ pro conditione ecclesie que nunc est: esse seruum seruorum necesse est: non equidem nũcupatiue ad gloriã: vt quidam opinantur: sed substantiue: vtpote qui seruis dei seruiet vel inuitus. Omnis enim persona deo seruit/& dispẽsatrix est clementie/vel iustitie sue. Seruit angelus: seruit homo: seruiunt boni: seruiunt mali: & ipse princeps mundi dyabolus seruit. Ergo & romani seruiunt deo & tyranni/quibus romanũ necesse est seruire põtificem: adeo quidem vt nisi seruierit/ aut ex

Prudentũ iudicia que euertunt.

Ad corin. xij.

pontificem/aut ex romanū esse necesse sit. Quis ergo cum seruum seruorū esse ambigit? Dominū adrianū cui⁹ tēpora felicia faciet deus/huius rei testem inuoco: quia romano pontifice nemo miserabilior est/conditione eius nulla miserior est. Et licet nihil a luto ledat/necesse ē vt citissime/ vel solo labore deficiat. Fatetur enim se in ea sede tantas miserias īuenisse: vt facta collatione pñtium/tota precedens amaritudo/ iocunditas & vita felicissima fuerit. Spinosam dicit cathedram romani pōtificis: māciā acutissimis vsquaque consertū aculeis/tanteque mol/vt robustissimos premat/terat/& cōminuat humeros. Coronā & frigiū clara merito videri: quoniam ignea sunt: seque nunq̄ a natali solo anglie malle exiisse: aut in claustro beati rufi ppetuo latuisse dicit/q̄ tantas (nisi quia diuine dispensationi reluctari non audet) intrasse āgustias. Dum superest ipm interroga/ & crede experto. Hoc etiā michi sepissime adiecit/ q cū de gradu in gradū a claustrali clerico/ per omnia officia in summū pontificē ascenderit/nihil vnq̄ felicitatis/aut trāquille quietis/vite priori adiectum est ab ascensu. Et vt v̄bis eius vtar: nihil enī cum pñs sum sui grā vult apud se esse absconditū ab oculis meis. In incude (inquit) & malleo semp dilatauit me dñs. Sed nūc oneri qđ ifirmitati mee imposuit si placet supponat dexterā: qm̄ mihi importabile ē. Nōne ergo misia dignissim⁹ est: q p tāta pugnat misia? Sit sane ditissim⁹ qui eligit: sequēti die pauper erit/& infinitis fere creditorib⁹ tenebitur obligat⁹. Quid ergo erit ei quē nulla vocat electio? Sz repugnāte i mēbris xpo/ābitio ceca & cruēta non sine sanguine fraterno intruditur. Hoc quidem est romulo succedere in parricidiis/nō petro in cōmissi dispēsatiōe ouilis.

Côditiones romani pontificis.

¶ Epicureos nunq̄ assequi finem suum. Cap. XXIIII.

Nisi dissimulet cōtentiosus/q̄ tñ dissimulari ratio nō pmittit/ex supiorib⁹ luce clari⁹ liquet epicureos nunq̄ asseq finē suū. Cū enī ad trāqllā aspirēt vitā: & ad libidinē explendā se retrahāt: & philosophent vl poti⁹ desipiant. Nemo enīz qđ male libet pōt sapiēter explere. Hec per ista babylonis fluēta/nullus assequit. Illos quoque epicureorum nomine censendos arbitror: qui suam volūt in oibus explere voluptatē. Nā cū res libidini seruiūt in voluptatē trāsit affect⁹. Si affectus affectui nō pareat/quo magis vis torqris magis: si tñ libido sit in volūtate. Alioquin interdum velle qđ non potes: iocundū est & fructuosum/ si forte esurias & sitias iustitiam laboriosum tamen. ¶ Mundus itaque epicureis plenus est/eo q in tāta

multitudine hoim pauci sunt qui nō famulentur libidini: id est corrupte volūtati: sed laboriose volūtatis nexibus nō impliciti/ aut nulli/ aut pauciores sunt. De loco voluptatis exclusus est homo: ex quo libido ꝑualuit eo ꝙ vita iocūda & trāquilla frui nō potest: cui ceperit libido dñari. Maluit facere qđ libuit/ q̄ qđ iussus est: & ꝓiectus in locū miserie/ in terrā laboris missus est vt ei & semini suo/ terra spinas & tribulos germinet: & in sudore vultus sui comedat panē suū/ qui in rectitudine volūtatis obediens: sine difficultate & labore plenā poterat habere voluptatē. Siquidē ad necessitatē & voluptatē parata inuenerat oīa. Vultus autē (sicut his placet) qui curiosi⁹ scrutanť verborū originē diciť a volēdo/ & sudor ei⁹ laborē & angustias indicat corrupte volūtatis. Si ergo sudať in eo qui confirmat cor hoīs/ & etiā in sumēdo qđ letificat: quid est qđ sine labore sibi natura mortalis credat indultū? Anima sibi recolit dictū ꝙ matrimoniū nr̄m peccatrici sentētia creatoris intorsit. Parit ergo in dolore filios virtutū que sine labore parit sobolē vitiorū. Natura nāq; peccatrix ad malū ꝓna est: & corrupta ab adolescētia sua: que etas origini vicinať vt sine labore & difficultate possit labi & nō possit erigi ad bona sine labore/ & erecta sine difficultate & gratia stare non possit. ℂ Parit itaq; vitia/ filias vtiq;/ nō filios sine dolore sed ꝓculdubio ad dolorē: sed in dolore filios: sed plane ad gaudiū/ non dolorē. Ergo epicuri⁹ versať in dolore/ cui⁹ vita filios parit aut filias: & semꝑ p̄sentes/ aut futuras ingemiscit angustias. Nā aut vt cetera taceā presentib⁹ nō letatur/ aut si cecus nō est/ dū rerū metiť exitus/ ea tāq̄ abeūtia & fugientia deplorat. Letis eteni stare negatū est: nisi quis leteť in illis q̄ beatū faciunt/ aut ad perpetuā ꝓficiant vitā. Preterit nāq; mundus hic & oīa desiderabilia ei⁹: quātūlibet blandiatur incautis & dulces fallacie sue ꝓpinet illecebras: nouissima eius quouis absinthio amariora sunt. Et quia ratio p̄sentem statū ei⁹ imperfectū esse vsq;quaq; cōuincit: nescio quid solidū semper polliceť in posterum vt in oībus amatoribus & sequacib⁹ suis: nec vnum ab initio duxerit ad perfectū/ aut voti compotē fecerit. Hinc est ꝙ auarus in mediis opibus esurit: potens & presidēs in summo fastigio seruit in profundo luxu/ voluptuosum gaudii defectus angit/ & fame procus & gratie/ in toto tumore inanis glorie vilescit. Cui ista non patent nimiū cecus est: cui vnusquisq; eorū qui versantur in his/ sibi quod appetit deesse fateatur. Sunt tamen quorum oculos ita perstrinxit malicia vt que per se lucent ne-

Gene8.iij.

Vultus vnde dicatur.

Psal.ciij.

Gene8.iij.& vide si placet xij.q.j.ca.j. Geñ.viij.& vide si placet.xij q.j.ca.j.

j.ad Corin.vij

queant intueri. Sic oculis capti talpe lucis beneficiū non agnoscunt: et innatis gaudētes tenebris: oderunt aerem puriorē: nec viuere queunt si diuti⁹ arceātur ab humo & latebris suis. Nōne talparū gerūt imaginem: qui semper in humo versantur: quorꝫ tota cōuersatio in terra deprimit vt nihil altū sapiant nil diuinum? Sed nec humanū quidē: cui⁹ est cū cetera aīalia ꝓna ferātur in terrā celū et que celestia sunt erecta dignitate corporis & animi cōtēplari. Hi tamen suo: sed talpe quodā vitio nature deprimūtur. Profecto deterior est quē culpa maculat/eo qui nature laborat īperio: nec credas altū sapere qui nature cōsortes nō tā virtute q̄ vitiis vult preire. ¶ Sed quid in grege isto talparū arguo cecitatē nisi ꝙ aliorū fons esse videt? Ab eo nāq̄ scaturiunt riuuli vitiorū vt quasi in corpore vno videas cōfluxisse rapacitatē leonis: seuitiā tygridis: gulam lupi: varietatem pardi: fraudes vulpis: tenacitatē arpie: immūdiciā suis: petulantiam hyrci: superbiā equi: stoliditatē asini: obstinationē muli: toxicū hydre: nigredinē corui: & quicquid aliud peruersitatis infundere potuit homini teterrima creatura. Nā ab eo vniuersa hec incōmoda ꝓfluxerūt dū boni & mali sciētiam & similitudinē dei ꝓmittit per rapinā. Exinde inclinata est ad malū natura hois cui⁹ quasi quedā infantia ꝑcessit innocēs: dū a colloquiis peruertētibus & puersis abstinuit. Siluit homo & māsit innocens. Immisso sopore obdormiuit innocēs: expergefactus et agnoscens auxiliū simile qđ ei fabricauerat deus: innocēter locutus est magnalia dei. Sed ex quo fact⁹ verbosior per hostium curiositatis eductus/exercuit cū tentatore verbi cōmertium/quasi ab infantia adolescens/concepto calore intumuit/& preuaricatus mandatum/cuius custodia ad gloriā fuerat profutura corruptus est: vt ex tunc mirabili & inuincibili lege conditionis inflicte sibi vnio reluctetur carnis & spiritus: vt nulla ratione componi possint: nisi illius gratia intercedat/qui fecit vtraq̄ vnum: et carnē in electorum fine faciat a spiritu absorberi. ¶ Si verbis gentilium vti licet christiano qui solis electis diuinum & deo placēs per inhabitantem gratiā esse credit ingeniū: et si nec verba/nec sensus credam gentiliū fugiendos dummodo vitētur errores. Hoc ipsum diuina prouidentia in eneyde sua sub inuolucro fictitii cōmenti innuisse visus est Maro: dū sex etatum gradus/sex librorum distinctionibus prudenter expressit. Quibus conditionis humane dum odisseam imitatur ortum exprimere visus est & processum: ipsumq̄ quem educit & prouehit producit

Nō ꝓprietates seu vitia mala pluriū aīaliū. Arpia ē gen⁹ auiū q̄ cito nō satiantur.

Cōmēdat virgilium.

& educit ad manes. Nam eneas qui fingitur ibi anim⁹ sic dict⁹ eo ꝙ est corporis habitator. Eunos enim vt grecis placet habitator est demas corpus: & ab his componitur eneas: vt significet animam: quasi carnis tugurio habitantem: sic etiã neptunum/ ethnossigeum eo ꝙ sigenium habitet. Primus itaꝗ liber eneidos sub imagine naufragii manifestas infantie que suis procellis agitat̃ exponit tunsiones: & in fine sua abũdantia cibi & potus adulta ꝓsilit ad letitiam conuiualem. In confinio ergo adolescentie prodeunt colloquiorum commercia/ & eorum intẽperies aut fabulas narrat/ aut veris falsa permiscet/ eo ꝙ multiloquio peccata deesse non possunt. Porro tertius varios iuuentutis euentus/ quasi suos canit errores/ eo ꝙ illa etas fere solos nouit errores. Siquidem (vt ait ethicus.) Imberbis iuuenis tandẽ custode remoto. Gaudet equis canibusꝗ & aprici gramĩe campi. Cereus in vitium flecti: monitoribus asper. Vtiliũ tardus prouisor prodigus eris. Prima etas ergo nutricem/ secunda custodem habet/ tertia quo liberior eo facilius errat: nondũ tamẽ procedit ad crimina. Quartus illicitos amatores conciliat/ & ignem imprudenter conceptum in pectore adamantis infelicẽ producit rogũ. Neꝗ enim in inconcessis fatalem beatitudinem esse sub typo mercurii ratio persuadet/ docetꝗ illum qui dũ fuerat paruulus sapiebat vt paruulus: loquebatur vt paruulus: agebat vt paruulus: fuga irrefragabiliter apprehensa euacuare que erant paruuli. Vnde vt ad memoratum ethicũ redeamus. Conuersis studiis etas animusꝗ virilis: Querit opes & amicitias: inseruit honori. Commisisse cauet/ quod mox imitare laboret. Ergo & virilis etas puerilia: & iuuenilia erubescit: & si a peruersa voluptate & immundo amore nauigii sui soluere non potest anchoram: prescidit & funẽ. Sic & patriarche pudicus filius pallium reliquit adultere ne adulterii crimine inuolueretur. Quintus maturitatem ciuilem promit/ & etatem depingit vicinam senectuti/ immo que ipsam iam ĩgreditur senectutem. Nam & patrum/ honores recolit: maiorũ memoriã veneratur: & quasi ad tumulum anchise solennes celebrat ludos. In his ipsis exilii sui miseriam recognoscit. Dum vero hinc egreditur transit ad sextum & amissis palimio & miseno duce scilicꝫ nauigii dormitante/ & temerario prelii incentore: cum iam frigescat affectus viresꝗ deficiant: non tam senectutem sentit q̃ senium/ & velut quendam descensum ad inferos/ vbi quasi reb⁹ inutiliter gestis totius anteacte vite recognoscat errores/ & discat alia via ince=

Infantia.

Pueritia.

Prouerb. x.

Adolescentia.

Versus horatij in poetria.

Virilitas vel iuuentus.

j. ad corin. xiij.

Genes. xxxix.

Senectus.

Senium.

dendum esse his qui volunt ad dulces lamine complexus & fatale regnum italie/quasi quandam arcem beatitudinis peruenire. Constat enim apud eos qui mentem diligentius perscrutantur auctorum/maronem gemine doctrie vires declarasse:dum vanitate figmenti poetici/philosophice veritatis iuoluit archana. Licet autem de prima corruptione specialiter dictum sit:potest & de singulis manifesta ratione monstrari:quia natura hominis ab adolescentia sua prona est ad malum:vt ex quo libero licet depresso ceperit vti arbitrio p se cadat sponte in culpam/& inde merito suo preceps ꝓlabatur in penam. Erigi tamen neq̄q̄ potest ad bonum nisi gratia dei supponat manum suam. Lata est ergo epicureoruꝫ via:& haud dubiam ducit ad mortem/per spicula tamen:per errores:per amaritudies:& per omnimodas vanitates/vt letū & quietum vite statum tranquille in ea nullꝰ inueniat:vel ad illum tandem/ea ducente pueniat. Nā vt vera beatitudo possideatur:non vanis sed veris insistendū est bonis. Vana enim/cultorem suū pturbant in tenebras exteriores: ad fletum oculorū/stridorem dentiū:tinitū auriū: & varias pressuras & penas iferorum: apud quos nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat.

¶ Que via fidelissima sit ad sequēdum quod epicurei appetūt vel pollicentur. Capitulum. XXV.

SEntētie tamen non struo calūniā que beatitudinem esse diffinit letū semper & quietū trāquille vite statū: sed interpretatione sinistra & vitiosa executione arbitror īfamatam. Adeo quidē vt cum epicurei sint plurimi.i.vani sectatores voluptatis/nomē hoc pauci profiteātur. Erubescūt eni dici qđ sunt:& ꝓpriam turpitudinē occultare nituntur noīe alieno:dū non boni tam esse cupiūt q̄ videri. Si vero diffinitioni fidelis detur iterpres/ & sentētie cōmodꝰ executor/ qui manū apponat ori.i.qui facit qđ loquitur:nihil verius aut rectiꝰ apđ stoicū & peripatheticū eē cōuinces q̄s ad te iocūdo grādis vie cōpendio cū p̄ceperis introducā. Ne tamen vllā eo quo epicurei diffiuitio tendit viā putes:eā tibi in calce libri quasi in fine vie conabor aperire. Est aūt ardua & arta:plana tū̄ & recta diligētibꝰ deū:q̄ ducēte:docēte & subuehēte:nō offēdit qs ad lapidem pedē suū. Ip̄e nāq; lapis offensionis & petra scādali: gradientes ī se quos accipit erigit & corroborat:vt hūiliati in se/in eo gloriantes:audacter & libere p̄conent:quia omnia in eo possumus qui nos confortat. Via siquidem hec virtus est duobus. Ad philip.iiii.

interiecta & arctata limitib⁹ cognitione scilicet & exercitio boni. Nosse nãq bonũ & non facere meriti est dãnationis/nõ via beatitudinis. Vñ inquis hãc viã ingrediar q in inuio sũ & nõ in via: in tanta varietate viarũ ignotarũ aduena & pegrin⁹: cuius oculi languerũt pre inopia & fere iã defecerũt? Quib⁹ eã decernã iudiciis: vt ad id tranqllitatis & gaudii perueniam qd ꝓmittis?

Versus Vrgilii Est inquã via sublimis/celo manifesta sereno: lactea nomen habet. Serena tibi celũ ne turbet̃ pre indignatione oculis aĩe tue: & facie lacteã hãc agnosces viã. Redi ad te: patrũ suscipe monimenta: & ibi intuere diligẽter vbi a via deflexeris gressũ & vbi cecideris in errorẽ. Recolo aũt nos aberrasse ibi primũ vbi ipulsus & euersus est hõ: vt caderet preuaricatiõe mãdati/ qñ ad vetitũ sciẽtie lignũ suadẽte dyabolo temerariã & incautã manum extendit. Abinde enĩ peccatũ accepta occasione per mãdatum seduxit me: & ꝑ illud occidit. Ipsum nãq mãdatũ operatum est in me oẽm cõcupiscentiã: quia semꝑ nitimur in vetitũ: quod nõ licet acrius vrit. Ad arborem scientie manũ extendit/gulã impleuit/& cõtra ꝓmissum fallacis inimici/& scdm interdictũ veracis dei obtenebratus est homo/& in esuriem ꝓstrat⁹/fedus feriens cũ morte & pactum faciens cũ inferno. Boni tñ sciens & mali factus est per experientiam/& multiplici miserie locuꝫ fecit in se. Ergo a ligno sciẽtie dum ꝓhibitus illud ascenderet/a veritate ꝟtute vita cecidit & deuiauit homo: nec reuertet̃ ad vitam: nisi ad arborẽ sciẽtie redeat: & inde veritatẽ in cognitione virtutẽ in opere: vitam in iocunditate mutuetur. Ratiõis itaq acumen exerceat: vt discernat inter bonũ & malum/ & in ipsis bonis aut malis quid cui preponderet agnoscat. Iugi deinde curet sollicitudine ne partem suam faciat deteriorem: sed toto conatu mentis & corporis preeligendis inseruiat. Ipẽ quoqꝫ labor dulcescat sibi/& totam amaritudinem rerum presentiuꝫ (vt ait

Gregorius. beatus Gregorius) spe temperet futurorum. Nam & prophe-

Ps. xli. ta die noctuqꝫ sub expectatione dei suis cibatur lachrymis: & sic

Matth. v. lugentibus veritas ipsa que non fallit/nec fallitur: veram beati

Genes. ii. tudinem repromisit. Nec vereatur quis/ad arborem scientie boni & mali manum extẽdere/prime prohibitionis exemplo: qa exulẽ & erroneũ/ad illam inuitauit ille qui docet hominẽ scien

Ps. xxiiii. tiam/& iuxta promissiõem propheticã ignaro indicat qd sit bonum. In arbore ergo scientie quasi quidam virtutis ramus nascatur: ex quo tota vita ꝓficiẽtis hominis consecratur. Neqꝫ enim ad genitorem vite deũ. s. aliter redit/nisi qui ꝟtutis ramũ/ exci-

sum de ligno sciētie ptēdit. Sed qs cito auellet ramū/cū vel ipsam arborē.i.quid fieri oporteat ppauci nouerūt? Nūquid ram⁹ facile innotescet: vbi pre multitudine desipientiū & male agentiū ipsa arbor occulit? Hoc ipm forte sensit & maro q licet veritatis esset ignar⁹: & in tenebris gentiū ambularet: ad elysios cāpos feliciū/& cari genitoris cōspectū eneā admittēdū esse non credidit: nisi docēte sybilla que q̄si siosbole cōsiliū iouis vel sapīa dei interptaf: ramū hūc pserpine que pserpentē & erigētē se a vitiis vitā innuit cōsecraret. Ait ergo. Accipe q̄ peragēda pus latet arbore opaca. Aureus & foliis & lento vimine ramus. Iunoni inferne dict⁹ sacer: hūc tegit oīs Luc⁹/& obscuris claudūt cōuallib⁹ vmbre. Sed nō ante daf telluris operta subire Auricomos q̄ quis decerpsit ab arbore fet⁹ Hic sibi pulchra suū ferri pserpina mun⁹ instituit. Primo auulso nō deficit alter/aureus. et simili frōdescit virga metallo. ¶ Plane qd penarū lateat in terrenis. vel qd in his possit mereri: solus agnoscit q de arbore sciētie ramū bone opationis auellit: eoq auulso alter nō deficit: quia quo ampli⁹ exercētur eo magis succrescūt & pficiūt sciētie et virtutes. Nō tñ eaten⁹ maronis/aut gentiū insisto vestigiis vt queq̄ credā ad sciētiā aut virtutē ppriis arbitrii sui virib⁹ peruenire. Fateor grām in electis operari & velle & pficere: ipam veneror tanq̄ viā: imo reuera viā que sola ducit ad vitā: & queq boni voti cōpotē facit. Lactea hec est/innocētie manifesta candore & alimentorū sedulitate nutricis explet officiū: & sola preparat ad perfectū: nā sine ea proficit nullus. Clamat hec in voce tube puaricatorib⁹: vt redeāt ad cor: eisq ad arborē sciētie/amoto gladio versatili & flāmeo/ducatū in patriā pmittit & ingressum. Plus dicā. ipsam arborē sciētie/& lignum vite. in quo sunt oēs sapie & sciētie thesauri abscōditi: et in quo habitat plenitudo diuinitatis corpaliter extraxit/inscissa tñ substātia: et produxit in terrā peregrinationis nr̄e/& plātauit in medio ecclesie vt ab eo illustref p scientiā: roboref per virtutē/& exultet in mīa vberi: & gaudiū ei⁹ plenū sit: gaudiū a deo & in deo: gaudiū qd nemo tollet ab ipsa. Accedat ergo ad arborē ducēte gratia: qa abducēte cōcupiscētia deliquit in arborē: qm̄ salus nostra ab eadē parata est in ligno: quia mors ante processit a ligno Accedat: sed cōtrariis passib⁹: qm̄ cōtrariis expedit curari contraria. Et quia nō fuerat hoīem deiecturus tētator: nisi in mente eius elatio pcessisset: a timore cōcipiat vnde humilief sub potēti manu dei/qui exaltari desiderat in die visitationis. Abstineat a li-

De his elysiis v̄.li.iij.ca.viij. et.ix.

Virgil. lib.vi. eneyd. vsq ibi plane quid.

Esaie.xlvj.

Ad colloc.ij.

Geneſ.iij. citis q̃ preſumpſit illicita: & incendiũ cõcupiſcẽtie/ordinata mi tiget charitate. Delectetur in his/videat & nũc/quia lignũ pul chrũ eſt viſu:& ad veſcendũ ſuaue: & fructũ vere beatitudinis: & ſemp letũ tranqlle vite ſtatũ dabit in tẽpore ſuo. Porro iocun dus timor qui in dilectiõis reuerẽtiam cadit:nõ nouit ociari:aut preſcriptam ſibi p̃uaricari legẽ:ſed timoris foras mittit aculeos & ex amore facit bona ſponte ſua/adherens iuſtitie & q̃ſi virib⁹ obediẽtie/cũ gr̃a quodãmodo nitiť violẽter acquirere vitã: qui per inobedientiã ex leuitate arbitrii cucurrit ĩ mortẽ. Timor in nocentiã parit/iuſtitiã bñfaciendi/mandatorũ obediẽtia pmo uet rectoq; calle ad verã beatitudinẽ iuſtus pduciť. Nã & is eſt

p̃s.cvj. Sapiẽtie.x. quẽ deduxit dñs p vias rectas:/dãs ei ſcientiã ſanctorꝝ:honeſta uit eũ in laborib⁹ & in oĩbus cõplẽs ei beatitudinẽ p qua fideliť & vtiliter laborať. ¶ Poſſem dicere q̃ hũc tẽdũt tota lex & p phete oẽſq; ſcripture canonice/quia tẽdũt ad filiũ. Neq; enĩ iſtd ambiguũ eſt:cũ & infideliũ dogmata nihil vtilitat̃ habeãt:niſi aliqd cõferant beatitudini. Sed his omiſſis aut poti⁹ p̃miſſis di co hec ſola ſũt/q̃ ſola poſſũt facere & ſeruare beatũ: cũ ab alt̃o iu ſtitie ramo pueniat ne cui noceať,ab altero:vt ſibi q̃ſq; & aliis p

p̃s.cxj. ſit. Vis tibi pſtare q̃ dico? Vis ne beat⁹ eſſe? Porro btũs vir qui
Ibidẽ. timet dñm. Potẽtiã ne deſideras? Nõ mõ ip̃e:ſ3 potens in terra
Nõ h magna iuſti p̃mia. erit & ſemẽ ei⁹. An fauorẽ ſectar̃/& laudes hoĩ3? Gñatio recto
Ibidẽ. rum bñdiceť. An ad celebritatẽ dilataris/& ad opulẽtiã ſinũ ex
Ibidẽ. pandis? Gl̃ia & diuitie in domo ei⁹. An ppetuitatẽ queris opi
Ibidẽ. bus? In mẽoria eterna erit iuſt⁹. Vis ne ſecur⁹ eſſe? Ab auditio ne mala nõ timebit:ſed oẽs deſpiciet inimicos. Gr̃am ne ligue

Prouerb.xj. affectas? Labia iuſtorꝝ diſtillant gr̃am. Itẽ memoria iuſti cum
Prouerb.x. laudibus:nomẽ impiorꝝ putreſcet. Vis tibi futura ĩnoteſcere? Expectatio iuſtorꝝ letitia. Vis iocũditatẽ tibi progari ĩ ſempi

Sapiẽtie.v. ternũ? Et iuſti imppetuũ viuẽt/& in pace ſũt/licet mori iſipien tibus videanť. ¶ Ecce habes viã veriſſimã & fideliſſimã ad ſe

p̃s.cxxvij. quendũ ſtatũ quẽ deſiderat epicur⁹/& ſi eã tenuer̃:btũs es & bñ tibi erit. Hec ad bñ beateq; viuẽdũ põt ſola ſufficere/adeo quidẽ vt extra poſita vniuerſa/aut nihil aut minimũ pfectionis adii ciant. ¶ Nec inhibeo quin veſtibus niteas deauratis:circunda tus varietate:qn epuleris quotidie ſplendide:qn p̃mos honores habeas.& vt paucis multa pplectar:qn tẽpori/ſed & pueſis mo ribus rectus tñ vt es ip̃e/in oĩbus morẽ geras/ & ſuis lenociniis irridentẽ irridias mũdũ. Maior enĩ es q̃ vt debeas/aut poſſis:li

Cõcluſio hui⁹ libri. cet iam cepit ſic multos capere tẽdiculis eius. Rex illuſtris ãglo

rum Henricus secūdus maxim⁹ regū britānie:si initiis gestoꝝ — *De henrico secūdo rege anglorum.*
fuerit exitus cōcolor circa garonā:& vt dicit te auctore:te duce
fulminat/& tolosam felici cingens obsidione:nō modo ꝓuincia
les vsq ad rodanū:& alpes territat:sed munitionib⁹ dirutis po=
pulis quia subactis/quasi vniuersis p̄sens imineat:timore prin=
cipes hyspanos cōcussit & gallos. In tantis rerū tumultibus q̄so
custodi innocētiā et vide/& dicta/& predica equitatē:nec amo
re/nec odio:timore/vel spe declines a via recta. Iusti eni here= — *ps.xxxvj.*
ditabūt terrā/& vt auctoritate cōstat altissimi.semen impiorū — *Ibidem.*
peribit. Si hec que tibi tā sincera deuotione curaui scribere in tā
to tumultu legere nō vacat:aut quia insipida sunt sensib⁹:ver=
bis inculta non placent:vel ipsa deuotio nō displiceat/que hono
ri tuo studuit inseruire. Si ꝓbaueris intentionē:patrocinaberis
operi. Sin autē vt volueris cōdemnet. Quid eni ad alios vt ser=
uum inducent alienum? Liber eni hic vt quilibet suo tibi dn̄o — *Roma.xiiij.*
stat aut cadit. Multitudinis imperite nō formido iudicia:meis
tn̄ rogo parcant opusculis:& si curiales sint quidē:q̄a libris eoꝝ
nunq̄ derogaui in aliquo. Si preces meas audire noluerint:ipro
bitatis iudicio tenebūtur obnoxii. Quia (vt ait marcialis) im= — *Marcialis.*
probe facit qui in alieno libro ingeniosus est. Que autem de cu
rialib⁹ nugis dicta sunt:in nullo eorū:sed forte in me aut mei si
milib⁹ deprehēdi: & plane nimis arta lege ꝯstringor si meip̄m/
& amicos emēdare & castigare nō licet. Profecto q ad hec ruga — *Nō signa conscij sibi cū aliquid dr̄/aut legit de vllo vitio vel defectu*
bit nares:frōtē ꝯ̄het:aut faciē rubore vestiet:aut pallore ꝯfūdet:
cui⁹ labia ꝯ̄hētur:aut saliēt:toxicabit lingua:genua tremēt/ma
nus ꝓtremet:seip̄m nugis nr̄is ꝯuincet obnoxiū. In qb⁹ fuit ꝓpo
siti semꝑ a nugis ad bona trāsire seria:et ad id qd̄ decet aut pro=
dest instituere vitā. Qui aūt iustū rep̄hēsioni locū viderit ea ex
charitate licēter vtat et de emēdatione mea acq̄rat sibi & possi
deat p̄miū vite. Scio eni q̄a in multiloquio peccatū nō deest:sed
inuito & in charitate dei exhortor lectorē:quo mei memor in — *Prouer.x.& ca.proxi.*
oronib⁹ suis ipetret vt fili⁹ dei viui/& virginis intemerate/de⁹
homo/manifestet seip̄m/& palā faciat viā qua nobis inceden=
dū est in bn̄placito suo/et dirigat in eo gressus nostros. Amen.

¶ Finit opus preclarū Policratici De nugis curialiū/& vesti=
giis philosophorū:cui⁹ Ioānes Salesberiēsis actor fuit. In Sole
aureo vici sancti Iacobi. Impressum Parrhisi⁹ opera et expēsis
magistri Bertholdi Rembolt/& Ioānis parui. Anno domini.
M.D.XIII. Die vero.xxv. May.